# CAMERINUM SACRUM.

# OCTAVI TURCHI
PATRICI CAMERTIS
## DE ECCLESIAE CAMERINENSIS PONTIFICIBUS
## LIBRI VI.
PRAECEDIT EJUSDEM AUCTORIS DE CIVITATE, ET ECCLESIA CAMERINENSI
# DISSERTATIO.





ROMAE MDCCLXII.

TYPIS DE RUBEIS APUD PANTHEON IN VIA SEMINARII ROMANI.

PRAESIDUM FACULTATE.

*Si quid in meo ingeniolo vitii repererint proferant in medium. Aut enim bona sunt, & contradicam eorum calumniae; aut reprehensibilia, & confitebor errorem; malens emendare, quam perseverare in pravitate sententiae.*

S. Hieronymus Epist. ad Ctesiphontem.

SPLENDIDISSIMAE. CAMERINENTIUM. URBIS.
ROM. REIPUBLICAE.
AEQUO OLIM FOEDERE. SOCIATAE.

V. VIRIS.

AMPLISSIMISQUE. PATRIBUS. UNIVERSIS.
CONSILIO. SAPIENTIA. JUSTITIA.
SPECTATISSIMIS.
LITERARUM. ET. BONARUM. ARTIUM.
CULTORIBUS. FAUTORIBUS. PATRONIS.
QUOD.
VETUSTISSIMAE. URBIS. SUAE.
GLORIAM. ET. DECUS.
PROPAGATURI.
SACRAM. EJUS. ET. PROFANAM.
HYSTORIAM.
BONO. REIPUBLICAE.
DESCRIBENDAM. ATQUE. ILLUSTRANDAM.
CURAVERINT.

OCTAVIUS. TURCHIUS.
PYRANAE. S.URBANI ECCL. CANONICUS DECANUS
ANTISTITUM. CAMERTIUM. CHRONOTAXIM.
QUAM. AUCTORE. IN. PRIMIS.
IMMORTALIS. MEMORIAE. VIRO.
H. HENRICIO. S. R. E. PRESB. CARDINALI.
INTER. CAMERTES. CIVES. ADLECTO.
EORUMQUE. PATRONO.
PERTEXENDAM. SUSCEPERAT.
QUAMQ. EJUS. DUM. ADHUC. VIVERET.
OPE. ET. CONSILIO.
AC. LITERATORUM. HOMINUM. STUDIIS.
EODEM. PROCURANTE. ET. FAVENTE.
FERE. AD. UMBILICUM. PERDUXERAT.
NUNC. DEMUM. CONFECTAM.
AETERNUM. OBSEQUII. SUI. MONUMENTUM.
D. D. D.

# *AD ERUDITOS LECTORES*
# PRAEFATIO.

EN tandem aliquando celeberrimae Camerinenſis Eccleſiae hiſtoriam! Quas curas, vigiliaſque impenderim, ut auctam, correctamque Camertium Antiſtitum ſeriem in lucem ederem Lectores judices ſint. Opus ſane novum, & ab aliis intentatum hactenus; ſi Abb. Ferdinandum Ughellium excipias: cujus tamen noſtrorum Antiſtitum ſeries ſic mendoſa data eſt; ut, ſi quis ejus emendandae curam ſuſcipiat, is profecto arduam provinciam ſe aggreſſum eſſe facile intelligat. Neque vero eſt, cur quiſquam Ughellium improbet, hominem & eruditum & ſolertem, quaſi ſua culpa horum Epiſcoporum hiſtoriam viiiaverit, aut ea diligentia uſus non fuerit in illius Eccleſiae monumentis excutiendis, dirigendis, atque explicandis, qua accuratum, & induſtrium chronographum uti oportebat. Id enim non Ughellii culpa, ſed monumentorum accidit penuria, qua Eccleſiae Camerinenſis Tabularium laborat; factumque proinde eſt, ut Epiſcoporum ſeries tam imperfecta emerſerit. Conſtat enim anno 1515. Tabularium Eccleſiae Cathedralis inopinato incendio infauſtè fuiſſe abſumptum. (1) Fruſtra propterea ab hoc Archivo praeſidium erat expectandum ad reformandam Antiſtitum chronotaxim. At non propterea omnis ſpes erat abjicienda. Habent enim Tabularia ſua, & quidem ſatis copioſa Eccleſiae, & Oppida vel quondam Epiſcopis Camerinenſibus ſubjecta, vel quae in Camerinenſi dioeceſi continentur adhuc, e quibus profecto erui poſſunt documenta clariſſima, queis non tantum Epiſcoporum nomina, ſed & illorum non vulgaria acta erat colligere, quae ſi Ughellio innotuiſſent, non eſt dubitandum, quin multò utilius operam ſuam in Epiſcopis Camerinenſibus illuſtrandis impendiſſet.

Atque utinam eſſet aliquis, qui veteres chartas in Civitatum, atque Oppidorum hujus dioeceſeos tabulariis aſſervatas cum tineis blat-

(1) Lil. Iſt. di Cam. P. II. Lib. VIII. pag. 281.

blattisque colluctantes excuteret! quam ampla ibi suppellex cùm ad ecclesiasticam, tùm ad civilem historiam nostrarum Regionum locupletandam! Quam pretiosae ibi antiquitatis reliquiae, quibus nefas est aetatem nostram istarum rerum studiosissimam defraudari! Possum equidem expertus id dicere, qui quum unum Septempedanae, hoc est Sancti Severini Ecclesiae Archivum revolverem, ibi non solum Camerinensium Antistitum, quibus olim Civitas haec commissa fuit, acta praecipua, verum etiam plures Episcopos omnino ignotos reperi, & in mea Commentaria referre non ommisi, non animo quidem illorum Episcoporum chronotaxeos texendae, sed ut, si quis esset, qui opus aggredi vellet, materiem illi possem liberaliter suppeditare. At non ita factum est, ut cogitabam: amicorum enim stimulis ipsemet coactus sum Episcoporum horum seriem componere, illamque publici juris facere; & haec ipsa est, quae tandem typis vulgatur.

Unum interea, vel alterum praeloqui juvat, Lectores humanissimi, & nonnulla praeferre, quae & in me vestrum concilient amorem, & Opellae huic meae meorum Camerinensium nanciscantur humanitatem. Quod quidem his assequi haud difficile fore dijudico; si noverint, quicquid in hoc opere boni est, totum me debere immortalis memoriae *Henrico Cardinali Henriquez* Camerinensium Patrono amantissimo, & studiosissimo, Civique optimo: Viro morum integritate, indolis amoenitate, doctrinae excellentia, generis nobilitate praeclarissimo, qui dum in vivis ageret, tenerrimo amore Camertes, meque est complexus. Quid non egit, Princeps ille litterarum cultor, & Patronus eximius, & munificentissimus, Camerinensis Ecclesiae, & Civitatis gloriae consulturus? Vix compertum habuit a domno Gabriello Maria Guastutio Monaco Camaldulensi eruditissimo, meique amantissimo desudare me ad hanc historiam illustrandam, quum petiit Ipse ad hoc opus promovendum Clarissimorum Virorum subsidia, ad quos suas spontè litteras dedit; ut & ipsi mea foverent studia, & ad Camerinensis Ecclesiae gloriam monumenta mecum communicarent. Clarissimum Comitem *Josephum Garampium* Canonicum Vaticanae Basilicae, & secretioris Apostolici arcisque S. Angeli Archivi Praefectum quanam sollicitudine non est precatus *Henriquez* & voce, & litteris suis; ut, si quae ab illo tabulario documen-

menta praesto essent omnia ad mei operis ornamentum, Apostolica etiam implorata facultate, libentissime daret? quod & ille doctissimus Vir humanitate pene incredibili perfecit. Tandem, ut singula proferam, quae vestrum in me alliciant amorem, sic optimi Henriquez cordi adhaesit Opus hoc meum, ut penè moriens inter coetera, quae *Dominico Pannellio* a Secretis suo apprimè caro, Viro quippe probo, & erudito memoriae retinenda mandavit, illud etiam addiderit, ut me ad Opus hoc sollicitè exequendum impensius excitaret. Quid plura? Si huic Historiae praefixam habetis Dissertationem *De Civitate, & Ecclesia Camerinensi*; & in ea, & in serie Episcoporum Civilis historiae Camerinensis fundamenta posita & intertexta immortalis noster Henriquez Camerinensis Civitatis, & Ecclesiae gloriae ad extremum usque vitae halitum semper intentus illam a me exaratam voluit. Haec quidem argumenta sunt, quorum gratia non diffido fore, ut Vos libenti animo Librum meum sitis excepturi. Utinam in vivis esset Vir ille doctissimus, meique amantissimus! Majori sane benevolentia laborem hunc meum exciperetis maximè rati in lucem illum prodire gravissimo tanti Viri judicio adprobandum, ut suis ad me datis litteris iterum iterumque benignissimè testatus est.

Spe nihilominus non destituor, quin Commentaria haec mea, suo licet ac tanto Patrono orbata, bono tamen, hilarique vultu admittatis; quum fuerit vobis compertum illa sub trutina stetisse amplissimi, & doctissimi *Pompeii Compagnonii* Auximani, & Cingulani Antistitis erga Me omni humanitate pleni, & a Cardinali Henriquez hoc in honore habiti, ut aliis ad me scriptis litteris testatus sit, nil opportunius, nihilque optatius contingere posse ad difficultates, quae passim in hoc Opere exarando mihi occurrerent, diluendas, quam Compagnonium consulere, Virum quippe inter doctissimos Europae jure ac merito recensendum. (*a*) Percommodum id etiam accidit, quod mihi vetus intercedit necessitudo cum *Francisco Mario Raphaellio* V. C. littera-



(*a*) Ha poi ella gran senno a far capo in tutte le difficoltà all'incomparabile Monsignor Vescovo Compagnoni, che io considero non solo come splendore di cotesta Provincia, ma come uno de' maggiori letterati di Europa &c. Ravenna 3. Dicembre 1755.

rariae reipublicae ſatis ſuperque noto; Is ſelectorum librorum copia, quibus partim avito, partim ſuo jure non refertam modo, & cumulatam, verum adeo in dies redundantem domum perfecit, ut in noſtra Provincia praecipua habenda ſit Raphaelliana Cingulana Bibliotheca, Is utique conſilio, & opera longe favit laboribus meis. Inſigne opus Annalium Camaldulenſium in VI. uſque adhuc Tomos vulgatum & elucubratum a doctiſſimis & celeberrimis Viris mei amantiſſimis Abbate *D. Jo: Benedicto Mittarellio*, & Lectore *D. Anſelmo Coſtadonio* quantum ornamenti huic Operi meo contulerit, quantumque ad noſtram hiſtoriam tam Sacram quam civilem illuſtrandam profecerit, facile quiſquis intelliget qui hujus Hiſtoriae paginas revolvere cordi habebit.

Tabularia, ad quae confugere opus fuit, illud in primis Cathedralis Eccleſiae San-Severini fuit, quod ſemel, & iterum revolvi. Ibi enim non ſolum ſchedae ad illam Eccleſiam ſpectantes ſervantur; ſed & aliae permultae duorum inſignium Coenobiorum Ordinis S. Benedicti *S. Mariae Vallisfocinae*, & *S. Mariani in Vallefabiana*; documenta pariter duorum inſignium Parthenonum *S. Salvatoris de Colpreſſeto*, & *S. Mariae de Submonte*, de quibus in noſtra ſerie opportunè differemus. Ad chartas hujus Tabularii revolvendas, & exſcribendas ſuam mecum impendit operam nobilis, & humaniſſimus *Joannes Carolus Giroldus* illius Cathedralis Eccleſiae S. Severini veteris Capituli Canonicus, & Queſtor. Non pauca documenta ex Archivo Eccleſiae Cathedralis S. Venantii de Fabriano deprompta mecum munificè communicavit *Angelus Auguſtinus Butus* Patricius, & Canonicus ejuſdem Eccleſiae Vir doctrina, & eruditione clariſſimus. Multa etiam documenta ab Archivis S. Blaſii Monachorum Camaldulenſium, & S. Catherinae Monachorum Montis Oliveti pariter Fabriani excerpſi opera, & induſtria laudati Domni *Gabrielis Guaſtutii* inter eruditos ſatis illuſtris. Ab hiſtoria ms. Geneſina Marini Angeli Severini nonnulla etiam deprompſi. Ad has lucubrationes illuſtrandas ſuam pariter contulere operam *Torquatus Dionyſius* Patricius Tolentinas, & *Joſeph Caſtellanius* Patricius Montecchianus documentis e Tabulariis Tolentini, & Montecchii deſumptis. Alia documenta ab aliis doctiſſimis, & clariſſimis Viris nempe a *Petro Paulo Ginannio* Congregationis Caſinenſis Abbate, & ab *Annibale de Abbatibus Olive-*

*verso* accepi . *Bernardus Gentilius* Congregationis Oratorii , & Patricius San-Severinas quamplurima ex iis , quae ad illuſtrandam Piceni Provinciam ſolertiſſimè collegit , libentiſſime dedit . Hos omnes hic commemoratos volui , ut illis de me bene meritis gratiſſimum me probem . Illorum igitur Tabulariorum , & tot illuſtrium Virorum ſubſidio , ſi non plenam , ſane minus imperfectam Epiſcoporum Camerinenſium hiſtoriam daturum non diffido . Documenta ſelegi , quae ad illuſtranda Coenobia , Templa , & Caſtella Dioeceſis veteris , (*a*) & novae Camerinenſis opportuna viſa ſunt , quaeque Epiſcoporum vitam longius , quam antea fuerat excogitatum , perennant , illaque in Appendice documentorum produco . Stylum adamavi planum , clarum , & eccleſiaſticum , ut minus etiam peritis faciam ſatis . Scriptores , quibus in hoc Opere utor , eos ſum amplexatus , qui & doctiores , & ſeverioris eruditionis cultores habentur , quorum elogia brevitati conſulturus omitto ; quum unaquaeque illorum nomina digniora ſint , quam , ut poſſim elogia texere operibus eorum . His praelibatis , Auſpice Deo , ad rem veniamus .



(*a*) Veterem Eccleſiam illam dico , quae tot erat amplificata Dioeceſibus , quot numero in differt. praelim. Cap. IV. §. 1. pag. 36 , & ſeq. Novam verò illam appello , quae floret adhuc , quamvis Eccleſiis ſpoliata Urbeſalvienſi, Septempedana , Tollentinate , & forſan alijs .

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

*D. Archiep. Nicomed. Vicesgerens.*

QUod praeclare, vereque a Cicerone dictum accepimus, optimum Civem rerum patriarum gloria summopere affici, nihilque illi esse jucundius, quam ut ea, quae suae Civitati acciderunt perhonorifica, ac fortunata ad omnem saeculorum posteritatem transmittantur; id sane Virum Clarissimum OCTAVIUM TURCHIUM Patritium Camerinensem impulit, atque inflammavit, ut vetustissima suae Camerinensis Ecclesiae, Urbisque decora, & ornamenta scripto mandaret eo Libro, quem inscripsit: *De Ecclesiae Camerinensis Pontificibus Libri VI. &c.* Hunc Ego, ut Reverendissimi Patris Sacri Apostolici Palatii Magistri jussa facerem, sedulo, considerateque perlegi: ut vero multa ab Auctore ex eruditae antiquitatis fontibus petita, inque lucem educta in illo suspexi, ita nihil offendi, quod inviolandae Religionis jura, & castigatiorem morum doctrinam vel minimum laedat. Ita censeo &c. Romae ex Aedibus S. Silvestri Montis Quirinalis IV. Id. Septembris CIƆIƆCCLXI.

*Paulus M. Paciaudius C. R.*

MAxima semper in laude positum fuit a doctissimis Viris celebriora antiquitatis monumenta studiose persequi: de patriis verò rebus, sive originibus, sive praecipuis Historiae capitibus commentari, praesertim ubi ex tenebris, ac squalore vetustatis excitentur, judicioque acri, & adcurato expendantur, atque instaurentur, longè omnium praeclarissimum fuit semper existimatum. Utrumque praestat V. C. OCTAVIUS TURCHIUS Patritius Camerinensis in praesenti Volumine *De Ecclesiae Camerinensis Pontificibus* inscripto, quod, ut mandatis Rmi P. Mag. S. Pal. Apostolici obsequerer, attentissime legi, cumque nihil in eo offenderim vel a Christiana Fide, vel a Catholica Ecclesia dissonum, imo amplissimam in eo omnigenae eruditionis penum suspexerim, illud dignissimum censeo, quod in lucem prodeat.

Datum Romae in Bibliotheca de Comitibus Kalendis Maji anni 1762.

*Justinianus Orsini S. Indicis Congregationis Consultor.*

IMPRIMATUR.

F. Thomas Augustinus Ricchinius Ord. Praed. Sac. Pal. Apost. Mag.

IN.

# INDEX CHRONOLOGICUS

## DUCUM SPOLETANORUM.

# INDEX CHRONOLOGICUS
## DUCUM, ET MARCHIONUM
### SPOLETANORUM,
### ET CAMERINENSIUM.



*Ugo*

*Ugo* II. 1020. computabat VI. ſui Principatus annum.
*Tranſmundus* III. fl. 1038.
*Ugo* III. 1040. 1043.
*Victor* Papa forſan 1043. 1048.
*Gothifredus*. 1059. 1070. quo ſuum obiit diem. 18.
*Beatrix* mater Mathildis. 1070. mox.
*Mathildes* una cum viro ſuo Gothifredo regnavit uſque ad ann. 1115. Et hic finem habuerunt Duces, & Marchiones Spoletani ſimul, & Camerinenſes.

# INDEX CHRONOLOGICUS
## PONTIFICUM CAMERINENSIUM.



Fr.

# INDEX CAPITUM
## TOTIUS OPERIS.

*DISSERTATIONIS PRAELIMINARIS*

# INDEX RERUM

## Quae in Appendice Documentorum habentur.



*Ale-*

*Ram-*

*Char-*

*Vr-*

*Iu-*

DE

# DE CIVITATE ET ECCLESIA
# CAMERINENSI
## DISSERTATIO PRAELIMINARIS
### IN SEX CAPITA DISTRIBUTA

## CAPUT I.

### *De Civitate Camerinenſi.*



## §. I.

SI celebriores inter Italiae, immo vero Chriſtiani orbis Eccleſias jure ac merito Camerinenſis Eccleſia eſt recenſenda; Civitatem ipſam Camerini, ubi tam inſignis Eccleſia eſt conſtituta, antiquitate, ſplendore, & majeſtate nulli ſecundam firmiter tenendam eſſe dijudico. Acturus igitur de praeclariſſimis illius Eccleſiae praerogativis, ejuſque Epiſcoporum ſeriem, & acta diſpoſiturus; optimum fore duxi aliquid praelibare de ejuſdem civitatis ornamentis; de illius nempe origine, & antiquitate, de praeſtantia, & fortuna: ut exinde ad tempora veniamus, queis conſtituta ibi cathedra cum epiſcopis ſuis, una cum eorum ſerie, & actis civilia illius urbis facta contexere poſſim.

Camerinum civitas eſt intra fines Umbriae (1) loco tutiſſimo ſita ſuo



(1) Ita omnes Geographi contra illos, qui in Piceno ſtatuunt Camerinum; vel quia illud in Egidianis conſtitutionibus inter loca Piceni ſitum recenſent; vel quia Otto IV,

ſuo ſatis nomine celeberrima memorata a Strabone, Ptolomaeo, Plinio, Silio Italico, Caeſare, Cicerone, aliiſque antiquis ſcriptoribus.

Ad hujus civitatis originem, & primordia expiſcanda laborare, idem eſt, ac ad ſomnia incumbere. Cluverius forte ab Cluſii ruinis ortum habuiſſe Camerinum putat (1); Cluverium Papebrochius ſequitur (2). Camillus Lilius in ſua Camerinenſi hiſtoria hanc, & alias aliorum conjecturas profert: (3) nil tamen ex his veri aſſequimur.

Jacet Camerinum ſcopulis adnixum ad meridiem *Sanſeverini* VII. mill. paſs. ad Boream Fulginei XX. mill. paſs., ad orientem Firmi XXXV. mill. paſs. diſſitum. Ejus latitudo, ut habet Voſgien in ſuo Dictionario hiſtorico (4) eſt gr. 43. 3. longitudo gr. 30. 43. Nuperrimis vero obſervationibus V. V. C. C. Chriſtophori Maire, & Rogerii Boſcovich Soc. Jeſu (5) latitudo eſt gr. 43. 6. 25. longitudo gr. 30. 56. 33. Habet agrum conterminum agro Sanſeverinati, & intra Umbriam undequaque reſtrictum.

## §. II.

QUod antiquitatem & ſplendorem Camerinenſis populi tuto probat eſt: noſtros Camerinenſes cum Gallis Bojis, & Senonibus pro R. Republica proelium iniiſſe anno ab Urbe C. 537. Patet ex Silio Italico (6) infelici tamen fortuna. Pari adverſa ſorte contra Annibalem ad Cannas attriti ſunt anno ab U. C. 538. ex eodem Silio. (7) Livius (8) ſcribit Camerinenſes ante annum ab U. C. 548. *aequo foedere* cùm Romanis fuiſſe jam junctos. Foedus cum Romanis a Camerinenſibus fuit initum anno ab U. C. 444. quo M. Fabius cum familiari ſuo Ciminios Saltus ſupergreſſus Camerinum pervenit. Facti ſeriem dat Livius, cujus auctoritate validiſſimè foedus iſtud comprobatur. Scribit enim (9) Pe-

IV, qui Marchionem anconitanum dixit Attonem Eſtenſem inter loca Marchiae Camerinum adnumerat. (Compagn. Reg. Pic. p. 1. lib. 2.) Ibi de Camerino politice, non vero geographice ſermo habetur.

(1) Ital. Antiq. lib. II. cap. VI. ſcribit: *Cluſium Etruriae opidum antea appellatum fuiſſe Camars, & Camers cap. I. III. & IV. oſtenſum eſt. Circa annum ante Jeſum natum 1513. immigraſſe in Etruriam Pelaſgos infra lib. I. oſtendetur. Nil igitur credibilius, quam incolas opidi trans-tiberini Camertes, cum a Pelaſgis pellerentur in iſtas Umbriae Ciſtiberinae partes ſe recepiſſe, opidumque ibi in ipſo Apennini ſeptemtrionali latere, qua fines erant Picentium, novum condidiſſe, cui priſcae ſedis nomen inditum.*

(2) In comment. praev. ad act. S. Ven. XVIII. Maji.

(3) Part. I. lib. I. pag. 3. & 4.

(4) Diction. hiſt. portat lit. C.

(5) Opuſ. 3. de expedit. per pontif. Dit. pag. 187.

(6) Lib. 4. (7) Lib. 8.

(8) Lib. 28. cap. 45. Joannes Dujatius in notis ad Livium id eveniſſe putat anno ab U. C. 548. Publ. Cornel. Scip., & Publ. Licin. Coſs.

(9) Summam Camerini antiquitatem, & po-

*Perusini*, *Clusini*, *Rusellani abietem in fabricandas naves*: *Umbriae populi ..... Milites polliciti*: *Marsi*, *Peligni*, *Marrucinique multi voluntarii nomina in classe dederunt*. *Camertes*, *cum aequo foedere cum Romanis essent*, *cohortem armatam sexcentorum hominum miserunt*: Quid ad hæc, qui *aequum foedus* non cum *Camertibus*, sed cum *Clusinis* ictum esse contendit? En inter populos cum Romanis sociatos ad bellum contra Anibalem, *Clusinos*, & *Camertes*. Ad annum igitur 444. hoc foedus est referendum; & propterea Camertes ut foederatos anno 548. Cohortem DC. Camerinensium in debellanda Cartagine ad Scipionem misisse asserendum est. A Romanis propterea Camerinenses nunquam domitos fuisse, sed cum Romanis semper amicitiâ junctos, & foedere strictos fatendum.

Grande etiam societatis, & amicitiae dederunt testimonium Romano populo *Camertes*, quum Cajus Marius anno ab U. C. 550. ad Cimbros expugnandos, e Galliis revocatus, & contra illos progressus mille Camerinensium praesidio certamen iniit; tantoque ardore a Camerinensibus pugnatum est, ut Marius videns illos *Mira virtute vim Cimbrorum sustinentes*, *in ipsa acie adversus conditionem foederis Civitate donaverit*, *dicens*: ESTOTE CIVES, ET PUGNATE CAMERTES: Sic Valerius Max. (1), & Plutarchus (2).

Excitato postea bello sociali, seu italico anno ab U. C. *663*. Camerinensi populo, totique Umbriae, & Etruriae, qui omnes minime huic bello se se implicuerant, civitas Romana data est. (3) Tunc Camerinum ad haec usque tempora aequo foedere cum Romanis sanctissime junctum ad conditionem Municipii, & ad jura Civitatis Romanae transiit (4) & exinde Camerinensis populus ea libertate semper

 usus

potentiam Cluverius probat ex lib. 9. cap. 16. Livii: *Consul quippe* (scribit Cluverius) *Quintus Fabius Max. cum C. Mario Rutilio* [corrige C. Marrio Rutilio] *fuit anno ab U. C. 447. idest ante natum Jesum 309. quo tempore jam florentem*, *potentemque fuisse urbem Camerinam ex foedere patet*. Dujarius foedus hoc ictum fuisse anno 444. parum credibile putat. Praeter Dujacium Franciscus Marianus V. C. ingenio, eruditione, & eloquentia praestantissimus, foedus hoc cum Camerinensibus aperte negat, contenditque actum cum Clusinis. Doctissimus P. Philippus Camerinius contra Mariani argumenta, patriae vetustum decus defendit, ut veritati, & rationi cedendum esse nemo non judicet, qui utrorumque Scriptorum opuscula legat.

(1) Lib. 5.

(2) In vita Marii.

(3) Vell. Paterc. lib. 1. Oros. lib. v. Calm. Tom. III. lib. XXXIX. Istor. univ. pag. 644. edit. Ven.

(4) *Aequum foedus* Camerinensium cum Romanis ex Livio certum est. *Civitas* Romana a C. Mario mille illis Camertibus data nequit in dubium revocari testimonio Cic. in Orat. pro Cornel. Balb. Val. Max. lib. V., & Plut. in vit. Marii *Societatem* a Septimio Severo cum Romanis firmatam Camerinensibus probat lapidea illa inscriptio, quam profert Lilius P. 1. lib. 1. pag. 31: quod monumentum ipsi Imperatori ob illis *in aeternam securitatem*, *atque glo-*

ufus eft ad Ariulphum ufque Langobardorum Regem, qui Camerinum primo forte occupavit ex infra dicendis.

Principatum exinde Romanum anno ab U. C. 685. apetiit Catilina M. Tull., & C. Ant. Cofs. fuae conjurationis fautorem habuit L. Septimium quemdam Camertem, quem in agrum Picenum mifit (1) ad hujus Provinciae populos in Romanam rempublicam impellendos. Camerinenfes vero fidem Romanis fervarunt.

Confpiravit tandem, & quidem feliciori fucceffu, in R. rempupublicam C. Caefar anno ab U. C. 699. Camerinenfes fuas miferunt copias R. populo. Vibullus, qui *ex finitimis regionibus, quas poteft, contrahit cohortes ex delectibus Pompejanis, in iis Camerino fugientem Vlcillem Hirum cum fex cohortibus, quas ibi in praefidio habuerat, excipit* (2): Cohortes illas, aliafque ex Piceno excepit Domitius, a quo Pompejus (ambo erant Proconfules) poftulavit, ut ad fe mitterentur fcribens: *Aequum eft a te impetrare, ut cohortes, quae ex Piceno, & Camerino venerunt, quae fortunas fuas reliquerunt, ad me miffum facias* (3).

Poft varias fortunas Caefar Romam primum, mox in Hifpanias profectus eft, quo & perexerunt Gneus Pompejus, & Sextus Pompejus fratres. Actum ibi fuit bellum, & quidem validiffimum, in quo, ut Caefar ipfe fatetur, magis pro vita, quàm pro victoria pugnatum eft. In tam ardenti praelio, quo occifus junior Pompejus occubuit, Camerinenfes in aciem defcenderunt, Lucius Cominus Camers, ut fcribit Dion (4) fumma animi fortitudine Pompejanam par-

*gloriam foederis confirmatum Camertes erexerunt*. Tandem fragmentum alterius infcriptionis affert idem Lilius ubi fupra pag. 33, qua probare contendit *Civitatem Romanam* ter Camerinenfibus confirmatam. Ergo ex his documentis *aequo foederi* fuccedit *Romana civitas*. *Romanae civitati aequum foedus*; & tandem alio documento *Civitas Romana* ter Camerinenfibus firmata. Quid in tot Camerinenfium viciffitudinibus fentiendum eft? Revera nil aliud, ut fenfus meos proferam, de Camerinenfibus dici poteft, quam illos credere cum Romanis *aequo foedere* junctos ufque ad bellum italicum. Poft illud bellum ad Municipii conditionem Camerinum tranfiiffe. Probat id fragmentum infcriptionis, quod affert Lilius Part. I. lib. I. pag. 38. Habes §. X. Inter antiqua monumenta civitatis n. III, in qua recenfentur IIII. VIR. Camerinenfis civitatis municipales magiftratus, ut norunt omnes. Item ex Frontini fragmentis de coloniis fcimus Camerinum in Coloniam fuiffe deductum, illiufque agrum ob diminutam forte populi frequentiam Romanis militibus affignatum, utique poft bellum italicum; Alias agri divifio repugnaret aequo foederi. Ideoque nil aliud conjicere poffumus a relatis a Lilio monumentis, queis probare contendit, etiam poft italicum bellum *aequum foedus* Camerinenfium cum Romanis, quam credere a Camerinenfibus monumenta illa ad Imperatorum gloriam fuiffe excitata recolendo principibus illis memoriam privilegiorum Camerinenfi populo a Rom. Republica collatorum.

(1) Saluft. in Conjor. Catil.
(2) Caef. bell. Civ. Lib. 1.
(3) Cic. Epift. ad Att. Lib. 8. epift. 18.
(4) Hift. lib. 43.

partem ſtrenue ſuſtinuit, innumeriſque vulneribus confoſſus, vitam finivit. Sepulchralem inſcriptionem ad illius gloriam erectam in Luſitania refert Lilius (1). Quae fides illi danda ſit, viderint alii.

Nil aliud nobis ſupereſt memorandum per ea tempora, quibus primi Imperatores dominati ſunt. Appianus ſcribit in bello Perusino (2) Agrippam duas legiones Planci ad ſe pellexiſſe relictas Camerini.

## §. III.

QUum certi nihil nobis hiſtoriae prodant de ſtatu civitatis noſtrae, poſtquam Romanum imperium ſeneſcens in dies Principibus objiciebatur barbaris, & extraneis: ad tempora tranſeamus, quando *Alaricus* Gothorum Rex in Italiam progreſſus poſt Stiliconis interitum, quot Oppida, & Caſtella ſibi occurrebant, tot immani direptione vaſtabat, ipſamque Romam ſemel & iterum obſeſſam depopulatus eſt anno 409. (3) Camerinum aſſerit Lilius (4) ferali illa irruptione ope S. Venantii Martyris ſui fuiſſe ſervatum; & tam inſignis liberationis memoria in illa Civitate quotannis recolebatur die V. Oct. ſolemni Campanarum concentu hora 16. qui mox lapſu temporis neglectus anno 1755. fuit iterum reſtitutus.

Lilius item ſuſpicatur Camerinenſes ſub Athalarico rege Gothis fuiſſe amicos, & fautores; (5) quia Beliſarius Orientalium Imperatorum jura *propugnans* in Italia, Duce Joanne Vitaliano, exercitum ſuum non Camerini, *ejuſque* in agro, ſed *Albae* conſtituerat. *Albam* Civitatem Caſtrum illud parvulum, & ignobile fuiſſe putat Lilius (6) vulgo hodie *Albacina* dictum in agro Fabrianenſi a Camerino

(1) Part. 1. Lib. 1. pag. 20.

(2) Civil. bell. Lib. V.

(3) Murat. Annal. d'Ital. anno 409.

(4) Part. 1. Lib. 1. pag. 76. De hac liberatione alias diſſeremus.

(5) P. 1. Lib. 1. pag. 107.

(6) Procopius de ſtatione Beliſarii militum prope *Albam*, Piceni fine, ſub Vitaliano duce differit Lib. II. de bello Gothico; exacta vero, & genuina Ugonis Grotii traductio librorum Procopii ſic habet: *Beliſarius, ut abundantem militum copiam Romae vidit, equites in loca longius ab urbe abſita mittit. Cumque aliis octingentis Vitalianum, cui Joannes patruus circa Albam Piceno fine jubet hibernis locorum capere.... His omnibus praecepit, Joannem quocumque duceret ſequi. Joanni vero quieſcere, quamdiu conventionibus ſtaret hoſtis. Sin ille pacta exueret, tum haec ageret. Omni cum exercitu ſubito rueret in Picenum, multo primum ambitu vicina perluſtrans, deinde illuc ea celeritate incumbens, ut famam anteiret.... Haec cum aguntur Joanni ſcripſerat Beliſarius, juſſa perageret. Quibus ille parens bis mille cum equitibus Picenam regionem percurſam praedae multum coegit.... Auximum ubi ventum eſt &c.* = Haec Procopius. Unde quaeſo certiores reddimur *Albam* Piceno fine poſitam oppidulum eſſe illud *Albacina* dictum, & non magis *Albam fucenſem* Civitatem in *Marſis* Piceno ſitam fine? Si *Alba* a Procopio memorata eſſet *Al-*

no X. mill. paſs. diſſitum elevato in ſcopulo inter prerupta montium innixum. At de hoc nihil certi; nec poſſumus tutis argumentis firmare, cui nam parti Camerinenſes *adhaeſerint* illa barbarica Gothorum, & Imperialium militum irruptione.

Gothis repreſſis Alboinus Longobardorum Rex Italiam eſt ingreſſus, & anno *569.*, ut ſcribit Muratorius (1), Longobardicum regnum inſtituit, coepitque eo anno ſui regni Aeram numerare. An Alboinus Camerinum aliquando occupaverit, incertum eſt. (2) Occupavit Spoletum, (3) &, Ducatu Spoletano fundato anno 580., primum praefecit novi Principatus Ducem *Faroaldum* ad ſenſum Muratorii, & Lilii. (4) Ad totam pariter regendam Italiam XXXVI. Duces praepoſuit Alboinus. (5)

Divexavit *Faroaldus* Camerinum iteratis incurſionibus, longaque obſidione, ſed illud expugnare non potuit, immo in ipſo agro Camerinenſi fuit victus, & profligatus. (6)

§. IV.

*Albacina*; regio illa quatuor, & quidem frequentiſſimas habuiſſet proximas populationes; Mathilicam nempe, quae ab Albacina IV. mill. paſſ. diſtat: *Albam*, quaa a Tuffico abſuiſſet D. circ paſs.; *Tufficum* enim jacebat in illa planitie, cui imminet *Albacina*; ; & *Attidium a Tuffico* V. mill. paſſ. diſſitum; ſingulas Romenorum illuſtres, & celebtes colonias. Tandem innixam haberemus praerupto in ſcopulo *Albam*, & quidem Civitatem, cujus amplitudo eſſet adeo exigua, ut vix centum poſſet capere domos. Quo tempore ad hibernandum Vitalianus *Albae* tenebat copias *Mathilica*, ſorſan, & *Tufficum*, & *Attidium* non arant diruta: quare ergo Vitalianus ad hibernandum exercitum ſuum ſeligit potius *Albacinam* inter ſaxa, & ſcopulos, quam vel *Mathilicenum*, vel *Tufficanum* agrum in illa *perameena* planitie poſitum? Quomodo duae Civitates *Alba*, & *Tufficum* tam proximie? Qualis nam ages *Albae*? ſaxa utique, rupes, praerupia montium, & opaca ſylvarum. *Albam* igitur a Procopio memoratam crederem potius *Albam fucenſem* in finibus Picenae Provinciaa, quo facillime in Picenum exercitus poterat progredi *Auximum* verſus. *Albacinam* putavit Lilius fuiſſe *Albam* a Procopio memoratam, quia neſcivit proximum Albacinae fuiſſe *Tufficum*, cujus rudera ſupetſunt adhuc, & monumenta ibi reperta certam ibi Tuffici ſedem definiuns. Nil igitur certi habemus de Cameriuenſium fostuna per ea tempora.

(1) Annal. Ital. ann. 569.

(2) Quo tempore Alboinus Marchiam, Umbriamque ſumma ſerirate diſcutiebat, & vaſtabat, Civitates illarum regionum ſic gentibus viduaraa, ſic viribus deſtitutae arant ob peſtiferam luam, ſamem, & barbaricas incurſiones, nt facili negocio viae eperirentus genti illi effienatae, & psaedae inhianti ad illas occupandas. Camerinum propterea conjici poteſt ab Alboino occupatum. Lilius (p. 1. lib. iv. pag. 113.) putat Alboinum vel occupaſſe Camatinum, vel a Camerinenſibus fuiſſe repulſum. Noſtias conjecturas alias proferemus.

(3) Occupationem Spoleti Lilius certam dat, ante utiqua annum 572, vel 573, quo anno Alboinus obiit occiſus. (Murat. annal. ad ann. 573.) anno vero 580. erat jam conſtitutus ducatus Spoletanus, ut idem Muratorius hoc anno animedvertit; quamvis pmbabilius in ſola Umbria, nac aa amplitudina, qua poſtea dilatatus. (Murat. Antiq. ital. Tom. I. Diſſ. 11.)

[4] Part. 1. Lib. IV. pag. 113. iſtor. di Cam. = Murat. Annal. 580.

[5] Murat. Annal. ad ann. 575.

[6] Lil. hiſt. Cam. P. I. Lib. IV. pag. 113, & ſeq. ſine coaevi ſcriptoris auctoritate.

## §. IV.

PRimus igitur Spoletanus Dux, ut horum feriem hic demus, fuit *Faroaldus* ab Alboino rege praepofitus anno circ. 578. (1) & anno 583. prope Ravennam trucidatus. (2)

II. *Ariulfus* Faroaldo fuffectus eft anno circ. 583., ideoque vel hoc anno, vel paulo ante *Faroaldus* occubuit (3). Dux ifte Camerinum occupavit prodigiofa Sancti Martyris Savini apparitione, ut refert Paulus Diaconus, (4) & ad haec ufque tempora libertas (5) Camerinenfis perduravit. Potitus Ariulfus Camerino in caufa fuit, cur Ducatum Spoletanum mirifice in Cis-apennina parte per Picenum ampliaverit, & in trans-apennina parte illius principatus voluerit caput fuifse *Spoletum*, & in cis-apennina *Camerinum*.

Qualis fub Spoletanis ducibus Camerini ftatus fuerit, & fortuna, definire non poffumus. Nos feriem ducum Spoletanorum profequentes, quicquid de Camerinenfibus fcriptum habemus, opportune dabimus. *Ariulfo* e vivis fublato forte anno 601. (6), duo fratres *Faroaldi* filii Ducatum ambierunt. Lis uno praelio confecta eft.

III. *Theudelapius* alter ex filiis Faroaldi in praelio victor regreffus principatum obtinuit, & hic locum habet poft *Ariulfum* anno 604. (7), tenuitque ducatum ad annum circiter 651. (8).

IV.

[1] Paul. Diac. lib. III. cap. 13.

[2] Hier. de Rubais hift. Raven. lib. IV. Pauli Diaconi auctoritas ad aaras ftatuendas actorum Langobardorum in Italia parum tuta aft, ut animadvartit Muratorius (Annal. To. III. ad ann. 580.) qui proptarea emortualem Faroaldi annum incartum habat.

[3] Francifcus M. Pratillius in Prol. in Paul. diac. excerpta obitum *Faroaldi* figit ad annum 583, & hoc ipfo anno initium *Ariulfi* principatus.

[4] Lib. IV. cap. V. Murat. in Annal. ad ann. 601. *Camerini* occupationam factam apparitione, & ope S. Savini ab *Ariulfo* principe etherodoxo habet fufpactam. Pauli taman fcriptoris coëvi fidai ftandum aft. Itam Muratorius ipfo anno 601. Victoriam *Ariulfi* in agro Camerinanfi, & in Camerini viciniis admittit: nefcit tamen definire, an Camerinum fuerit tunc, vel alio tempore axpugnatum. Paulus diac. fcribit = *Hic Ariulphus cum bellum contra Romanos a Camerino geffiffet, victoriamque patraffet &c.* Quae varba non videntur obfcura. Sigonius (da Regn. Ital. lib. I.) inamorat hoc praelium, & *Ariulfi* victoriam fic = *Digreffus inde* (Ariulfus) *quod fpes omnis ad irritum cecidiffet, Camertes invafit, atque illos magno praelio fuperatos in poteftatem redegit* = *Camerini* proptarea occupatiooem in dubium noo revocarem.

[5] Lil. P. I. Lib. IV. pag. 120.

[6] Murat. annal. ad ann. 601.

[7] Paul. Diac. lib. IV. cap. 17, & 52. Sigonius vult *Theudelapium* ducatum tanuiffe anno 603, quam faquitur etiam Campallius hift. Spolet. lib. XII. nos faquimur diligantiffimum Pratillum in citata prolufione.

[8] Emortualis Theudelapii annus incertus eft, fanè auctoritate Pauli Diac. loc. cit. fub Conftante Imparatora axtremum confacit diam. [Murat. Annal. Tom. IV. ad ann. 651.]

IV. *Atto* dux fuit anno 656, nisi Paulus, (1), ut scribit accuratus Pratillus, erraſſet in Theudelapii emortuali anno, quem paulo ante Ariperti regis mortem contigiſſe, inquit.

V. *Transmundus* (2) post *Attonem* ducatum tenuit anno 663. (3) vixitque ad annum 702, vel, ut conjicit Muratorius, ad annum 703. Hoc anno Transmundus locum cessit Faroaldo II. ejus Filio (4).

VI. *Faroaldus II.* obiiſſe probant anno 728. monumenta a cl. scriptore tabulae Chronographicae medii aevi apud Muratorium (5). Hic *Faroaldus* a suo filio *Transmundo* regnandi cupido fuit principatu spoliatus anno 724. (6)

VII. *Transmundus II.* per ea tempora regnabat, queis Liutprandus Italiae Rex, icto foedere cum Eutichio Exarcha, in *Transmundum*, qui ab ejus fide defecerat, sumpsit arma anno 729. (7), & *Transmundus* ultro se regi subjiciens res composuit suas. Anno tamen 740. iterum ab Italiae rege descivit; timensque regis potentiam Romam fugit: (8), & tunc Liutprandus ducem Spoleti dixit *Hildericum* anno 740. Lilius scribit (9), Liutprandi Regis tempore Camerinentes iterum libertate potitos, quando *Transmundus* dux contra Regem iterum, iterumque arma sumpsit (10), & quando Aystulphus Liutprandi successor, ducibus Canardo, & Barbato in Camerinum irruentes a *Solone* Episcopo, & duce Camerinensium pro patria strenue pugnante expulsus est, & fugae datus. At de hoc alias sub *Solonis* Episcopatu.

VIII. *Hildericus* a Liutprando dux constitutus est anno 740, ut supra dictum est. Hic in Farfensi cathalogo desideratur. *Evolatis dein aliquibus annis* (scribit Paulus (11) *Transmundus, qui Romam fugerat, Spoletum rediens Hildericum extinxit* (anno nempe 742.) *rursumque contra Regem rebellavit* (12). Rex illico regressus est contra *Transmundum*; at hic collectis copiis suis, aliorumque foederatorum, aliquandiu pugnavit. Animadvertens autem, se diu Regis sustinere potentiam non posse, pacem petiit, & obtinuit ea pactione, ut principatu cederet, quod & perfecit (13).

IX.

[1] Paul. Diac. cap. 52. & 53. *Hic Atto* a Signonio, & Lilio lib. IV. *Zotbo* dictus est, sed male. Muratorius [Annal. Tom. IV. ad dictum annum] nescit definite initium *principatus* Attonis.

[2] Ut scribit Paulus fuit dux Capuae de eo lib. IV. cap. 53. & lib. V. cap. 16.

[3] Murat. ubi supra ad ann. 663.

[4] Paul. diac. lib. VI. cap. 30. Sigonius Collegam Faroaldi in ducatu fuiſſe scribit fratrem ejus *Volchilum* nomine, sed sine documento. Id ipsum putat Lilius P. 1. Lib. IV. pag. 120.

[5] Tom. X. rerum Ital.

[6] Paul. Diac. lib. VI. cap. 44. & Murat. annal. ad ann. 724.

[7] Murat. annal. ad ann. 729. Paul. lib. IV. cap. 5.

[8] Paul. ubi supra.

[9] Hist. Cam. Part. I. lib. IV. pag. 120.

[10] Murat. annal. ad ann. 740.

[11] Paul. ubi supra.

[12] Anast. in Zacchar. vit.

[13] Murat. annal. Tom. IV. ad annum 741. Paul. lib. VI. cap. 57.

IX. ***Agibrandum***, seu (ut legit Sigonius) ***Ansprandum***, (ut etiam habent chartae Farfenses.) nepotem suum Rex in Hilderici locum constituit Spoleti ducem ipso anno 742. (1), tenuitque ducatum ad annum 746.

X. ***Lupus*** eo ipso anno 746. (2) Dux Spoleti descriptus est in Cathalogo Farfensi (3).

XI. ***Hunnulphus*** post ***Lupum*** usque adeo ignotus ducatum tenuit. Illum in sua serie produxit diligentissimus Pratillius (4), regebatque ducatum anno *DCCLII. Indict. VI. Marcii mense die XI.* sunt notae chronologicae documenti, unde scriptor ille hunc hausit ducem.

XII. ***Albuinus*** dux anno circ. 757. ***Hunnulfo*** successit, Selectus, ut scribit Muratorius (5), in generalibus illius ducatus Comitiis illo anno, regnante Desiderio postremo Langobardorum Rege. Rex iste ***Albuinum***, tanquam perduellem, anno 758. in vinculis tenuit (6) ducemque Spoletanum voluit Gisulfum.

XIII. ***Gisulfus*** dux, quemadmodum, ***Albuinus***, & ***Hinnulfus*** ignoti fuerunt Sigonio, qui & ignoravit ejus successorem.

XIV. ***Theodicium*** (7), qui in Farfensi chron. appellatur ***Theodoricus***. Floruit dux iste anno 763: paulo post annum 772, quo a Desiderio ad Hadrianum PP. missus est, defecit ***Gisulfus***.

XV. ***Hildebrandus***, de quo meminerunt Cathalogus Farfensis, Anastasius, Sigonius, & alii; (8) anno 774. dux a Spoletanis suffectus est. Carolo Magno (antiquis Langobardorum regibus extinctis) occurrit, munera detulit, & pro eo contra Graecos decertavit anno 779., & anno 788. (9): anno tamen insequenti dux Spoletanus habetur ***Guinichus***.

B §.V.

[1] Dux iste in cathalogo farfensi desideratur. Illum habet Paul. loco cit.

[2] Ex cathalogo Farfensi.

[3] Hujus ducis meminit etiam charta donationis Ludovici Pii in serie Chron. Voltur. apud Murat. Tom. I. Part. II. pag. 369. & 386. rer. Ital.

[4] Pratill. prolus. in Paul. excerp. pag. LX. ex Schada permutationis cellae S. Viti monach. Cassinen. cum Ursone de Castro S. Vincentii ad Vulturni Pontis.

[5] Annal. Tom. ad ann. 757.

[6] Murat. annal. ubi supra ad ann. 758. in farfensi Cath. legitur *Albuinus*.

[7] Ab Anast. in Steph. IV. Pont. vita *Theodicius* est dictus, & sic est nuncupandus auctoritate monumentorum Farfensium, in quibus *Theodoricus* numquam legitur, ut optime animadvertit doctissimus P. Petrus Aloysius Gallethius monacus Cassinensis; & chartas profert ad id probandum tam in epistola ad cl. abb. Stephanum Borgiam nunc Beneventanam Urbem moderantem, & in romana ephemeride inserta mensium Augusti & Sept. ann. 1756, & 1757. pag. 233; quam in eruditissimo Commentario inscripto: *Gabio antica Città della Sabina* Romae vulgato typis Octavii Puccinelli anno 1757, perpendit etiam accuratissimus Gallethius in eadem epistola pag. 252. parum esse tutum catalogum nostrorum ducum praepositum farfensi Chronico.

[8] Anast. in Hadriani vit. Murat. ad ann. 772.

[9] Legendum a quid de hoc duce scribat

## §. V.

ROmani interea Pontifices, ut peculiari populo suo assiduis Langobardorum incursionibus divexato, providerent, eumque ab etherodoxis gentibus liberarent, Pipinum Francorum regem, ejusque postea successorem, & filium Carolum M. in Italiam acciverunt, Patriciatus Romani honore, illis attributo, quo munere apostolicae sedis, italicarumque gentium ad illorum patrocinium confugientium cura, & defensio illis commissa fuit (1). Carolus M. Romam accitus, Langobardisque regibus, urbi jam excidium minitantibus, ab Italia deturbatis, Langobardorum rex se dixit *Primus* anno 774. (2); filiumque ejus Pipinum anno 781. Adrianus I. R. Pontifex Regem Italiae declaravit (3). Postquam Gallici Reges, dignitatem, & nomen Langobardorum regis assumpsere, nomen Patricii Romani constanter tenuerunt. Quando vero S. Leo III. anno 800, S. P. Q. R. plaudente, Carolum Imperatorem augustum inauguravit, Patricii Romani nomen auditum amplius non est; cessitque augustiori, titulo, quo R. Pontifices decoratos voluerunt advocatos, & defensores S. R. E. (4) more penitus ab antiquis alieno, quo Imperatores Augusti Romanae Ur-

bāt doctus Pratillius, obi supra pag. LX, & LXI, & Murat. in annal. ad annum 775, qui tutis argumentis ab anno 775. ad 787. probat ducem Spoletanum praesadisse *Hildepertum*; & conjicit doos Duces aodem tempora dominantes in Spolatano ducatu, alterum Camerini, Spoleti alterum; ni fortè *Hildebrandus* aliquando principatu spoliatus, mox illo iterum potitus sit. Quid si Amanuensium culpa *Hildepertus* pro *Hildebrando* scriptus sit? Lilius pariter (P. I. lib. IV. pag. 121.) profert documentum, in quo *Hildepertus* dux recensetur ab Ughellio sumptum (Ital. Sac. Tom. II. pag. 725.) omnem tamen suspicionem tollit laudatus P. Gallatthius in enunciata apistola ad Borgiam data; io qua plurima producuntur documenta tabularii Farfensis; & in iis constanter *Hildeprandus* habetur; & nusquam apparet *Hildepertus*; immo dux *Hildeprandus* haud intarrupte ad annum usque 789. dux Spoletanus nominatur.

[1] Optime scriptor Gallicus P. Franciscus Pagius (in Breviar. Gest. R. Pont. in vit. Greg. III. §. XVII.) scribit: *Patriciatus Ecclesiae romanae, seu Patricii romanorum nomen duo quaedam complectebatur, & jurisdictionem, qua reges Francorum in urbe ex consensu Pontificis, & populi romani potiebantur, & protectionem, seu defensionem, quam R. Ecclesiae polliciti erant, quae defensio pactis cum R. Pontificibus initis constituta erat.*

[2] Murat. Annal. Ital. ad ann. 774.

[3] Id. ad ano. 781.

[4] Cessit Patriciatus honor augustiori titulo *Imperatoris*; sed non cessit obligatio illorum Principum, qui *Imperatores* proclamati se non dominos, sed defensoras temporalium Ecclesiae romanae jurium profitebantur. Exempla S. R. E. sequuta suot Italiaa Cathedrales Ecclesiae, & Monachorum Coanobia seligendo sibi advocatos, & defensores, quae ex illis oonnullos in tyrannos conversos fuisse luxerunt. Illi oimirum defensoras paulatim ecclasias boois temporalibus spoliarunt, praedia, & Castella usurparunt, & absoluti illorum domini facti sunt. Hinc facile evanit, ut oonnulli Principes aliquas S.R. Ecclesiaa regionas, quarum jura pro S. Sede tuari dabebant, temerario ausu occupaverint, dominiqua avaserint non legitimi, sed usurpatores. De hoc satis.

Urbis, & amplissimi illius imperii dominatum tenuerunt: adeo ut, ni mea me fallit opinio, advocatorum tantumodo, & defensorum jure tum Romae, tum alibi in Provinciis R. Pontificibus subjectis leges illos dixisse dijudicem; ibique, sicut in tota Italia, rectores etiam opportune constituisse. Et revera, antequam Carolus M. ad Gallias se restitueret, totam Italiam, Francorum more, in Marchias, Ducatus, & Comitatus divisit (1), unde factum est, ut Spoletanus ducatus *Marchionatus* titulum sumpserit, & dominos habuerit ab Imperatoribus illuc missos *Marchionis* titulo decoratos, Ducesque Spoletani, se deinceps dixerunt *duces*, & *Marchiones*; unde *Marchia* Camerina, quae & *Firmana* dicta est; sed nomine tenus a *Camerinensi* diversa (2).

Anno 888. Berengarium Italiae regem aggressus est Wido Italiae regnum *ambiens* in agro Brixiano (3), infelici tamen fortuna; nam ibi Wido victus, & profligatus est. Anno vero 889, bello iterum Berengario indicto, Wido victoriam cecinit (4). In hoc bello mille Camertes pugnarunt pro Widone, & nonnulli etiam Episcopi juxta pravum illorum temporum morem gladium pertractare visi sunt. Tunc Wido convocatis Episcopis sibi adhaerentibus, & amicis etiam Civitatum sibi subjectarum, (& inter hos, quis inficiabitur fuisse Episcopum Camerinensem) in peramplo consessu Papiae habito Rex Italiae proclamatus est. Mox anno 891. a Formoso Romano Pontifice Imperator Augustus coronatus est, & in sequenti anno 892. ab eodem Pontifice imperii socium obtinuit filium suum Lambertum aetate adhuc juvenili, & ephebum. (5) Wido interea anno 894. mense decembri supremum obiit diem, relicto Imperatore Lamberto (6).

*Ageltrudes* Widonis Augusti uxor vidua relicta forte ducatui Spoletano praesidebat; & eo anno 898. inter ipsam, & Berengarium, qui Italiae regnum post Widonis obitum pacifice possedit, acta concordia fuit (7). Ageltrudae Rex duo cessit Monasteria; & omnia bona tam propria, quam illi ab Augustis viro, & Filio donata amplissime confirmavit. Haec Muratorius sparsim in italicis annalibus.

Camerini moram suam statuit augusta foemina; successitque ad Monasterium Natabene habitu monastico induta (8). Piis operibus

 oc-

[1] Sigon. de regn. Ital. lib. III.

[2] Anonim. Mediol. Diss. Chrograph. sect. XX. apud Murator. Tom. X. rerum Ital.

[3] Murat. annal. ad ann. 888.

[4] Idem ubi supra ad ann. 889.

[5] Murat. in annal. ad ann. 892.

[6] Id. ubi supra ad ann. 894.

[7] Idem ubi supra ad ann. 898.

[8] Compag. reg. Pic. Part. 1. lib. 1. pag. 27. Muratorius in annal. ad ann. 900. dicit, Ageltrudem moram duxisse in ducatu Spoletano. Ex documento, quod dat Compagnonius, ubi supra, patet foeminam illam moram duxisse Camerini.

occupata perampla donationem Monasterio *S. Euthicii* (1) In territorio Aesinate ex laudato diplomate a Compagnonio relato anno 907. Monasterium intra fines *Marchiae Camerinensis*, quam forte Ageltrudes regebat, situm esse comperimus. (2)

In agro Montismilonis, hodie Maceratensis dioecesis, & in Marchia Camerini fundavit Ageltrudes Rambonense (3) Coenobium. Quo anno Ageltrudes obierit non liquet. Anno siquidem 910. *Marchiae* Camerinensis habemus dominum *Albericum* ex documento a Muratorio in appendice ad Chronacam Casauriensem producto (4) *Al-*

[1] S. Euthicii Abbati pingule latifundia, Castrumque Rubellianum, cujus memoria est in fundo hodia dicto *Roveglianо*, cum Oratorio Sancti Patri Ageltrudes donavit ea lege, ut cuidam presbytero, Petri nomine, Monasticum habitum daret, & tem ipse, quam coateri monachi pro Augusta donante, ajusque vita functo conjuge, & filio enixas perpetuo preces Deo persolvereot. Tempotum injuria monasterium corruit, ut ne locus quidem, ubi illud erat constitutum, liquaat. Aedicula S. Petri forsan erat condita io colle Rubelliano proximo, cui a S. Patro nomen haeret. Non longe a Rubelliauo jacet insignis Abbatia S. Apollinàris, quae a Paulo III. parpetuo fuit commandata Priori Aesinae Cathedralis Ecclesiae, qui in illo Capitulo principi dignitate gaudet, illamque hodie Scipio Guglialmius, vir amplissimus Aesinae, & Seuensis Civitatum Patricius pientissime curat. Monasterium pene omna disjectum est: templum superest adhuc integrum. Longis curis desudavit vir ille accuratissimus ad originem, & antiquitatam suae Abbatiaa assequendam. Tandem ab Euthichiano Coenobio, non contemnendis conjacturis suspicatur, ortum habuisse Coenobium S. Apollinaris, praesartim quia bona jam ad S. Euthicii Monasterium spectantia, hodie suae Abbatiae sunt addicta; *illiusque* conjecturas cl. Muratorius suis ad illum datis literis adprobavit. P. Abb. Sartius in sua Caprensi Epistola n. XXXVI. nonnulla promittit ad originem Abbatiae S. Apollinaris illustrandam. Expectandum propterea est a Sartio eruditissimo, quid novi in sua disertatione de *Aes Flavio, & locis adjacentibus sit producturus.*

[2] Vide infra Cap. IV. §. IV. ubi de Cupra montana differimus in notis.

[3] Rambonanse Monasterium vulgo dicto *di Rambona* ex illustrioribus, & vatustioribus Picenae provinciaa fundatum pariter fuit ab Ageltrude, ut in suo sacro Diptycho scribit cl. Buonarotius (pag. 273.) est ab Episcopali jurisdictione exemptum, & parpetuo illius abbatiaa bona, & jura unita sunt bonis, & juribus Abbatiae *S. Laurentii in doliolo*, & altarius *S. Eustachii de Domoris* apud San-sevarinatas, da quibus aliat in nostra sarie; idque probatur scheda io tabulario priorali Montechii asservata, In qua sic habatur = *Cum religioso, & bonesto viro Dopno Raynaldo Joannis Petri de Verra Sanctiseverini, & procuratore S. Laurentii in Doliolo, S. Eustachii de Domoris de Sanctoseverino, & S. Mariae de Rambona Camerinensis dioecesis, Monasteriorum invicem, & canonice unitorum* = quae schada spectat ab anoum 1472. Amplissima habet Rambonaulis Abbatia latifuodia, & jura; quamplurima habuit Sacerdotia, & inter haec Ecclesiam *S. Mariae in Sylva* de qua sub Octone II. Episcopo nostro, aliaque plura, de quibus in nostra serie spatsim recurrit sermo. Habet etiam unitam Ecclesiam cum Monasterio *S. Savini* propa Montecchium, cujus Praepositura translata fuit ad Ecclesiam S. Michaelis infra oppidum ad Rambonense Coenobium pariter spectantem, quam curat hodie *Presbyter* secularis *Praepositi* titulo insignitus. Ecclesiam vero *S. Savini* Fratres minoras *Capuccini* nuncupati cum monasterio religiosissima custodiunt, & incolunt.

[4] Annal. ad ano. 910.

*Albericus* Marchiam Camerinenſem regens contra Saracenos pro Berengario perrexit, aciemque contra illos direxiſſe putat Muratorius (1) anno 916; & Camerinenſes ad pugnam contra Saracenos a Joanne X. R. Pontifice invitati ſunt, teſte Luitprando.

Dum regnum Italiae primus Berengarius tenebat, exercitum, & quidem validum in Hungaros comparavit anno 906, in eoque non defuerunt *Camerinae Marchiae* gentes (2) forte ab Auguſta Ageltrude Berengario datae ob initam jam inter ipſos amicitiam. Supereſt nunc, ut *Ducum*, *&* *Marchionum Camerinenſium* ſeriem proferamus.

## §. VI.

I. G*Vinichus*, qui *Vinegriſus*, *Winigis*, *&* *Vinechiſius* etiam dictus eſt, fuit primus *Dux*, *&* *Marchio* Spoletanus, & Camerinenſis anno 789. ſucceſſor Hildeprandi. Dux iſte anno 799. Leonem III. R. Pontificem a Romanis male exceptum humaniſſime Spoletum duxit, & ſumma veneratione pertractavit. Ducatum ſuum forte rexit ad annum 822, quo, ut in Annal. Bertin. habetur (3) jam ſenio confectus, habitu ſeculari depoſito, monaſticae converſationi ſe mancipavit. Succeſſit Guinicho. (4)

II. *Suppo*, qui in Farfenſi Cathalogo deſideratur; nam electus anno 822. jam inter mortales eſſe deſierat anno 823.

III. *Adalchardus* anno 824. praeſedit ducatui Spoletano, & poſt quinque menſes febri laborans deceſſit.

IV. *Mauringus* Adalchardo ſuffectus eſt eodem anno 824: ſed Maoringus etiam vix ad illam dignitatem aſſumptus interiit. Sic biennio minus tres Duces Spoletani fato ceſſerunt; ut animadvertit laudatus Pratillius. (5) Id forte in cauſa fuit, cur in Farfenſi Cathalogo non ſint numerati.

V. *Siconem* poſt Mauringum cl. Pratillius (6) inter Duces Spoletanos adnumerat, quamvis ſine *Ducis*, & *Comitis* titulo habeatur in Chron. Ducum, & principum Beneventanorum. Ab anno ſiquidem 824,

[1] Annal. ut ſupra ad ann. 916.

[2] Murat. Annal. ad ann. 900.

[3] Annal. Bertin.

[4] Chorograph. Farfen. anno 906. ducem Spoleti memorat *Romanum*; mox anno 914: *Gelardum*, & tandem nonnulli Scriptores recolunt *Heccideum* enno 916. Nullus tamen ex his fuit dux Spoletanus, ſirmatque validis rationibus laudatus Anonim. medial. in ſua Tab. chron. *Guinichum* ab anno 799. ad annum 822. ducatum tenuiſſe. Quum vero dux iſte, dum in Spoletino, & Camerinenſi principatu erat occupatus, variiſque curis eſſet intentus, & propterea coactus fuerit alios ad ſui Principatus regimen ſuſtituere, forte *Romanus* *Gelardus*, & *Heccideus* habiti ſunt Duces, ſed revera *Guinichi* vices gerebat.

[5] Pratill. in Proluſ. ubi ſupra pag. LXII.

[6] Idem ubi ſupra.

824, quo deceſſit *Mauringus*, nulla Ducum memoria nobis relicta eſt ad annum 835, quo anno nobis occurrit.

VI. *Berengarius*. De eo in Farfenſi Chronico. Mabillonius (1) etiam ad annum 836. illum recolit in Cathalogo ducum Spoleti; & Hadrianus Valeſius (2) affert documentum datum anno 844, ſeu, ut conjicit Muratorius (3) anno 843, quo dux legitur *Berengarius*, qui hoc anno computat ſextum annum ſui principatus. (4)

VII. *Guido* I, ſeu Wido ab Erchembergo (5) poſt Berengarium Dux Spolitenſium praefuit. Habuit hic fratrem nomine *Lambertum*, & filium pariter *Lambertum* nuncupatum.

VIII. *Lambertus* I. Frater *Guidonis* ante annum 861. vel ſuffectus eſt fratri ſuo, vel fuit ducatus collega (6)

IX. *Lambertus* II. filius Guidonis I. tenuit principatum. Ab Erchemperto (7); ſeries haec comprobatur hiſce verbis = *Defuncto Lamberto* (nempe II.) *filio Guidonis ſenioris* (I. ſcilicet) *filio ſuo* (hujus nomen reticet Erchempertus) *Spoletium reliquit. Quo etiam decedente, Guido Junior Spoletium, & Camerinum ſuſcipiens cum Saracinis pacem fecit* &c. Accuratiſſimus Pratillius (8) filium *Lamberti* II. fuiſſe conjicit vel Guidonem, vel Lambertum; & forte, quia parum vixit, illius nomen poſteris ignotum remanſit. Sequitur in ſerie.

X. *Guido* II. *Lamberti* II. filius: de eo Erchempertus (9). Hic regiam dignitatem acquiſivit; Galliae regnum ambiit; ſed fruſtra (10) de regno Italiae cum Berengario contendit. Vincit, & rex Italiae proclamatur anno 888. Mox Imperator 891. Moritur 896. (11)

XI. *Lambertus* III. *Guidonis* II. filius ſucceſſit conſors Patris in dominatione regni Italiae, in imperio, & in ducatu Spoletano ab anno 892. (12). Fuit occiſus, mandante Arnulfo Rege, anno 898. (13)

XII. *Guido* ejus frater Tertius appellatus, dum Lambertus imperabat, Spoletanum ducatum tenebat. De hoc *Guidone* Anonimus Be-

[1] Itin. Ital.

[2] Valeſ. in praefat. ad Paneg. Bereng.

[3] Annal. T. V. ad ann. 844.

[4] Quomodo vero anno 843. poterat Berengarius praeſidere ducatui Spoletano quum *Guidonem* illius ſucceſſorem habeamus anno 843 in illo dominantem? Nil aliud excogitare potuit Murator. [Annal. Tom. V. ad ann. 844], quam credere alterum Spoleti, alterum Camerini dominantes, diviſio inter ipſos principatu, ni velimus in notis chronologicis aliquem errorem excogitare.

[5] Erchemp. Hiſt. Langob. Benev. num. XVII.

[6] Erchemp. ubi ſup. num. XXIX. Ignot. Cap. num. XXII.

[7] Erchemp. ubi ſupra num. LXXIX.

[8] Pratil. Proluſ. ut ſupra pag. LXIV.

[9] Erchemp. ubi ſup.

(10) Liutprand. Lib. 1. Cap. 6.

(11) Oſtienſ. lib. 1. cap. 64.

[12] Liutpran. lib. 1. cap. 10.

[13] Liutprand. lib. 1. cap. 12.

Beneventanus ſic ſcribit (1) ad annum 896. = *Qui* (Guido) *Spoletium perrexit Imperatorem fratrem*, *ejuſque Matrem Imperatricem* (Ageltrudam nempe) *cernere cupiens ; ibant enim illi Romam ad Apoſtolorum limina*. Quo anno Guido III. obierit incertum eſt. Muratorius mortuum aſſerit anno 898. (2) Immò poſt hunc Ducem, qui Spoletum, & Camerinum tenuerit ignoratur. [3]

XIII. *Ageltrudes* tamen Widonis Imperatoris vidua relicta ducatui Spoletano per haec forte tempora praeſidebat, & inter ipſam, & Berengarium Italiae regnum poſt Widonis obitum pacifice tenentem ictum foedus fuit, moramque ſuam tenebat Camerini in domo Natabene monaſtico habitu induta [4] ut ſupradictum eſt.

XIV. *Albericum* exinde anno 910. Camerinenſis Marchiae praefectum nobis exhibet Muratorius [5] ad annum 915, quo deceſſit ; & poſt hunc [quando *Bonifacium* Marchionem nolimus anno 922, ut Pratillius ſcribit, & hic locum habere poteſt.]

XV. *Theobaldum habemus proxima regi Ugoni affinitate conjunctum* [6]. *Quia vero Theobaldus Marchio*, ut ſcribit Luitprandus, [7] *hominem exuerat ; Spoletinorum, & Camerinenſium Marchiam* Ugo rex

XVI. *Auſchario* tradidit gubernandam. Interea Ugo rex bellum indixit (quare incertum eſt) Berengario *Auſcharii* fratri, ipſique *Auſchario*, & comparato contra illos exercitu Imperatorem dixit *Sarlionem*, ſtrenuum, & induſtrium apprime virum, natione Burgundum, qui feliciter confecto bello, *Auſcharium* in foveam lapſum interfecit anno 940. [8]. Tunc Ugo rex eodem anno

XVII. *Sarlionem* remuneraturus Marchiae Camerinenſi, & Spoletano ducatui praefecit [9] *Sarlionis* ſucceſſor fuit.

XVIII.

[1] Anonim. Benev. ad ann. 896.

[2] Murat. Annal. ann. 898.

[3] Ad haec uſque tempora, & a *Guidone* I. ad *Guidonem* III. feriam amplexati ſumus doctiſſimi Pratillii in Proluſione in Pauli Diac. excarpta. Vult tamen cl. ſcriptor anno 922. ducatu Camerinenſi, & Spoletano potitum *Bonifacium* Hubaldi filium.

(4) Hanc piam foeminam recolit Muratorius in Ital. antiq. Diſſ. LXVI, eamque putat ex iis fuiſſe monialibus extra clauſuram degentibus. Dicit enim in diplomate ampliſſimae illius donationis, quam Auguſta foemina fecit Coenobio S. Euthicii in campoli, de qua alias, ipſam permanere in *domo* Natabene in Civitate Camerini. Attamen mora Ageltrudis in domo Natabene non videtur argumentum tutum ad illam a Coenobio excludendam: *Domus* enim & *Coenobium* voces ſunt aequivocae; quidquid ſit de clauſura, ad quam per illa tempora Moniales cuſtodiendam non erant obſtrictae.

(5) Murat. Annal. ad ann. 910. Par. II. Tom. II. rer. Ital. in Paneg. Bereng. In iiſdem Annal. ad ann. 915.

(6) Liutprand. lib. IV. cap. 4. & in Farf. Chron.

(7) Murat. in Annal. ad ann. 935. Liutprand. lib. V. cap. 2.

[8] Murat. in Annal. ad 940, & Part II. Tom. II. rer. Ital. Liutprand. lib. V. cap. 12.

[9] Murat. ubi ſup.

XVIII. *Ubertus* Ugonis regis naturalis filius ex documento, quod damus in Appendice documentorum ad annum 944; Exinde.

XIX. *Bonifacium*, &
XX. *Tebaldum* } duces simul habemus anno 946. ex Chron. Farfensi [1], quo tamen anno sui ducatus computabant annum III. ex schedis Farfensibus a Gallethio relatis in Epistola ad cl. Borgiam pag. 249. Hinc patet eo ipso anno 944, quo praesidebat Dux & Marchio *Ubertus*, ad illam dignitatem fuisse promotos *Bonifatium*, & *Tebaldum*, quibus demortuis, seu deturbatis, sequitur in serie.

XXI. *Transmundus* dux ex Chron. Farfensi apud Muratorium [2] anno 959.

XXII. *Pandulphus*, *caput ferreum* dictus, ab Ottone I. Dux, & Marchio constitutus est, interfuitque R. Concilio a Joanne XIII. habito anno 967. & a Muratorio [3] vulgato. Pratillius vero ex Chron. Cinglensi [4] documentum profert datum Spoleti *die primo Septembris anno CMLIV. Indict. XIII. anno Berengarii regis, ejusque filii Adelpecti V. Principatus gloriosorum Landolphi anno XV, & XI. Pandolphi Capuanorum Principum, & Ducum Spoleti feliciter*. At enim quomodo Duces isti Capuani anno 954. praeesse poterant Spoleti Duces, si anno 959. in illis partibus praesidebat *Transmundus*? nil utique dicendum superest, quam illos in Samnii, & Marsiae comitatibus, qui Spoletani Ducatus pars erant, credere dominantes, dum *Transmundus* Camerini Marchiam regebat. Lapsu dein temporis integra hujus Ducatus possessio ad illos transiit, anno scilicet 967, & propterea in illo Romano Concilio Pandulphus Dux Spoleti memoratur. Hunc Ducatum rexit *Pandulphus* ad annum 981, qui fuit illius emortualis, & post hunc

XXIII. *Transmundus* alter [5] anno 984; qui erat Ducatus illius II., ab Ottone II. constitutus, & post Transmundum nobis se offert

XXIV. *Ugo* Magnus appellatus, qui anno 984. Tusciae, & Spoleti Dux erat. Quid de *Transmundo*? vel principatu spoliatum, vel soli Marchiae Camerinensi praefectum [6] putat Muratorius.

Prosequitur nunc Marchionum Camerinensium seriem a solertissimis Chronographis Camaldulensibus continuatam [7], qui post *Transmundum*, nobis exhibent *Ugonem* Magnum ad annum 999, quo

[1] Murat. Part. II. Tom. II. rer. Ital.
[2] Idem ubi sup.
[3] Idem antiq. Ital. diss. 61.
[4] Prolus. ut a pag. LXVII. & seqq.
[5] Murat. Annal. ad ann. 984.
[6] Murat. Annal. ad ann. 989.
[7] Annal. Camal. Tom. I. lib. IX. num. LIII, ubi magnorum ducum, & Marchionum series disponitur exactissima, & schedis ineditis nostratum partium firmata.

quo anno Marchiae Camerinenſis, & Spoletanae principatum ceſſit.

XXV. *Ademaro* [1] Principi Capuano; & poſt *Ademarum* locum habet in hac ſerie

XXVI. *Joannes* forte Creſcentii filius, *Apoſtolicae Sedis deſtructor* appellatus [2] qui ob ejus perverſitatem Ducatu ſpoliatus, locum dedit

XXVII. *Raimaro*, quem in ſcenam prodire faciunt laudati Camaldulenſes Chroniſtae, certiſque documentis Ducem, & Marchionem firmant ab anno 1014. ad 1018. [3]

XXVIII. *Hugonem* alterum ante annum 1020. ex ſchedis S. Blaſii, & S. Catharinae Fabriani nobis exhibent celebrati Scriptores, eratque ille annus VI. ſui Principatus [4], ergo annus 1014. fuit ſui Ducatus primus; & forte *Raimaro* in dominatu ſucceſſit

XXIX. *Transmundus* anno 1038. [5] Dux, & Marchio habetur, forte vita functo Ugone II; & poſt *Transmundum* Dux, & Marchio occurrit

XXX. *Ugo* III., qui ex ſchedis S. Catharinae de Fabriano in Annalibus Camaldulenſibus [6] productis anno 1040. IV. computabat annum ſui Ducatus, & ſic doctiſſimi Chroniſtae [7] ſupplent Muratorium, qui tam in Antiquitatibus medii aevi, quam in Annalibus Italicis unicum *Ugonem* Ducem, & Marchionem Spoletanum cognovit. Hunc propterea *Ugonem* ſucceſſorem facimus *Transmundi*, tenuitque Ducatum ad annum 1043. ex ſcheda, quam Camaldulenſes Scriptores exhibent in appendice documentorum ad hunc annum [8]; qui ſui Ducatus erat VI. Poſt *Ugonem III.* in una charta ſcripta anno 1058, quam corrigunt docti Chroniſtae, illamque potius ad annum 1056. conſignant, *regnantes domnu Enrigu Imperatore, & Papa Victore Dux & Marchio* [9] habemus

XXXI. *Victorem Papam* Ducem Spoletanum, conſule laudatos Scriptores, qui ſcribunt = *Quod Victor II. Papa appellatur Dux, & Mar-*

C

(1) De Ademaro haec habent doctiſsimi Camaldulenſes ſcriptores = *Ergo Ademarus, quem Principem Capuae alibi diximus, hoc anno (999) Hugoni renuncianti ſucceſſor datus eſt in ducatu Spoletano, & in Marchia Camerinenſi; ut proinde nullo jure carpere debeat Muratorius (Annal. Tom. V. Part. 6.) Damianum aſſerentem Hugonem ceſſiſſe Marchiam, & ducatum Imperatori*. Quanto tempore in regimine earum Provinciarum perſtiterit *Ademarus*, non liquet.

(2) Sic a Ditmaro, & ab annaliſta Saxone.

(3) Annal. Camal. lib. IX. Tom. I. pag. 385.

(4) Annal. Camal. Tom. II. lib. XI.

(5) Murat. Annal. d'Ital. ad ann. 1038.

(6) Annal. Camal. Tom. I. lib. IX. pag. 385.

(7) Annal. Camal. ubi ſup.

(8) Annal. Camal. Tom. II. app. docum. num. LII. pag. 102.

(9) Annal. Camal. lib. XIV. num. XLI. pag. 166. appen. docum. num. LXXXVIII. col. 162.

*Marchio, alia exempla prostant apud Ughellium (Tom. I. col. 353.), quem laudat etiam Muratorius (Tom. I. col. 287.) in dissertatione de Marchionibus, afferentem placita habita in Urbe Pinnensi, & in Urbe Marsorum. Henricus enim III. Imperator in Germaniam ex Italia transiens anno 1056. Marchiam Camerini, & Ducatum Spoletanum regenda commiserat amicissimo suo Romano Pontifici Victori, quem adeo dilexerat, ut ex simplici clerico, quod superius diximus, Episcopum, & supremum Ecclesiae Hierarcham constitueret &c.*

XXXII. *Gothifredus* Dux, & Marchio anno 1061. computabat annum III. sui principatus [1] ejusque memoria in schedis Fabrianensibus [2] durat ad annum 1070, quo *Gothifredus* XIV. computabat annum sui Ducatus, quem tenuit ab anno cir. 1059. per annos XIX. [3]

XXXIII. E vivis sublato *Gothifredo Beatrix illius* conjux, & magnae Comitissae Mathildis Mater jus dicebat in Marchia Camerinensi die 25. Maji ann. 1070. Ergo jam inter vivos esse desiit Gothifredus ejus vir. [4]

XXXIV. *Mathildes* tandem Ducatum tenuit cum viro suo *Gothifredo, Gibbo dicto*, illumque rexit ad annum 1115, qua vita functa, Ducatus Spoletanum ad Romanam Sedem ob celeberrimam illam donationem a piissima Principe R. Ecclesiae factam transiit, & *legitima* Camerinensium *Marchionum*, & *Ducum* series cessavit. [5]

## §. VII.

Extincto igitur legitimo Camerinensium Marchionum principatu, vita *functa*, ut supra dictum est, anno 1115. magna Comitissa Mathilde, illiusque Marchiae dominatione ad S. R. E. devoluta, Camerinum tunc quasi vetusta sua libertate potitum exempla sequens aliarum Italiae Civitatum, quae quasdam sibi constituerant civicas domesticas societates, quas *Commune* dixerunt, suum sibi selegit Magistratum, penes quem jus esset rempublicam administrandi; sicut anno 1107. sub Enrico IV. aliae Italiae Civitates jam perfecerunt, seligendo *Consules* e praestantiorum Civium numero, qui populum, Ci-

(1) Annal. Camal. ubi sup.

(2) In iisd. Annal. app. docum. num. XCVII. col. 177, & in diplomate Ugonis Episc. nostri in app. ad ann. 1061.

(3) Ubi supra num. CXXIX. col. 226.

(4) Chronistae Camaldulenses lib. XIX. Tom. II. num. XV. pag. 338. obiisse scribunt Gothifredum anno 1069. die 21. *Decembris* ex historia Andaginensi num. 32.

(5) Camerinensium Marchionum *legitimam* dicimus cessare *seriem* in Comitissa Mathilde; illos enim, qui in illius dominationem, vel ipsa vivente, se se intromiserunt imperatorum freti potentia, omnino rejicimus. Solius enim sanctae sedis post Mathildis obitum, jus erat ducatus Spoletani praefigere rectores. In serie nostrorum Antistitum intrusos hos dominos opportune notabimus; & praesertim sub Ugonis Episcopatu ad notas num. VIII.

Civitatemque gubernarent. Ab historico Lilio *Consulum* Camerinensium nulla nobis memoria profertur. A tabulario tamen Montecchii scheda nobis offertur ad annum 1198, quam habes in appendice; ab eaque certiores reddimur *illo jam* tempore Camerini quinque praefuisse *Consules*, qui foedus cum Montecchiana gente iecerunt. Oppidum Sanseverini anno 1177. suos habuisse *Consules* a Friderici I. Imperatoris diplomate patet, quod vulgavit Muratorius, & nos ad fidem autographi in appendice producimus. Argumentari exinde possumus circa medium XII. seculum Camerinenses sibi *Consules* selegisse. Labente vero XII. seculo novam gubernandi formam italicae Civitates assumpserunt, & Consulum dominatum detestantes, Rectores elegerunt advenas, quos *Potestates* appellarunt. In Lilii historia [1] *Potestatem* Camerini habemus commemoratum anno 1207, quando Camerinenses, sumptis armis contra Castrum Belfortis, & Riccomannum Consulem Oppidanos, praesidente *Theobaldo* Camerinensium *Potestate*, subegerunt. Quamvis vero per haec tempora *Marquardus* ab Henrico VI. anno 1195. Ravennae, & Anconae Marchio dictus sit, & in Camerinenses principatum extenderit; attamen populus Camerinensis a selecto suo Magistratu regebatur, quemadmodum cl. Chronista Ravennas Hieronymus de Rubeis documenta producit ad probandum Ravennates per illa tempora suae Civitatis regimen jam assumpsisse selecto suo *Potestate*; & penes Commune jurisdictio, & census erant, e quibus Marchioni vectigalia persolvebantur. [2] An Commune Camerinense Marquardo, aliisque Marchionibus vectigal aliquod persolverit, non liquet. Vix vero Innocentius III. ad R. Sedem assumptus est anno 1198; Marquardum [3] ab Anconitana Marchia fugavit, & cum aliis Civitatibus Camerinum ad fidem redegit. Synibaldus tit. S. Laurentii in Lucina Cardinalis in Marchia Anchonitana Pontificis Legatus eximiis privilegiis cumulavit Civitatem; & inter haec confirmavit populo Camerinensi jura in Oppidis & Castellis in agro suo, & [ut dicunt] *districtu* possessis diplomate dato anno 1246; & Innocentii IV. Apostolicis literis firmato dat. id. Martii anno illius Pontificatus IIII. [4] & sunt = *In primis Castrum Serravallis cum suis pertinentiis. Vallis Solandrii, Villa Massae cum suis pertinentiis. Marcia. Fegorium. Presolium, & Villa Sancti Angeli de Presolio. Antichum. Caprilia. Vallis Coraccinii. Frontillum. Roccha Maji. Collaltum. Sentinum. Cor-*

C 2 ve-

(1) P. I. lib. V. pag. 217.

(2) Annal. Murat. ad ann. 1195.

(3) Lil. Part. I. lib. VIII. pag. 226.

(4) Altera confirmatio ejusdem Innocentii IV. XI. nonas Dec. anni 1247. habetur ex tabul. V. Vir. asservato in Aedibus publicis. Laudatae concessionis Card. Synibaldi Fieschi postea ab eo ad Pontificatum assumpti sub nomine Innocentii IV. confirmatae meminit Bartolus consil. 196.

*venanum . Colpolinum . Balvellum . Colmedium . Flengi . Flastra Aequacanina . Bologna . Castrum S. Maroti . Roccha Aguictionis . Vallisgec . Flugum Campulargum . Hactum . Borgianum . Borgianellum . Belforte . Serra filiorum Petronis , & villa Ariae cum tota Curia & hominibus earumdem & jurisdictionem , quam Curia habet in ipsis , Castro Serrae , Villa Ariae , & hominibus vobis pro communi concedimus .* Item *Caldarola . Cessapalumbum . Moricum . Montealtum . Vestignanum . Faverium . Ancagianum . Galli . Roccha filiorum Tornaguerre . Ville ultra Potentiam versus Mathelicam . Fluminata . Sefre . Avolla . Cristatum forti . Copongua , & alia Castra , & Ville infra Comitatum Camerinensem dicte Civitati pertinentia quoquomodo , & specialiter Castrum Sancte Anatholie , & Castrum Petini cum suis Pertinentiis , & hominibus . Jurisdictionem vero , quam Ecclesia Rom. habet , vel consuevit habere in Lanzano , & suis adjacentiis , & quibusdam hominibus ultra Potentiam vobis de gratia duximus concedendum . Nihilominus etiam Jurisdictionem , quam Ecclesia debet habere , vel Curia in Castro Caldarole & habet vobis plenius concedentes .* [1]

Camerinensis Respublica ita se gessit ad annum 1259 , quo ab impii Manfredi Regis copiis, Civitate vastata, & disjecta, Camertes inter sublimiora, magisque impervia Umbriae montium juga profugi cum filiis, & uxoribus se se abdiderunt [2]. Tandem, extincto impio Manfredo, respirarunt Camerinenses, depositoque timore, auxiliantibus Perusinis , Ploracum , ubi Rainerii de Braschis patriae proditoris copiae morabantur, expugnarunt ; Sicque Civitas in illorum potestatem redacta est. Tunc summo studio Civitatis ruinas reparare , & domus disjectas aedificare caeperunt . Fuit pariter Cathedralis Ecclesia exaedificata ; & in templi facie Rainerii proditoris imaginem coloribus expressam, facibus Camertes combusserunt, & singula illius patrimonia fisco applicata sunt, sylvae incensae, praediaque populo Camerinensi distributa. *Potestatem* mox elegerunt *Jacobum Visinum*. Generalia comitia, & consilium *de credentia* statuta sunt cum Magistratu , quem dixerunt , *De' nove* .

*Potestatum* auctoritas, quamvis ad sex menses restricta, quum esset amplissima, plebi, utplurimum a Nobilibus divisae, exosa facta est ; & propterea ad Reipublicae regimen accivit plebs *Capitaneum Populi* seu *belli*, qui Potestatis auctoritatem minueret, & cui milites tam Oppidani , quam exteri obedirent [3] & ad hoc munus assumptus fuit *Gentilis* de Varano, quem in serie Varaniae gen-

tis

(1) Integrum documentum habes in app. ad annum 1240 ; quod refert Lil. P. I. L. VIII. pag. 240, sed parum castigatum & obtruncatum .

(2) Lil. ist. di Cam. in supplem. P. Cam. P. I. L. X.

(3) Lil. Part. I. lib. X. supplem. P. Camer.

tis primum dicimus, fuitque *Rodulphi* filius. Duce Gentile I. Castra Rainerii proditoris, aliaque permulta, quae ad Civitatis ruinas exarserant, Camerinenses recuperarunt, nonnullaque attriverunt. Quo factum est Ghibellini, quorum opera Camerinum fuit eversum, ultro Camerinensi populo sua castra tradiderint, implorata omnium delictorum venia a die perpetratae Urbis vastitatis; pacemque reportarint.

*Gentilis* primus filium habuit *Berardum* (1), & hic *Berardus* filium habuit alterum *Gentilem* (2), qui à Clemente VI. Vicarius Apostolicus pro Romana Ecclesia selectus est per annos XII. Civitatis Camerinensis, in cujus munere successerunt illius filii, & nepotes. Mox a Cardinale Alburnotio sub Innocentio VI. anno 1354. ad idem Vicariatus munus in Oppido *S. Genesii* assumptus est per annos XII. [3]. Labente XIV. seculo a Bonifacio IX. per decennium fuit confirmatus *Gentilis* in Civitate Camerini, & *S. Genesio*; & insuper Vicarius Apostolicus dictus est in Oppidis *Tolentini*, *Cerreti pontis*, *Monticuli*, *Belfortis*, *Sarnani*, *Amandulae*, *Montis Martini*, *Gualdi*, *Vissi*, & *Montis sancti* in Umbria siti, cum onere certi census persolvendi [4] R. E. praestitoque fidelitatis juramento in manibus Camerarii Apostolici per Procuratorem prius, mox personaliter coram Bartholomeo de Barbatiis Archidiacono Beneventano, sanctaeque Sedis in illis partibus Nuncio. Ab Innocentio VII. fuerunt in eodem Vicariatu confirmati ad septennium filii supradicti *Gentilis Rodulphus*, aliique fratres, iis superaddito Vicariatu *Pennae S. Joannis* [5]. Tandem a Constantiensis Concilii Patribus anno 1416. confirmata illis fuerunt *Camerinum* in Gubernationem, reliqua Oppida in Vicariatum: *Tolentinum*, & *S. Genesium* in Foeudum, & *Murris Vallium* castrum in Gubernationem, ex diplomate, quod damus integrum in appendice ad annum 1416. Martinus V. confirmavit illis Vicariatum *Belfortis*, *Monticuli*, *Cerreti pontis*, *Vissi*, *Montis Sancti*, *Sarnani*, *Murri*, *Montis Milonis*, *Appignani*, *Montis fortini*, *Montis S. Petri*, *Pennae S. Jo:*, *Amandulae*, & *Gualdi* ad triennium pro censu constituto sub Innocentio VII, & praeterea pro *Murri*, *Appignani*, & *Montis fortini* castris

25.

(1) In Genesina historia M. S. Severinii habemus *Berardum* Gentilis filium inter Genesinos Cives cooptatum anno 1305. adhuc juvenis Berardus tum Bononiensium, tum Bonifatii VIII. armis praefuit.

(2) Anno 1328. S. Anatholiae praesidebat Potestas Berardi filius Gentilis, quo tempore Municipalis illius oppidi Leges fuerunt reformatae.

(3) Hist. Genesen. M. S. Severinii.

(4) Solvebant Varanii pro Tolentino, & S. Genesio Flor. auri 300. Pro Monticulo 171. Pro Cerreto Pontis 70. Pro Belforte 50. Pro Sarnano 50. Pro Amandola 100. Pro Monte Martino 50. Pro Gualdo 30. Pro Visso 100. Pro Monte Sancto 80.

(5) Pro Penna S. Jo: census erat unus mulus, vel una mula bona.

25.flor. & pro *Monte Milone* 40.flor. auri de Camera [1]. Voluit etiam in *S. Ginesio*, & *Tolentino* Varanios *Proceres* Vicarios esse perpetuos.

*Varaniae* tamen gentis ad summum gloriae, & honoris pervenit principatus, cum a Leone X. anno 1511. *Joannes Maria primus dux Camerinensis* fuit appellatus. Sic hujus Civitatis jura ad Varanios transierunt. Horum ducum Camerinensium, & Apostolicorum Vicariorum vicissitudines in serie nostrorum Antistitum sparsas reperies.

## §. VIII.

ANno tandem 1545. Camerinum pacifico se R. Pontificis imperio dedit sub Paulo III, qui largas Civitati contulit gratias a Lilio relatas [2], misso a latere Legato Card. Durante de Durantibus ad novam Camerini Civitatis gubernationem ordinandam. Praeest nunc Civitati, ejusque statui *Praesul* U. S. R. Jura dicit Praesulis [ut vocant] Locumtenens, & *Potestas* a Civitate selectus. Ad augendum Civitatis splendorem Benedictus XIII. Idib. Jul. anni 1727. eam amplissimo Studiorum Universitatis privilegio decoravit; ac subinde Franciscus I. electus Romanorum Imperator idem Privilegium sub die 13. Aprilis anni 1753. ad terras totius imperii ampliavit.

Politicum regimen est apud V. VIR. qui rempublicam administrant. Sunt ex Patriciis, qui Priores dicuntur, forte extracti, eorumque regimen ad bimestre durat. Res majoris ponderis in Comitiis generalibus proponuntur, quibus nunc LX. Patricii plebe semper seclusa, praesunt; & hic honor jure haereditario transit a Patre ad filios, & nepotes. Concilium etiam tenent, quod dicunt de credentia, XII. selecti Patricii, in quo ea pertractant, quae in generali Concilio mox sunt proponenda. Jus habet hoc concilium nonnulla decernendi, & de illis pro quibus statuendis ardua res esset, generalia comitia convocare. Illustris ille Magistratus ministros, famulos, tibicines alit, summamque majestatem praefert, & reverentiam. Diurnam in nobili, & magnifica aula moram ducit, & residet; splendideque inibi quotidie accumbit. In aula maxima illustriora Civitatis monumenta collecta sunt; quae sequenti §. damus una cum aliis in Civitate, & alibi servatis.

§. IX.

(1) Excerpsimus hanc Censuum taxam a locupletissimo indice M. S. *Vicariatuum, & inpheudationum Civitatum, Terrarum, & Castrorum, quae reperiuntur descripta in libris investiturarum Archivi S. Angeli Almae Urbis Michaelis Leonii Clerici Essensis Illustrissimi, & Reverendissimi D. Bartholomaei tit. S. Mariae in Porticu S. R. E. Praesbyt. Card. Cesii nuncupat. familiaris domestici labore, & diligentia in unum digesta*. Quem indicem a nobili Viro Fideli Collio Patricio San-Severinate humanissime accepimus.

(2) Lib. ubi supra P. II. Lib. X.

## §. IX.

QUas hic damus Civitatis Camerini antiquas inſcriptiones, praeter IV, & V, affert Lilius in hiſtoria ſua.

### I.

C. CAE . . . . . .
AVG . . . . . .
PATR . . . . . .

S . . . . . .

Hanc inſcriptionem profert Lilius Par. 1. Lib. 1. pag. 21; aſſeritque affixam reperiri in campeſtri janua cujuſdam vineae.

### II.

M. MAENIO. C. F. COR. AGRIP
PAE. ET. VSIDIO. CAMPESTRI (1)
HOSPITI. DIVI. HADRIANI
PATRIS. SENATORIS. PRAEF. COH.
II. FL. BRITTON. EQVITAT.
ELECTO. A. DIVO. HADRIANO.
E. T. MISSO. IN. EXPEDITIONEM. BRIT
TANICAM; TRIB. COH. I. HISPA
NOR. EQVITAT. PRAE. ALAE. I.
GALLOR. ET. PANNONIOR. CATA
PHRACTAE. PROC. AVG. PRAEF.
CLASSIS. BRITANNICAE. PROC.
PROVINCIAE. BRITANNIAE
EQVO PVBLICO. PATRONO MVNI
CIPI. VICANI. CENSOR. GLACENSES.
CONSECVTI. AB. INDVLGENTIA.
OPTIMI. MAXIMIQ. IMP. ANTO
NINI. AVG. PII. BENEFICIO. INTER
PRETATIONIS. EIVS. PRIVILEGIA.
QVIBVS. IN. IVRE. CIVIVM. AVCTI.
CONFIRMATIQVE. SVNT. L. D. D. D.

Inſcriptionem hanc in aedibus publicis Camerini ſervatam fuiſſe ſcribit Lilius P. 1. Lib. 1. pag. 25. erutamque aſſerit e Campo Mar-

(1) L. Tuſidii Campeſtris memoriam habemus in inſcriptione Maceratenſi affixa parieti domus D. D. de Herculanis, in qua legitur L. TVSIDIVS CAMPESTER, non CAMPESTRIS ut habet in ſua Regia Compagnonus pag. 37.

Martio. Hodie haec inscriptio deperdita est. Profert etiam hanc inscriptionem Rainesius [class. VI. num. 128. pag. 462.] attamen loco ET. VSIDIO legit L. TVSIDIO. Quam damus inscriptionem eadem est ac illa Rainesii, ommisso exemplo a Lilio producto.

III.

. . . . * . IMP. CAESARIS . : . . P. P.
LEGAT . . . . * . . PROC. EVG.
IIIII. VIR . . * . L. D. D. D. P

Fragmentum hoc e Campo Martio pariter erutum dat Lilius P. I. Lib. I. pag. 28.

IV.

C. VEIANIO CRI
COR RVFO FILIO
AEDIL IIII. VIRIO PATRO
NO MVNICIPII ET COMPLV
RIVM CIVITATIVM BOVORV
M. C. ... CV. APRE ..... STINOR.
DATO A MAXIM. IMP.. NO
NINO AVG. . . . . . . . . . . . . .
ANTONINI AVG. FELIIININI DI
VO AVG. TAVRIN. SACERDOT.
ORNATO HVIVS PATER ANNO. . . .
CARVATES SAEPIVS SVSTINVIT
EPVLVM FREQVENTER DEDIT
MVNICIPES CAMERTES OB PLVRIM
ET MAXIMA BENEF. PATRES EIVS ET PA
IN SE CONLATA HONOR ACCEPTO
QVOT CONTVLER REMISII CVIVS DE
DIC PVB. L. D. D. D.

Lapis cum inscriptione in Campo Martio repertus fuit, anno 1752. & in aula maxima prioralium aedium fuit expositus.

V.

IMP. CAESAR
M. AVRELIO ANTONINO AVGVSTO
ARMENIACO
TRIB. POT. XVIII
IMP. II. COSS. III. PONT. MAXIMO
I. P. D. D.
VbLICE

In

In Campo Martio anno 1752. fuit haec inscriptio reperta; & in Aula maxima prioralis Palatii fuit collocata.

## VI.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . VERO
AVG. ARMEN
. ACO. TRIB. POT.
IIII. IMP. II. COS. I. I.
PONTIF. MAX. P. P.
D. D. PVBLIC.

Hanc exhibet Lilius P. I. Lib. I. p. 30. a Campo pariter effossam.

## VII.

IMP. CAESARI
L. SEPTIMIO. SEVERO.
PIO. PERTINACI. AVG.
ARABIC. ADIAB. PARTIC.
MAX. BRIT. MAX. TR. POT.
XVIII. IMP. XII. COS. III. P. P.
CELESTI. EIVS. INDVLGENTIA
IN. AETERNAM. SECVRITATEM
ADQVE. GLORIAM.
IVRE. AEQVO. FOEDERIS. CONFIRMATO
CAMERTES.

In aula maxima prioralis Palatii haec inscriptio legitur, quam etiam profert Lilius ut supra pag. 31.

## VIII.

IMP. CAESARI. L. SEPTIMIO. SEVERO. PIO.
PERTINACI. AVG. ARABICO. ADIAB. PARTH.
MAX. BRIT. MAX. PON. MAX. TR. POT. XVIII.
IMP. XII. COS. III. PRO. COS. P. P. ET. IMP.
CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. PIO. FELI
CI. AVGVSTO. PONT. TRIB. POT. XIII. IMP.
II. PROCOS. P. P. DEVOTA. NVMINI. ET. MA
IESTATI EOR. COH. II. VIG.

Habet hanc inscriptionem Panvinus in fastis, & Gruterus in Severo. Lilius illam affert ut supra pag. 31.

### IX.

. . . . . . INO. BAS . . . . .
. . . . . . SEV. P . . . . . . .
. . . . . . PII. AVG. F . . . .
M. PIO. AVG. BRITTANNICO.
CAMERTES.
QVI. AB. EIVS. SP . . . . . . ENTIA. ET EQ . . .
. . . . . . VIT. III. D. SVNT.

Fragmentum hoc afferit Lilius [ loco ut fupra pag. 33.] repertum in Suburbio S. Georgii anno 1608.

## CAPUT II.

### *De ortu Ecclefiae Camerinenfis.*

I. Primis Ecclefiae feculis mittebantur ad gentes *Epifcopi Apoftolici*, & hos habuit Camerinum.
II. Ecclefia Camerinenfis Epifcopos Cardinales probabilius non habuit primis faeculis.
III. Epifcopi Cardinales Ecclefiis dati funt vel labente III, vel IV. faeculo ineunte generaliter loquendo.
IV. Ordinationes Epifcoporum a Lino ad Melchiadem recenfentur.
V. Numerantur Epifcopi a Silveftro ad Anaftafium, & argumentatur fub iis R. Pont. ortus Dioecefium.
VI. Agitur de Synodo fub Cornelio celebrata anno 256.
VII. De Synodo habita fub Melchiade anno 313. Argumentatur ortus Camerinenfis Ecclefiae vel labente III. feculo, vel IV. ineunte.

### §. I.

IN ipfis Ecclefiae primordiis, quum fedem fuam beatus Apoftolus Petrus Romae fixit, & poft illum ejus fucceffores, Camerinum, & ad alias Italiae civitates miffos fuiffe Apoftolicos Epifcopos [1] ad Fidem Catholicam diffeminandam, Ecclefiafque conftituendas, aper-

[1] Apoftolicos Epifcopos vocamus illos nulli addictos Ecclefiae Epifcopos Cardinales; cl. Henfchenii phrafem adhibuimus in diatriba praeliminari ad tom. I. menfis Aprilis Bolland. fcribentis; *Traditur usque ad tempora S. Evarifti fuperfuiffe S. Clemens, fed privatus, aut apoftolicus Epifcopus, ideft nulli cathedrae adftrictus*: id forte tunc exigente Ecclefiaftica disciplina,

apertè teſtatur celebris illa Decretalis littera Innocentii I. ad Decentium Eugubinorum Epiſcopum data, in qua haec habentur: *Manifeſtum eſt in omnem Italiam nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Ven. Apoſtolus Petrus, aut alii ejus ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes*. Hinc cl. Mammachius [1] in ſuis originibus chriſtianis argumentatur ſic: *Diſtuliſſe autem eos, nempe Petri ſucceſſores, ad tertium, quartumve ſaeculum, ut in Italia religioni latiſſimè propagandae operam darent, cum in remotiſſimis regionibus propagata ſecundo ſaeculo eſſet, ut ne vicus quidem eſſet, in quo Chriſtus minime coleretur, nunquam credam*. Certa igitur res eſt, ſub initio primi, & ſecundi ſaeculi Petrum, ejuſque ſucceſſores ad Chriſti fidem propagandam operam navaſſe mittendo Epiſcopos, alioſque Apoſtolicos Viros ad Civitates praeſertim illas, ubi ethnica ſuperſtitio magis vigebat: Hac de cauſa Camerinum per illa tempora hujuſmodi habuiſſe Epiſcopos ad fidem propagandam, & ethnicam ſuperſtitionem eliminandum minime dubitamus. [2]

## §. II.

AN vero hujuſmodi Epiſcopi Camerinenſem Eccleſiam primis illis ſaeculis fundaverint, dubia res eſt, & pluribus involuta difficultatibus. Primo enim & ſecundo ſaeculo Italiae Civitates Epiſcopos habuiſſe Cardinales negat Thomaſſinius, [3] qui non haeſitavit aſſerere: *Ordinabantur non Civitati uni ejuſmodi Epiſcopi, ſed univerſae nationi*: ſubditque rationem: *Propterea quod perſaepe nec nota quidem erant Civitatum nomina. Adde quod viris apoſtolicis, proinde ut apoſtolis ipſis, obſequendum erat ſpiritui, cujus impetu rapiebantur; nec remorandus evangelicae victoriae curſus velociſſimus*. Idipſum repetit Jo: Maria Biemmius in ſua Brixiana hiſtoria, [4] qui fundationes Eccleſiarum ante ſaeculum tertium appellat fabuloſas; & provinciis aſſignat tantum Epiſcopos vagantes. Id etiam repetit eruditus Pannellius [5] in memoriis S. Leopardi Epiſcopi Auximani. In hiſce



[1] Mammach. Lib. II. Orig. Chriſtian.

(2) Acta S. Feliciani Epiſcopi Fulginatis ex Codice membranaceo Aſſiſii adſervato habent: *Dei predicator* (Felicienus) *ad penninas alpes tranſiens ad Picenam provinciam pervenit, ubi multas urbes ſcillicet pinnam Aſculum firmum auximum doricamque Anconam Senogalliamque in Pentapoli regione ſita eſt convertis ad dominum*. [in vet. m. s. Lection. Cath. Eccl. Aſſiſii de S.Feliciano Ep. & Mart. lect. IX.) Jacobillius haec amplificens (cap. II. n. 24. de' SS. dell'Umbria) inter Civitates a Sancto Felicieno ed Chriſti Fidem converſas addit Aeſium Fanum Fotum. Sempronii, Piſaurum *Camerinum* Tolentinum Cingulum, quee Civitates in laudatis actis S. Felicieni reticentur.

[3] De nov. & vet. Eccl. diſcipl. Tom. I. lib. I. cap. 54.

[4] Biem. hiſt. di Breſcia Tom. I. lib. IV. pag. 185, e 188.

[5] Panoel. mem. di S. Leop. Diſſ. prelim. cap. III. pag. XVI.

ergo nascentis fidei seculis Episcopos praefigere Cardinales Civitatibus, generaliter loquendo opus videtur omnino immaturum. Expectandum erat prius, ut in illis regionibus aliqualis fidelium numerus cresceret; idque tot inter Catholicae Fidei hostes, & tyrannos; quod nonnisi post plurimorum annorum cursum poterat haberi. Interim vero Episcopi non ad peculiares Ecclesias, sed ad gentes, & regiones missi fuisse credendi sunt, ut Christi fidem promoverent, fidelium necessitatibus huc illuc accurrentes, ad fidem conversos solidarent, & ad perferendas ethnicorum persecutiones illos fortes redderent: quo factum est, ut Episcopi illi sanctissimi utplurimum martyrii coronam obtinuerint.

## §. III.

NUmerus vero Episcoporum a R. Pontificibus ad italicas provincias, & aliò missorum aequare sane non poterat numerum Civitatum illarum regionum, quo mittebantur: & propterea asserere non possumus singulas Italiae Civitates habuisse Episcopos suos, qui Ecclesias in illis fundaverint: quod tuto conjicere possumus, generaliter loquendo, evenisse vel labente III. seculo, vel IV. seculo ineunte post datam a Constantino magno Ecclesiae pacem, non illico profecto, sed pedetentim.

## §. IV.

ET revera, si a Lino Petri successore ordinationes Episcoporum computare velimus, ad Melchiadem Silvestri praedecessorem, inveniemus, juxta Pagium, infra annos 260. [tot enim anni a Lino ad Silvestrum Pontificem ordinatum anno 314. intercesserunt si demas annos 52. Pontificatus S. Petri terminum] fuisse a 32. Pontificibus ordinatos per diversa loca antistites 258. numerus sane tam parvus Episcoporum remanet; ut, si hunc cum illis annis 260. conferas, invenies duo minus Episcopos ordinatos, ut singulis illis annis 260. unum tantum Episcopum assignemus. Major siquidem infra haec tempora Episcoporum ordinatio una fuit sub Lino, altera sub Eleuterio, quae numerum XV. Episcoporum attingunt. Ordinatio tantum a Marcello, qui Ecclesiam regebat anno 308, habita, fuit 21. Episcoporum. Id vero contigit, quia Maxentius initio sui imperii finem persecutionum imposuit in Christi fideles, & oppressa religio aliquantisper respiravit: [1] quamvis postea nullum impietatis, aut

(1) Pagius Brev. ad ann. 308. sess. XXXI. num. 1.

aut libidinis genus ille Imperator praetermiserit, ut tradit Eusebius: [1] donec triennio post circiter a Constantino M. debellatus est, & Ecclesia firmiori ab illa, quam prius Maxentius dederat, pace quievit.

## §. V.

PRosequentes deinde nos ordinationes Episcoporum a Silvestro ad Anastasium per annos videlicet 87, inveniemus numerum Episcoporum ordinatorum esse CCII. Id aperte probat ad haec utique tempora Silvestri scilicet & Anastasii, & non prius Dioecesium generalem ortum esse figendum. Propterea legimus posthac R. Pontifices concilia, conventusque synodales magno Episcoporum undique accitorum concursu persaepe congregasse, & illorum nomina in ipsis conciliorum actis, utplurimum, obsignata leguntur. Ante vero S. Sylvestrum perpauci Synodales conventus Romae sunt habiti, qui numerum XIII. juxta Labbeum vix attingunt; tam parvo ipsorum Episcoporum concursu, ut praeter unum sub Cornelio [2] coadunatum anno 251, quo convenerunt LX. Episcopi contra Novatianum adprobantes Concilium Carthaginense, & alterum sub Melchiade, quo juxta eundem Labbeum [3] XIX, juxta Pagium [4] XVIII. Episcopi interfuerunt; reliqui conventus numerum XIV. Episcoporum non excedunt. Reapse anno 146. sub Pio, XII; anno 170. sub Aniceto, X; anno 197. sub Victore XIV; item sub eodem anno 198. alii XIV. recensentur Episcopi. In reliquis Episcoporum numerus penitus ignoratur.

## §. VI.

NE vero quis miretur sub Cornelio habitam fuisse Synodum concursu Episcoporum LX; perpendendum est anno 251. Episcopos Africanos Concilio ab ipsis in Civitate Cartaginensi habito mense Majo Novatiani schisma damnasse, [5] quo tempore Sedes Romana vacabat ob mortem Fabiani, qui anno 250. die 20. mensis Januarii supremum obiit diem. [6] Deinde, quum Dei Ecclesia aliquali pace quiesceret ob absentiam ab Urbe Decii Imperatoris Christianos persequentis, potuit Romanus Clerus post XVI, & ultra menses ad electionem

(1) Euseb. lib. VIII. cap. 14.

(2) Pagius Brev. ad ann. 251. sess. XXII. num. 1.

(3) Labb. Collect. Concil. Tom. 1. ad ann. 310.

[4] Pag. ad annum 310. sess. XXXIII. num. VI. in Brev.

(5) Pag. ubi supra ad ann. 251. sess. XXII. num. VI.

[6] Id. ubi supra ad ann. 236. sess. XXI. n. 2.

nem novi Pontificis devenire, & die 4. Junii ejusdem anni 251. Cornelium eligere, & forte eo ipso tempore, quo contra Decium insurgens Lucius Valens fuit hic Imperator proclamatus, & Ecclesia persecutore quiescebat, peropportunè habita fuit Romae Synodus illa LX. Episcoporum forsan plerorumque Africanorum. Scribit enim Eusebius [1] italicos Episcopos variis detentos curis non potuisse ad Concilium accedere; & propterea summa animi demissione illos ejus decreta excepisse, suosque sensus per literas ad R. Pontificem datas expressisse. Persecutio vero Galli, & Volusiani, qui ad imperium assumpti fuerunt post Decii obitum, qui sub initium mensis Decembris anni 251. contigit, ad mensem circiter Majum anni 253, post aliquot menses ab illorum electione suscitata fuit. Ita in sua Ecclesiastica historia doctissimus & Emus Orsius ad haec tempora. [2]

## §. VII.

QUoad Synodum sub Melchiade habitam Romae in Aedibus Faustae in Laterano anno 313. die 2. Octobris praesentibus XVIII, vel XIX. Episcopis contra Donatistas, quum huic Synodo obsignatus legatur *Stemneus Episcopus Ariminensis*, apertè dignoscitur per illa tempora jam aliquibus civitatibus datos fuisse Episcopos Cardinales. (3) Caeterum antea nullum legimus generale Concilium tentatum, quamvis pullulantes in dies haereses id exigerent opportunum. His ergo rationibus magis, magisque nos firmati generalem Dioecesium ortum figere cogimur vel labente seculo III, vel IV. ineunte; & circa haec tempora & non prius Camerinensi Ecclesiae suum Cardinalem Episcopum tuto possumus assignare. Quis forte fuerit, ad nostram Antistitum chronotaxim proferemus.

# CAPUT III.

## *De ambitu Dioecesis Camerinensis.*

I. Camerinensis Dioecesis amplitudo.
II. Diminutio, & suppressio Ecclesiarum tempore barbarico.
III. Camerinum sine certo Pastore per saeculum unum & ultra.
IV. Sub Ducibus Spoletanis progressus & amplificatio Ecclesiae Camerinensis. §. I.

[1] Euseb. lib. VI. cap. 43.

(2) Hist. Eccl. Tom. III. Lib. VII. n. 59. & 263.

(3) Lege quid scribat Cl. Dominicus Pannellius in suo Commentario inscripto: *Memorie di S. Leopardo Vescovo di Osimo*, in dissertatione praeliminari pag. XV, & XVI. in notis n. 28, & 29.

## §. I.

ASsignato Camerinensi Dioecesi circa medium III. saeculum ortu suo, ante quam illius progressum per Picenam Provinciam assignemus, juvat prius ambitum suae Dioecesis, quando Camerino fuit primus peculiaris Episcopus assignatus, investigare. Attamen, quum ab actis Concilii Sardicensis intelligere possimus, in Ecclesia Dei tunc morem quemdam tam in Oriente, quam in Occidente irrepsisse, ut non tantum magnae Civitates, sed & Pagi ipsi suos sibi constituerint Episcopos: [tale fuit tunc, ut ego opinor, verae fidei servandae, & promovendae catholicorum studium, ut vix repressis Infidelium persecutionibus, certatim loca omnia suos sibi selegerint peculiares Pastores, qui jam in ipsis natam fidem tuerentur, & alerent], quorum multiplicitati Concilium accurrens decrevit, ut aequum erat, Osio Episcopo proponente, & universo Concilio adprobante: *Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum, aut in vico aliquo, aut in modica Civitate, cui sufficit unus Presbyter: quia non est necesse, ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi, & auctoritas*: [1]; quis idcirco divinare poterit, quot Episcopi per loca Camerino proxima essent constituti; qui illius fines coarctarent ante illud Concilium, & ante etiam alia a R. Pontificibus Romae habita, in quibus idipsum firmatum fuit teste Gratiano [2]?

Si vero ambitum hujus Dioecesis perquiramus post diminutam illam Episcoporum multiplicitatem, si qua facta sit circa Camerinum; facili negocio quaestionem solvemus. In Umbria Camerini Dioecesis ad ejus Occidentem habebat *Dioeceses Nucerinam*, & *Tadinam*. Ad ejus meridiem Visum versus finem ponebat cum *plebe Taurina* [vulgò *Pieve Torina*]: citra fluvium, qui Castrum illud abluit, quod ad Episcopum fortè spectabat *Nursinum*, & postea transiit ad *Spoletanum* [3]. Si *Pistiae* episcopalem sedem velimus assignare, Camerinensem dioecesim *Pistina* dioecesis restringet. *Pistiam* enim Lilius, illiusque illustrator Camerinius figunt in plano Serravallis ad meridiem Camerini in eo loco ubi hodiedum veneratur quaedam aedicula vulgo appel-

(1) Concil. Sard. cap. 6.

(2) Dist. 80.

(3) Xystus V. Tollentino; & San-Severino Episcopos dedit, Dioecesemque illis assignavit; & sic Dioecesis nostra imminuta remansit. Ad compensandam tamen hanc diminutionem suis Apostolicis litteris dat. Romae die 5. Aug. 1587. tractum illum agri Ducatus Camerinenses trans fluvium *Plebis-Taurinae*, qui Spoletanae Dioecesis erat, nostris Episcopis dedit. In illo agro XXXII. paroeciae continentur cum tribus Vicariis foraneis: nempe *Plebis-Taurinae* ad meridiem Camerini cum XVI. *Case-vecchiae* pariter ad meridiem cum IX. *Rocchettae* ad occasum hiemalem cum VII. Sacerdotiis ibi constitutis.

pellata *la Madonna di Pistia*: [1] Hoc oppidum recolit Plinius [2] in sexta regione, ubi nominantur *Pistini*. Intra Umbriae fines Dioecesim Camerinensem coarctabant ad ejus aestivum orientem *Septempeda*, & *Tolentinum*. Hinc ad aestivum occidentem Camerini *Mathilica*, quae fines suos protendebat ad Dioecesim *Tadinatem*: quae Civitates in Piceno positae intra Umbriae finem Dioecesim Camerinensem undequaque restringebant. Patet ergo manifestè, qualis tunc fuerit nostrae Dioecesis amplitudo intra fines Umbriae constituta.

## §. II.

Oppresso tandem senio occidentali Romano Imperio [quod incepit medium circa Seculum V.], faciem mutavit suam Italia. Barbaricae gentes, quae in Italiam irruerunt, igne, ferro, caedibus, Civitates, Episcopia, Templaque a fundamentis everterunt, Sacerdotia disperdiderunt: quoque magis crescebant barbaricae incursiones, eo magis miseriis cumulabantur Populi: donec Langobardi quammaxime truces ad extremam usque desolationem redegerunt Italicas Regiones, & populos. Interim vero pestifera lues totam ferme Italiam cadaveribus replens, desperatam ubique reliquit & Civitatum, & Episcopatuum reparationem. Quod in caussa fuit, cur S. Gregorius Magnus, dilabente seculo VI, quamplures Ecclesias Pastoribus viduatas, & grege dispersas vicinioribus Episcopis commendarit; quum pene omnes ad restaurandas res suas incapaces evaserint.

Illas ergo Civitates, quae in *Consularibus* viis erant constitutae, omnimodam a barbaris desolationem sustinuisse, animadvertimus. *Auximum* vero, *Anconam*, *Firmum*, *Camerinum*, *Cingulum* sublimi, munitoque in loco constitutae Urbes; non fuerunt sic disjectae, ut suorum Civium studio cito non fuerint reparatae; & propterea vel nunquam, vel modico temporis spatio Episcopales illarum sedes vacaverint. Nescimus *autem* quo casu *Cingulum* Cathedralem suam Ecclesiam non reparaverit, Episcopumque non restituerit. Gregorius vero harum praesertim Civitatum Episcopis operae pretium duxit committere, & commendare populos vicinarum Dioecesium Pastoribus spoliatos; ut reflorescentes in desertis regionibus populi, subitam haberent ab Episcopo illis assignato spiritualem opem: quod manifeste patet ex tot litteris S. Pontificis, quae hujusmodi spiritualem sollicitudinem loculentissime comprobant.

§. III.

(1) Lib. 12. P. 1. in addit. P. Camerinii.

(2) Plin. hist. nat. Lib. III. cap. XIII. edit. Parmae 1481.

## §. III.

CAmerinum firmo, & munitissimo loco fundatum tam immanes forte non sustinuit calamitates a barbaris; an sine Pastore remanserit incertum est. Etenim post *Bonifacium* florentem initio VI. seculi ad *Gloriosum*, qui Camerinensem regebat Ecclesiam medio circiter VII. seculo, nullam habemus Episcoporum certam memoriam.

Ne quis tamen putet, id evenisse defectu documentorum Camerinensium. Si enim haec deficiunt, supersunt tamen tot Conciliorum, & Synodorum acta per ea tempora Romae a Pontificibus habita, & a Labbeo fideliter relata, in quibus nullus Camerinensis Episcopus praesens, & obsignatus habetur. Alia igitur ratione id evenisse tenendum est. Coacti utique sumus id referre miserandis illis calamitatibus supra a nobis relatis, quae Italiam nostram tamdiu divexaverant. Gothicis videlicet incursionibus tempore Alarici Regis, aliorumque barbarorum Regum, seu Ducum, qui Italiam Urbesque ejus V. & VI. seculo iteratis vicibus miserrime vastarunt, ut videre est apud Muratorium in suis Annalibus ad haec tempora: deinde ferali illa pestilentia, quae labente Justiniani Imperio duobus ferme annis Italiam luctibus complevit; immanisque depopulatio Langobardorum supra memorata, Italiae Civitates, & Regiones ita consumpsit; ut hac ratione, Italia vastata, undique aspectus ejus pulcher, & floridus horrorem induerit: undique imminutis camporum cultoribus, immanes trunci, vepresque in immensum excreverint, valles paludibus, colles sylvis opertae remanserint; unde fames, & quidem luctuosa orta est.

Duobus his infortuniis pressum infelix Picenum, barbaricis nempè vastationibus, & pestifera lue, ea praesertim in parte, quam Potentia, & Cluentus flumina abluunt, (1) in horrendam solitudinem redactum fuit. Illius Civitates, illae praecipue in consularibus viis, vel ab ipsis non longe positae gladio, igne, direptione supremam subiere ruinam. Videmus propterea *Urbem-Salviam*, *Ricinam*, *Trejam*, *Septempedam*, aliasque plures Civitates ita defecisse, ut de nonnullis, vel situs ipse, ubi erant conditae, occultus adhuc, incertusque remaneat; quod non ita *Firmo*, *Anconae*, *Camerino*, *Auximo*, & *Cingulo* evenisse comperimus, ut supra dictum est, quamvis barbaras non effugerint vexationes. Potuerunt propterea Urbes illae tandem aliquando Cives suos revocare, dispersamque plebem *infra sua moenia reducere*. Unde factum est, ut Civitates istae, quae



[1] Lil. hist. di Cam. P. i. Lib. III. pag. 77.

non omnino vastatae fuerant Episcopium, si in illis erat antea constitutum, valuerint reparare, suosque Pastores tandem aliquando sibi seligere; sero tamen, & nonnisi plurium annorum lapsu: ad quid enim restituere Pastorem, si grex erat pestilentia, & fame deperditus?

Alia pariter ratione Civitates illae munito in loco constitutae non omnino, sicut aliae defecerunt; ideoque Episcopales sedes, vel nunquam amisere; vel ad tempus restituere potuerunt. Quum enim barbarae gentes Imperium suum in Italia statuissent; moras suas iis in locis figere selegerunt, in quibus tutius se tueri possent; idque non alibi melius, quam elevatis in collibus, ubi Civitates accessu difficiles erant conditae. Ibi barbari illi domibus, praediisque illorum, qui pestilentia, fame, aliisque aerumnis perierant, forte potiti, sedes fixerunt suas; paulatimque efferos mores deponentes Romani facti sunt (ita enim Itali tunc nuncupabantur) & ex advenis evaserunt Cives: matrimonia cum Romanis ad invicem contraxerunt; sicque ruinas illarum Civitatum, quas incolebant, opportunè repararunt.

Id nobis propemodum innuunt barbarica illa nomina, quae Itali posthac usurpabant: quaeque legi possunt in Schedis seculo x. & xi. scriptis, & praesertim in illa *Eudonis*, quam memoramus sub ejusdem *Eudonis* Episcopatu. Lilius (1) putat *Eudonem*, clerumque suum non Camerinenses fuisse cives, sed Burgundos. Ego vero Camerinenses fuisse dijudico barbaricis nominibus signatos, quae ab avis, atavisque suis barbaris haereditarunt. Seculo enim x. cur Civitas Camerini censenda est adeo Civibus destituta, ut ad Episcopum suum, clerumque constituendum coacta fuerit evocare gentes alienigenas, & praesertim barbaras? Verosimilius igitur est credere barbarica illa nomina Camerinenses haereditasse ab avis suis, quam barbaras gentes ad civica munia, & praecipuè ecclesiastica obeunda illuc a Camerinensibus fuisse accitas, nisi forte cum Lilio (2) opinari velimus Ecclesiastica munia Burgundiis fuisse tributa in vindictam Camertium.

Donec gentes illae etherodoxae fuerunt, amarunt potius Cathedrales Ecclesias *videre derelictas*, *quam Catholicis Episcopis restitutas*. Postquam vero sub Agilupho Langobardorum Rege, uxoris ejus Theodolindae precibus, & S. Gregorii Magni studio, anno nempe 598, catholicam Fidem sunt gentes illae amplexatae; tunc Episcopales Cathedrae, quae in illis Civitatibus jamdiu vacaverant, fuerunt illicò Pastoribus restitutae. Id propemodum Camerino evenit. Quod ita verum est, ut S. Gregorius Magnus, qui, saeviente adhuc pe-

[1] Part. I. Lib. V. pag. 161. (2) Lil. ubi supra pag. 161.

pestilentia, & imperantibus Langobardis, Romanam sedem tenebat; sollicite iis regionibus, ubi pestifera lues saevire cessaverat, Dioecesium vastatarum curam vicinioribus Episcopis demandare non intermitteret, ut in tot ejus epistolis Apostolica sollicitudine plenis aperte dignoscitur. Nulla tamen epistola ad Camerinenses Episcopos data reperitur, quibus alicujus Ecclesiae commendaverit spirituale regimen, & curam. Quod revera evidens argumentum est, illis in partibus & crudelius, diutiusque pestilentiam saeviisse, & barbaricas incursiones prae coeteris ibi fuisse truciores. Anno igitur 506. Camerinum habuit suum Episcopum *Bonifacium* tempore Theodorici Gothorum Regis, qui ingentem Gothorum multitudinem duxit, & Firmum, agrumque Picenum, ut scribit Adamius, divastavit. Post *Bonifacium* perdidit Camerinum Episcopum suum ad annum forte 649, quo hanc Ecclesiam gubernabat *Gloriosus*.

## §. IV.

QUia tamen Alboinus Rex anno 563. in universa Italia XXXVI. Duces, qui illam regerent, ut jam dictum est, instituit, fuitque labente VI. seculo Ducatus Spoletanus in Umbria constitutus; (primus enim Spoleti Dux, cujus memoria habetur, fuit *Faroaldus*, ejusque meminit Paulus Diaconus, (1) narratque Faroaldum exercitu Langobardorum comparato, in Classem irruisse, eaque opulenta Civitate potitum; unde probabile videtur, Spoletanum Ducatum iis temporibus etiam in Picenum sese extendisse). Hinc factum est, ut sicut Spoletum caput tam splendidi Ducatus fuit in Umbria constitutum in sua praesertim Transapennina parte; sic Camerinum in parte sua Cisapennina ejusdem Ducatus caput fuit, cujus fines ad Mysonis oram sese protendebant, ut cl. Beretta aperte probat in sua Dissertatione. (2) Ideoque, ut primum Duces Spoletani Arianam haeresim abjurarunt, illico operam dederunt R. Pontifices, ut pene omnes Ecclesiae in Transapennina parte existentes suis viduatae Pastoribus Spoletano, *in Cisapennina* vero citra Cluentum Camerinensi Episcopo commendarentur.

Medio igitur VII. seculo ni prius, & per subsequentia tempora Romani Pontifices Picenae Provinciae Dioeceses populo, & Pastore viduatas Camerinensi proximas Camerini Episcopo potuerunt commendare, & mirabiliter usque ad sinus Picenae Provinciae Camerinensium Antistitum jura protendere. Hanc nos veram computamus

E 2 aeram

(1) De pop. Longob. Lib. III. Cap. XIII.

(2) Diss. Chorograph. Ital. medii aevi Tom. X. rer. Ital.

aeram ampliationis Paroeciae Episcopalis Camerinensis, circa videlicet VII. seculum, non illam, quae Leontii tempore fingitur circa medium III. seculum. Sub quo verò Episcopo haec Dioecesis progressus habere coeperit nescimus.

## CAPUT IV.

### *De progressu Dioecesis, sive de dioecesibus Camerinensi Episcopo commendatis.*

I. Dioeceses, & Civitates Camerinensi Episcopo commendatae in duas classes dividuntur, & ab illis Dioecesis amplitudo argumentis eruitur.

II. Singulae Dioeceses, & Civitates describuntur hodiedum Camerinensi Episcopo subjectae.

III. Recensentur aliae in Dioecesi Camerinensi; an ab Episcopis gubernatae, incertum.

IV. Episcopi Camerinenses jus forsan in nonnullis aliis habuerunt Civitatibus, & agris.

### §. I.

IN duas classes dividimus Civitates inter Colonias Romanas ab antiquis Geographis recensitas, & intra fines nostrae Dioecesis Episcopis Camerinensibus commendatas. Alterae erant, quae Episcopali Sede certè erant insignitae; alterae, in quibus, an Episcopus resederit, nullis potest argumentis probari. Inter primas habemus *Septempedam*, *Tolentinum*, *Urbem-Salviam*, *Mathilicam*, & *Cingulum*. Inter alteras *Trejam*, *Tufficum*, *Attidium*, & *Sentinum*.

Eae Civitates, quae numero IX. sunt, in Camerinensi Dioecesi continebantur, ejusque Dioecesis fines producebant ad *S. Salvatoris* Civitatis Maceratae suburbium, quod erat *Urbis-Salviae* Dioeceseos [1] ad Orientem aestivum Camerini. Ad ejus occidentem aestivum pro-

[1] Ad Urbis-Salviae Dioecesim agrum illum, ubi suburbium S. Salvatoris jacet, spectasse conjicimus nam inter Tollentinum, & Maceratam Urbs-Salvia jacet. Urbis-Salviae Diocesis confines habere potuit Dioeceses *Tollentini*, *Pasulae*, & *Recinae*. *Pasulae* situs optime argumentatur ab erudito Pannellio in memoriis Sancti Leopardi cap. v. §. 1. part. 1. pag. 18. intra fines Montisluponis, & Montiscausarii vulgo *Montecosaro*. *Pasulae* Dioecesim tenuit Episcopus Firmanus; *Ricinensem* Humanas, *Urbem-Salvienesem* Camerinensis. Pasulanae Dioeceseos altera facta est divisio, erecto Episcopatu Lauretano, cui forte datum fuit oppidum Montisluponis ad Episcopum Pasulanum spectans.

progreditur hodiedum ad *Sentinum* fluvium citra pontem Saxiferrati in Umbria: trans vero pontem Nucerinus Episcopus dominatur. Ad austrum Camerini perveniebat ad *Staphylum*, quod Dioecesis Camerinensis erat, nunc Auximanae, & monumenta ad id probandum habemus [1]. Ad meridiem Camerini Dioecesis finem habebat citra fluvium, qui abluit *Plebem Taurinam* Camerinum versus, ut supra monuimus. Trans fluvium *Spoletana* Dioecesis olim perveniebat.

Intra hos fines *Treja*, *Tufficum*, *Attidium*, & *Sentinum* sita sunt, quae in nostra Dioecesi continentur adhuc. An Episcopos habuerint, non liquet. Sicuti vero in Ducatu Spoletano continebantur, ut infra probabimus §. IV. ubi de Cupra-montana disseremus, *Cupramontana* prope Mallatium a Sartio nostro reperta & tuto firmata; aliaeque forsan duae Coloniae; *Planium*, seu *Planinum*, quae forte confines erant cum agro Cuprensi, & *Veregra*, cujus ager forte adhaerebat *Planiensi*, & terminabat cum Urbe-Salviensi; ita pariter, at solis conjecturis, Camerinensi Dioecesi tractum illum agri Veregrani ad Planium, a Mysone ad Aesium fluvium in Ducatu Spoletano contentum *possemus* argumentari assignatum. At de hoc nihil certi. Singulas nunc Dioeceses, & Civitates Camerinensi Episcopo subjectas describamus.

## §. II.

Septempeda Episcopalis Paroecia proximae Camerinensi Dioecesi fuit post ejus vastationem commendata. Habuit Episcopum suum *S. Severinum*, aliosque, quorum nomina ignorantur: Distat Septempeda, locus nempe, ubi antiqua haec Civitas jacebat, VI. mill. pass. a Tolentino, X. a Camerino, totidem a Cingulo. De hac Civitate nonnulla obiter sub Episcopatu Eudonis differemus. Luculenter de ejus antiquitate in sua erudita Dissertatione de Septempedae antiquitate agit P. Bernardus Gentilius. Xystus V. *Sanseverinum* Oppidum è Septempedae ruinis in vertice montis Nerii excitatum in Civitatem erexit anno 1587, novamque ibi Cathedram Episcopalem instituit, avulsa ejus Dioecesi a Camerinensi. Antiqui Septempedae Dioeceseos fines fuerunt Dioeceses *Camerinensis*, *Tolentinas*, *Urbs-Salviensis*, *Cingulana*, *Mathilicana*, & *Ager Trejensis*.

At-

[1] Ab Apostolicis Urbani IV. litteris datis Romae anno 1379. quas habes in appendice, certi reddimur *San-severinum*, *Pyrum*, *Staffolum*, *Domum*, *Castellettam Rotorsium*, *Ficanum & Montem Acutum* Castra fuisse tunc Camerinensis Dioeceseos. Idipsum patet ex diplomate Card. Antonii tit. SS. Quatuor Coronatorum expedito favore SS. Sacramenti Pyri anno 1533, & pro executione remisso: *Discreto Viro Plebano Ecclesiae de terra Staffuli Camerinen Dioecesis Vicario Foraneo Episcopi Camerinensis*. Diploma vidi inter schedas illius Societatis.

Attamen antiquam Septempedae Dioecesim in nova hac Episcopatus fundatione fuisse non modicè amplificatam manifesta probatione intelligimus. Si enim novo San-Severini Episcopo sola Dioecesis antiquae Septempedae restituta fuisset, non utique poterant Episcopi San-Severinates ad Castrum *Ficani* (1) pervenire: distat enim Castrum hoc ad XII. mill. pass. a Septempeda; ab Oppido Pyri III. mill. circiter pass. a Cingulo circiter VIII. Septempedae item Dioeceseos fuissent Castra *S. Petri*, & *Ilciti*: item diruta *Casavollae*, *Collis-putturae*, *Crini*, & *Civitellae Domini Vguccionii*, & *Insulae S. Clementis*, & *Frontalis* cum aliis, quae juris erant Episcopi Camerinensis, & vel inter colles, vel in radicibus Apennini montis ad austrum Camerini sita. Non enim Septempedanus Episcopus per ea loca tam remota poterat extendere jurisdictionem suam. Antiquissimae siquidem Dioeceses, antequam a barbaris essent eversae, erant angustiores; ut ex singulis Dioecesibus, quas hic damus Camerinensi Cathedrae adanctas, facile comprobatur. Quomodo ergo ultra *Alifurni* Castrum, quod Septempedae Episcopo ultro concedimus, distans ab ea Civitate v. mill. circiter pass. Sanseverinas Dioecesis ad illa Castra usque ad Castrum, agrumque *Ficani*, quod ultimum suae Dioeceseos est, pervenit. Alia sane ratione id evenire non potuit, nisi quia nova Sanseverinas Dioecesis fuit constituta in tota temporali jurisdictione Populi Sanseverinatis, qui aere communi emerat a Gente Rovellonia seculo XIII. in illis partibus clara, castra *Insulae* S. Clementis, & *Frontalis*; a Monachis Vallisfocinae *Castrum Ilciti*, & reliqua Castra partim Apostolica concessione, partim alio modo adeptus erat: eadem plane ratione, qua Dioecesis Fabrianensis protenditur ad Castrum *Domi* a Pyro III. mill. pass. distans ad Occidentem, & olim in agro Pyrano, & sub jure Populi Pyrani situm; quia constituto vix illo novo Castro a magna ibi domo constructa *Domo* nuncupato, suoque sibi territorio comparato, gens Clavellia, quae Fabriani dominabatur

(1) Antiquissimum hoc Castrum situm erat in agro Pyrano; in eoque dominabatur una cum Vanoa, seu Joanna sorore sua Catharina Masii San-Severinas uxor Coonradi Rainuccii Bulgarotii Mathilicae olim domini. Vendidit Catharina Castrum Smedutio Nutii (de quo sub Pandulphi Episcopatu) anno 1348, duobus scilicet annis postquam Smedutius inter Pyranos cives cooptatus est. Charta hujus venditionis servatur in archivo Communis San-Severini in libro inscripto: *Registro di diversi brevi pag.* 45. Bartholomaeus Castrum vendidit Boldrino de Panicalis pretio decem millia scutatorum auri una cum aliis bonis in Pyrano agro jacentibus. Boldrinus per dolum fuit Maceratae trucidatus. Castrum cum aliis bonis rediit ad Smedutios, nescimus quomodo. Smedutii nepotes illud tenuerunt ad annum 1407. sub Innocentio VII. Tandem, ab omni dominatione sub Martino V. Smedutiis expulsis, ab Eugenio IV. Castrum Ficani, caeteraque illorum jura & bona Sanseverinatae genti donata sunt. Ac de hoc alias.

tur, ſeſe in poſſeſſionem Caſtri Domi immiſit. Unde factum eſt, ut, Clavellia gente Principatu Fabriani ſpoliata, Caſtrum *Domi* in agro Fabrianenſi remanſerit, & Fabriani Epiſcopatu conſtituto, idem Caſtrum in Dioeceſim Fabrianenſem tranſierit: quod fuſius in meis antiquitatibus Vallis S. Clementis expendo.

Quis tamen Epiſcopus ante ſeculum VII. totam *Vallem S. Clementis* percelebrem in noſtris partibus medio aevo, ubi ſingula enunciata Caſtra ſita ſunt, ſpiritualiter rexerit, reſtat videndum. Vallis haec habuit proximam Dioeceſim, *Cingulanam*, & forte *Cuprenſem montanam*; quando revera ex antiquis Romanorum Coloniis (ſi inter has Cupram montanam adſcribere velimus) unicuique ſuus dari debeat Epiſcopus. A *Pyro*, quod Vallis olim erat Caput, ad Cingulum recta linea 4500. paſſ. vix intercedunt: totidem, ni forte *plures* ad S. Eleuterii Plebem Maſſatienſem, ubi Cupra montana ſita erat: quicquid dictitent quidam blaterones contra Sartium noſtrum, qui Cuprae montanae locum primus detexit. Pyrum ſub Epiſcopo Camerinenſi reſtat adhuc, ſicut aliqua pars antiquae Cingulanae Dioeceſeos. *Cuprenſis montanae* Epiſcopalis Paroecia (ſi tali honore inſignitum oppidum fuit) Epiſcopatui Aeſino conjuncta fuit. Aequa igitur ratione cederem Antiſtiti antiquae Cingulanae Dioeceſeos jura Vallis S. Clementis a *Caſtro S. Petri* uſque ad Caſtrum *Rodoſſae* hodie *Rotorſium*, quod Stellutae gentis apud Fabrianenſes illuſtris Caſtellum eſt: reliquum agri tractum a Rotorſio ad oram Aeſis fluvii Cuprenſi montanae Dioeceſi donarem excepto Caſtro *Domi*, quod ortum habuit ſub initio XIII. ſeculi. Ne forte aliquis ignotus uſque modo locus in Valle S. Clementis olim fuiſſet cum ſuo Epiſcopo, qui conſtitutam ibi Dioeceſim haberet ab Aeſi fluvio, & Monaſterio S. Elenae, in quo, & in tota Valle jura exercebant ſua Comites prius Vallis *S. Clementis*, ut luculenter probamus Lib. II. cap. I. in ſerie noſtrorum Antiſtitum; & poſt *Comites* medio circ. XIII. ſaeculo ſuffecti fuerunt *Vicarii imperiales* ejuſdem Vallis S. Clementis, uſque ad *Caſtrum S. Petri* terminum Vallis. (1) Epiſcopus enim ibi conſtitutus extenſam habuiſſet Dioeceſim ſuam ultra XII. ad minus mill. paſſ. XXIII. Caſtris (2) undequaque refer-

[1] Sartius Epiſtol. Cupren. in app. docum. n. XV. pag. 95.

[2] Ad illuſtrandam Vallis S. Clementis chorographicam chartam placet hic recolere ſingula Caſtra, quae in illa continentur. *Pyrum* dictum etiam in antiquis ſchedis *Lapirum*, *Laperum*, *Papirum* (vulgo *Apiro* nuncupatum) jacet in medio Vallis; eratque olim regionis caput. Ante XII. ſeculum jacebat Pyrum non in Valle, ſed in Colle, ad cujus radices novum aſſurgit Caſtrum. De antiquo Caſtro nil aliud praeter rudera habemus. In eo ante XIII. ſeculum dominabatur Andreas de Montecle, qui civis novi Pyri una cum uxore ſua factus eſt anno 1227, poſtquam homines novi Pyri antiquum deſtruxerunt. Patet ex charta, quam in appendice producimus ad illum. an-

fertum. Sed hoc viderint alii; tenebris enim nimiae antiquitatis obvolvimur.

*To-*

annum. Habet Pyrum ad Orientem Cingulum, ad Occidentem Febrianum, ad Meridiem Sen-Severinum, ad Austrum Aesinm. His praelibatis ad Castra in Valle S. Clementis spatia sermonem vertamus; incipiendo ob Orientali plaga, quae respicit Cingulum a Pyro IV. mill. & 500. pass. dissitum.

In hac parte jacebant Castra *Insula orgalis*, *Civitella*, & *Castreccionum*, & *Castrum S. Angeli* hodiedum in Camerinensi Dioecesi, & in agro Cingulano posita. *Insula Orgalis & Civitella* vetera sunt. *Castreccionum* & *Castrum S. Angeli* vix supersunt, & nunc diruta in dies deficiunt.

Insulae Orgalis domini fuerunt Atto, & Thomas filii Alberti Comitis, qui anno 1212. se fecerunt Castellanos Cinguli; & anno 1216. *die Mercurii* VIII. *die exeunte mensis Augusti tempore D. Onorii PP.* se submiserunt communi Pyri, & Castellanos se fecerunt illius Castri. Promisit namque *Atto nomine Thomae fratris sui una cum Orana uxore sua, & sua cognata Viola donno Johanni preposito S. Nicolai Consulo Piri guardare & salvare Castrum Pyri & accrescere, & amplificare ejus Curia & senaitas & personas & res dicte universitatis &c. & facere guerram & pacem &c. & incastellare & non excastellare bona fide &c.* & tandem idem Atto cessit communi Pyri *omne jus omnemque actionem in montaneis Montis. Alvelli* Montes isti (dicerem potius Colles) pene ad austrum sunt Pyri, & supra ipsum Oppidum. Domnus vero Johannes Consul promisit Attoni ejusque fratri Thomae, & Oranae, & Violae praedictis *custodire, & salvare illorum personas & res, & quod illorum erit in Castro Piri & omnes illorum raciones pro posse & omnes bonas usancias* (hoc anno 1216. commune Pyri statuta sua nondum condiderat) *nobis conservare* (sic habet schede) *ajuvare & manutenere cum nobis, & sine nobis &c. eo quia misisti nos in tenutam & possessionem domi olim Trasmundi patris predicte Orane, & Viole sita in Castro Piri &c. de omni jure & actione quod habuit Trasmundus in dicto Castro tempore mortis dicti Trasmundi in dicto Castro &c.* Hinc aperte patet Trasmundum nobilem fuisse Pyri civem. Alienigenae enim vi legum municipalium, quae supersunt adhuc, nil in Castro, ejusque agro poterant possidere.

Idem Trasmundus fuit *Castreccioni* dominus; Pater Gualterii, Offi, & Gozonis, necnon Oranae, & Violae; ex Comitibus Montis Companori, quod fuit Castrum inter Fanum, & Pisaurum situm. (Ammian. ist. di Fano Tomo 1. pag. 214. & 290.) *Castreccionum* anno 1239. die ultima Junii venditum fuit a Gottibaldo filio quondam Domini Thomae Dom. Bisazonis de Monte-Companatio domno Jacobo rectori hospitalis Spineti de Cingulo nomine & vice dominae Catherinae Abbatissae ejusdem loci. Illud Castrum transierat ad dictum *Gottibaldum* jure emptionis. An iste *Gottibaldus* fuit Auximi Potestas anno 1207. quem Martorellius censet fuisse *Gottibaldum* illum Piceni Marchionem? (Hist. d'Osimo pag. 435.) Tandem Moniales Castrum vendiderunt Communi Cinguli anno 1269. ex schedis ejusdem Monasterii.

De Castro *Civitellae* sermonem facimus in serie. Indicem consule: Nihil pariter proferimus de Castro *S. Angeli*. Hoc & alia Castra in agro Cingulano sita illustrabit Raphaellius noster.

Prosequentes iter ad Austrum habemus Castrum *Fajetae*. Memoratur in instrumento venditionis *Castreccioni* confecto anno 1239. quo patet ad haec usque tempora Castrum illud non fuisse dirutum. De illo pariter in serie sermo recurret.

A Castro *Fajetae* progredimur ad Castrum *S. Urbani* ad Occidentem aestivum Pyri. Super hoc in eminenti colle jacet *Rotorsium*, quod ad suum Occidentem habet *Rovellonum*, *Castellettam*, *Avulterem*, & *Cryptam*. In iis dominabantur seculo XIII. Conradus, & Gentilis de Rovellono aliique hujus nobilis familiae. Praeter *Castellettam*, quod a Pyro abest

VII.

*Tolentinum* Civitas est ex antiquis Piceni Camerinensi Ecclesiae data. Colonia fuit Romanorum. Ejus antiquitatem, & splendorem lapidariae inscriptiones testantur apud illarum collectores. A Septempeda distabat VI. mill. pass. juxta Josephum Bingamum (1) cl. Scriptorem Originum christianarum. *Basilius* Tolentinas sedit in Concilio Romano sub Symmacho. Vastata a barbaris Civitate perdidit Cathedram, quam Xystus V. iterum dedit seculo XVI, & Concathedralem esse voluit cum Maceratensi Ecclesia. Antiqua Tolentini Dioecesis terminos forte habuit cum *Camerinensi*, *Urbe-Salviensi*, & *Septempedana*; & *Agro Trejensi*.

*Urbis-Salviensis* Ecclesia fuit Camerino adjuncta quo tempore incertum est. E nobilioribus Piceni Civitatibus fuit *Urbs-Salvia*. (2) Testantur idipsum quamplures lapidariae inscriptiones, quae passim apud Collectores leguntur, & in dies effodiuntur. A Tolentino, juxta Ferrarium, decem, juxta Baudrandum sex mill. pass. distat, ut animadvertit laudatus Bingamus. (3) Habuit & haec Antistites suos. *Lampadius* se obsignavit Concilio Romano primo sub Symmacho. Ibi habetur *Lampadius Urbis Albiensis* corruptè: lege *Salviensis*, vel *Salbiensis*, ut animadvertit Labbeus. [4] Barbarorum incursu, aliisque infortuniis fuit solo aequata. Supersunt adhuc reliquiae ejus splendidi Amphiteatri. Perdidit tunc jura Episcopatus, & Civitatis insignia. Jacet haud procul a Cluento fluvio. Confines habere potuit suae Dioeceseos *Firmi*, *Recinae*, & *Tolentini* Dioeceses. Modo Urbis-Salviensis Dioecesis Maceratensis Episcopatus est potior pars.

*Matbilica* Camerinensium Episcoporum *curae* commissa fuit; antiqua Romanorum Colonia IX. mill. pass. a Septempeda distat juxta laudatum Bingamum (5) Cluverius (6) Mathilicae situm figit supra Aesium fluvium in radicibus Apennini. Extant antiqui lapides apud

F Col-

VII. cir. mill. pass. reliqua Castra corruerunt. *Castelletta* ad suum meridiem habet Castrum *Procicle* (vulgo *Procitchie*) cujus dominus Bernabaus Civis Pyranus factus est anno 1287. Jacet ad Occidentem Pyri, a quo VI. mill. pass. cir. abest. Habat Castrum *Procicle* ad suum Orientem aestivum *Montem ferratum*, & *Civitellam domini Uguiccionis* supra Vallem-Castri; quae in Annalibus Camaldulensibus memorantur. Ad Occidentem hiemalem Pyri jacet *Ficanum*, & *Casavolla*, Castrum hoc omnino disjectum. Castra *Frontalis*, *Collis putturae*, quod pariter solo aequatum est, *Insulae S. Clementis*, & *Castrum S. Petri* habent Pyrum ad Meridiem. Denique ad Orientem aestivum habet Castrum *Muscosi* in agro Cingulano, quod illustrabit amicissimus Raphaallius. Castra supra relata, quae hic illustrare omisimus, alibi in hoc opere illustrata reperies, si Indicem consules.

(1) Lib. IX. cap. V. Vol. III. pag. 519. Origin. Christian.

(2) Cellar. Geograph. antiq. Lib. II. cap. IX. lect. II. n. 280.

(3) Lib. IX. ut supra.

(4) Collect. Concil. Tom. V. ad ann. 494.

(5) Lib. IX. ut sup.

(6) Ubi sup. lib. II. cap. VI.

Collectores. A Berengario II. anno 949. igne consumpta fuit cum aliis multis Piceni Oppidis, & Exarcatus Civitatibus, teste Luitprando [1] & tunc amisit Civitatis, & Episcopatus insignia: Ornamenta suis Apostolicis litteris [2] datis Romae sub annulo Piscatoris anno 1753. insigni Oppido munifice restituit. Mathilicanae Dioecesis confines fuerunt Dioeceses *Septempedana*, *Tufficana*, *Attidias*, & *Camerinensis*.

*Cingulanae* Dioeceseos aliqua pars Camerinensi addicta fuit: postea cum Auximate divisa: Quomodo vero inter Episcopum Camerinensem, & Auximanum facta sit hujusmodi divisio, haud facile intelligimus: nisi forte id evenerit juxta sensum cl. Raphaellii ad doctissimum Lamium in suis litteris in ephemeride Florentina relatis: [3] quia videlicet, quum in agro Cingulano miserandis illis temporibus dominarentur duo Principes ad invicem infensissimi hostes, Langobardi videlicet, qui anno 568. sedes suas in Italia figentes in illis partibus Spoletanum statuerunt Ducatum, in quo Cingulum, & non modica Piceni pars continebatur; trans vero Mysonis fluvium Auximi praesertim, & in proximis oppidis contra Langobardos sese munierant Orientalium Imperatorum ministri: hinc factum esse autumat vir ille solertissimus, ut Langobardi Cingulum, prae coeteris munitione, & situ tutissimum, illico restaurarent; & ad instar munitissimi Castri Oppidum constituendum curarent; posthac inter ea loca adnumerandum, quae huic cisapenninae parti Ducatus Spoletani *Provinciae Castellorum* nomen dederunt, sub cujus vocabulo ab Anonimo Geographo Ravennate, seculo forsan IX, pars ista descripta est. Spoletanus sane Ducatus usque ad Mysonis oram sese protendebat ad sensum Anonimi Mediolanensis: ideoque luctuosis illis temporibus, quando & ob pestiferam luem anno 565, & ob barbaricas Langobardorum incursiones anno 568. pleraeque Piceni Civitates, vel omnino attritae sunt, vel saltem habitatoribus diminutae; Cingulana Civitas, & potior sui agri pars usque ad Mysonis flumen Camerinensem potius, quam Auximanum suum adamaverit habere Pastorem. Non enim probabile videtur, Langobardos passos fuisse Episcopum Auximi, Civitatis nempe in Pentapoli constitutae, & Orientalibus Imperatoribus subjectae jura exercentem sua in Civitate Cingulana, quam ipsi sibi selegerant tutissimum propugnaculum in parte Spoletani Ducatus: quum inter illas gentes atrox, & vix unquam intermissum bellum, & hostilitas fere semper arderet.

[1] Ep. Tic. lib. I. cap. IX.

[2] Apostolicae Benedicti litterae habent: *Quod Mathilica &c.*

[3] Tom. XIII. a num. 31. ad 29. anni 1752. in Commentario: *Dell'antica Cingoli*.

ret. Postquam vero labente seculo VIII. populi Pentapoleos ultro se dederunt R. Pontificis imperio; tunc evenire forte potuit, ut Auximates Praesules paulatim jura sua amplificarent Cingulum versus: donec Cingulum ipsum, quod Auximo proximum erat, Episcopis Auximi se libentissime subjecerit. Et forte Cingulum maluit se subdere Auximati Antistiti; diutius enim etiam temporali jure R. Pontificis subdita Civitas Auximana fuit, quam Camerinensis; haec enim seculo tantum XVI. Rom. Ecclesiae omnino se mancipavit. At de his nihil certi se proferre testatur eruditissimus Scriptor, solisque conjecturis, solidis quidem rationibus vallatis, haec, & alia profert.

Camerinensis Praesul non tantum ea loca, & Templa Camerinum versus tenet, quae temporali jure in agro Cingulano sunt posita; nempe Castrum *S. Angeli*, & *Castregonis* (vulgo *Castraccione*) nec non diruta Castra *Insulae Orgalis*, *Civitellae*, & *Muscosi* cum aliis villis; verum supergreditur etiam montes, & fere prope moenia Civitatis Cinguli pervenit. Tenuit etiam sub jure suo Ecclesiam *S. Sergii* (1) quae III. mill. circiter pass. a Cingulo abest, in via, qua Cingulo Maceratam pergitur in villa *Avenale* nuncupata, cujus potior pars fuit jam Dioeceseos Camerinensis, & modo spectat ad restitutum Episcopum Cingulanum. Illius Ecclesiae jura, quum diu Auximati Episcopo, cujus curae Cingulum, & potior Dioecesis pars commendata fuit, oppugnata a Camerini Episcopo fuissent, tandem permutatione jurium alterius Ecclesiae inter montes Camerinum versus in Agro Cingulano fuit lis composita. Forte *S. Sergii* Ecclesia, & Pagi *Avenale* dicti aliqualis pars in Dioecesi Trajensi illis proxima sita erant. In montibus inter agrum Cingulanum, & Montecchianum antiquis temporibus fundatum reperiebatur Monasterium Monialium, quae a Castro, *Monte acuto* vocato, Moniales *Montis acuti* dictae sunt (2) in Dioecesi pariter Camerinensi. In quibusdam

 Mon-

(1) Hanc Ecclesiam in agro Montecchii sitam fuisse contenderunt Montecchiani cum Cingulanis anno 1450. Unus ex articulis a Montecchianis datus ad sua jura probanda est = Sanctus Sergius, cujus Ecclesia posita est in territorio Monticuli, fuit oriundus de quadam ipsorum villa quae dicitur *Valcampana*: ob eorum devotionem portarunt, & portant ad dictam Ecclesiam coppos pro recoperiendo dictam Ecclesiam S. Sergii &c. Item praedicti homines de Monticulo pro continuis beneficiis a dicto S. Sergio ?ietantes quolibet Kal. die Maji consueverunt portare, & portare, & portant & portarunt frondes, & flores & arborem, qui dicitur *el maggio*; & quolibet anno post Kal. mensis Nov. solent ire ad dictam Ecclesiam, & ibi collationem facere maxima cum suilla seu porchetta, ut in suo territorio &c. Sed omissis hujusmodi ineptiis, certè Ecclesia S. Sergii ad Abbatiam Vallisfocinae, de qua in serie Episcoporum, una cum adnexis campis spectat.

(2) Hodie Monasterium istud *Spedaletto* nuncupatur. Templum est pene collapsum, cujus restauratio est utique optanda ob peculiarem gentium pietatem praesertim erga antiquissimam Beatissimae Virginis Mariae

Montecchianis schedis ad annum 1457. legitur. *Monasterium, sive hospitale montis Acuti*; Et seculo praecedenti, anno nempe 1330, habetur quoddam testamentum, in quo legatum legimus singulis Monialibus factum Monasterii *Montis Acuti*. Habentur haec documenta in secreto Archivo Priorali Montecchii. Habetur etiam in antiquis statutis Cinguli anno 1325. editis (lib. I. Rub. XV. de eleemosynis): *Quod dentur de bonis communis ..... denariorum Ravenne .... Ecclesie Monasterii Montis Acuti quatuor libras*. Prope hunc locum cryptae illae vere horrentes, & opacae patent, in quibus aliquandiu eximia Virgo S. Sperandea Eugubina latuit, & sua statione nostram Dioecesim illustravit. Specus, ubi Doemonum larvis tandiu fuit Sperandea vexata, vocabatur *Citona*, hodie: *Le Grotte di S. Sperandia*. Legendum, quod in Virginis vita scripsit Titus Francefchinus.

*Cingulum* fuit Romanorum Colonia, quod oppidum S. Labienus constituerat, suaque pecunia exaedificaverat, ut narrat Caesar: (1) suos habuit Episcopos ante incursiones, quas a barbaris sustinuit; quamvis non ita ferales. Seculo V. circa finem floruerunt Episcopi Cingulani *Theodosius*, & *S. Exuperantius* Civitatis Patronus, cui forte successit *B. Formarius*, & huic anno circ. 530. *Julianus* Vigilii PP. laborum, & itinerum comes. Vacavit deinde Cathedra ad annum 1725, quo Cingulo fuit Episcopus restitutus, & Ecclesia Plebis S.Mariae de Cingulo tunc insignis Collegiata Concathedralis aeque principalis, cum Auximate declarata. De hoc satis. Habet enim eximium sui Scriptorem Raphaellium nostrum, qui antiquum Cingulanum Agrum, & Ecclesiae statum eruditissime illustrat.

## §. III.

PRoductis Civitatibus Camerinensi Dioecesi conjunctis certo certius Episcopali sede illustribus; ad illa transeamus Oppida recensenda, quibus, quamvis celebres fuerint Romanorum Coloniae, Episcopos tamen concedere tuto non possumus, quia documentis sumus destituti ad id comprobandum; & sunt *Treja*, *Tufficum*, *Attidium*, & *Sentinum*. Attamen quum dubium non sit (verba usurpo doctissimi Ab. Sartii [2] de Tuffico nonnulla disserentis) *quin plures Civitates Cathedra olim Episcopali ornatae fuerint, quarum nulla nunc memoria extat, earum monumentis deperditis*: & in eo numero eru-

riat imaginem summo in honore semper habitam. Monasterium istud erat duplex, in quo fratres degebant, qui Viros, moniales, quae mulieres in hospitali curabant.

(1) Bell. Civil. lib. I. cap. XV.

(2) Diss. praelim. de Civit. & Ecc'. Eugub, cap. VI. num. IV.

eruditissimus Scriptor Tufficum censet: ego a laudatis Oppidis ea tantum ratione Episcopos adimo, quia de illis nulla apud nos memoria relicta est: Coeterum, si antiquos Canones, si antiquam Ecclesiae disciplinam prae oculis habeamus, Episcopos tam in Orientalibus, quam in Occiduis regionibus adeo frequentes fuisse compertum est, ut non solum Civitates, & Castella, sed & Pagi ipsi suos jactent Episcopos, ut bene disserit in celebri dissertatione de Ecclesia Setina cl. Praesul Dominicus Georgius: [1] & propterea tot Concilia, & praesertim Sardicense jure, & merito tam corruptum morem damnarunt, ut supra dictum est. [2] Quamvis vero mos ille tam solemniter fuerit ab Ecclesia reprobatus, pullulare iterum coepit temporibus praesertim Caroli M., qui propterea anno 789. in suis capitularibus [3] antiquum Sardicensem Canonem innovavit, ut penitus morem illum ab Ecclesia eliminaret. Si ergo priscis temporibus Pagis, & Castellis Episcopalem sedem tuto negare non possumus; immo vero fas est in illis Episcopos rationabiliter conjicere, qua fortiori ratione possumus nos Episcopos consignare antiquis Romanorum Coloniis, quae & Civium nobilitate, & populi frequentia Civitates erant tam illustres? Neque vero argumentum illud negativum: Episcoporum, *Tuffici*, *Trejae*, *Attidii*, & *Sentini* nulla est memoria; ergo hae Civitates suos non habuerunt Episcopos; tanti ponderis est, ut ab illis Civitatibus Episcopos omnino tollat: nam si tanti roboris esset argumentum hoc, possemus etiam argumentari: *Senogallia*, *Fanum*, aliaeque permultae Civitates ante VIII. seculum nullum praeferunt Episcopum; ergo ante VIII. seculum Episcopalis sedes in illis non erat constituta: quod utique summum dementiae esset asserere. Ideoque rationabile videtur conjicere supra laudatas Colonias Cathedra Episcopali ornatas, suas habuisse Dioeceses. Solidis hisce, & rationabilibus conjecturis, *Trejae*, *Tuffico*, *Attidio*, & *Sentino* Episcopis assignatis, ad ea loca describenda progrediamur.

*Trejensis* Ecclesia commissa fuit Camerinensi Episcopo. *Treja* ex antiquis Romanorum Coloniis inter Auximum, & Septempedam sita est, ut scribunt Cluverius, & Cellarius. Clarius tamen Holstenius *Trejae* situm describit ad sinistram ripam Potentiae amnis VIII. vel IX. mill. pass. a San-severino. Ejus apparent vestigia, ibi praesertim, ubi nunc situm est Coenobium, quod Fratres Min. Observantes Reformati nuncupati incolunt: in cujus claustro nonnullae antiquae inscriptiones parietibus affixae, & a Collectoribus vulgatae leguntur cum aliis dirutae Civitatis non obscuris monumentis. Sustinuit a barba-

[1] Pag. 6. c. 4. & seqq.
(2) Cap. III. §. 1.
(3) Tom. I. pag. 110. n. XIX. edit. Baluzii.

baris extremam ruinam, qua defecerunt Episcopi. In agro Montecchiano pingues habet fundos mensa Episcopalis Camerini, illorumque possessio non a mensa Episcopatus Trejensis, ut nonnulli conjiciunt provenit, sed a permutatione pinguis latifundii vulgo dicti: *Il piano della Madalena*: in agro castri Jovis sito, aliorumque annexorum mensae Episcopalis stabilium bonorum facta ab Aemilio de Alteriis Episcopo nostro, qui postea fuit Clemens X. P. M. cum aliis Angeli Giorii Patritii Camertis latifundiis in agro Montecchiano ab hoc possessis, & acquisitis: idque patet ab instrumento Camerini confecto die 2. Maji anni 1630. per acta Ser Bernardini Lilii Episcopi Cancellarii. Pinguem pariter in hoc agro censum habet Seminarium Clericorum Camerini, & ea ratione aliquot juvenes Trejenses, nunc *Montecchiani*, ibi gratis aluntur. Lege, quae sub Episcopo Aemilio scribimus in serie Episcoporum.

Templum illud, quod hodie Fratres Min. Reformati possident, Trejensem Ecclesiam Cathedralem Virgini sacram fuisse, fama est; nunc ab imagine Reparatoris nostri crucifixi [1] miraculis celeberrima nomen habet, illique Gens Montecchiana circa XVI. seculum restauratam dicavit Ecclesiam. Patet ex lapideis inscriptionibus Ecclesiae januis appositis: *Trejensis Patria summo Deo crucifixo restauratam dicavit*.

Dispersi Trejenses oppidum condiderunt in vicino monte ad suum Orientem, quod hodie *Montecchium* nuncupatur. Quod a Trejae

[1] Crescente in dies erga sacratissimam imaginem religione, & cultu, miraculis ibi e Deo patratis subolescentibus, quum nullus esset Sacerdos, Templi custodiae addictus, qui oblationes, & vota fidelium undequaque affluentium exciperet, & eo, quo par erat, studio sanctam illam imaginem curaret, communibus suffragiis anno 1519. vocati sunt Fratres Congregationis Fesulanae S. Hieronymi, qui diu, & pientissime Templum custodientes, venerationem erga SS. Crucifixum foverunt; ut concurrentibus illuc Viris dignitate, nobilitate, & sanctimonia insignibus, Principibusque Foeminis, difficile dictu est, quantum & SS. Crucifixi cultus per Picenum, finitimasque Provincias fuerit amplificatus, quantaque gentium multitudo voti causa ad Templum illud concurrisse visa sit. Templi parietes delatis votis etiam pretiosis onusti, a fidelibus appensis non semel expoliati sunt. Summa pietate Templum custodierunt Fratres Fesulani ad annum 1668, quo, (a Clemente IX Congregatione illa suppressa) transiit ad Fratres Min. Reformatos, curantibus Montecchianis, ut sub Jacobi Episcopatu disseremus. Ubi, quando, & a quo Crucifixi imago fuerit elaborata, incerta res est; sane opus antiquissimum & Venerabile. Imaginis altitudo a fronte ad pedes est altitudinis palm. Rom. 9. sic integra, ita vivis, spirantibusque pietatem coloribus picta, ut opus ferme novum esse videatur; quum revera, ni mea me fallit opinio, ea ab ipsis Trejensibus venerata fuisse putanda est; & forte in sua Cathedrali Ecclesia; quo cadente XV. seculo, vel sub initio XVI. post templi restaurationem fuit reportata ab Ecclesia, ut perhibent, S. Hieronymi prope moenia Montecchii, ubi, durante forsan barbarica incursione, fuit abscondita, & custodita. At de hoc nil certi nobis relictum est.

jae ruinis ortum habuerit hoc insigne oppidum, nomen ipsum *Montecchio* aperte demonstrat. Antiquis enim tabulis Montecchium passim Montecle nuncupatur. Et quis non videt a *Monte Trejae* prius *Mons-trejae* dictum, mox corrupte *Montecle*, & demum *Montecchium*? Xystus Magnus hujus nominis V. R. Pontifex ad augendum Picenae Provinciae splendorem, sicuti Tolentinum, & Sanctoseverinum Civitatis titulo, & Cathedrae Episcopalis honore illustravit, sic Montecchium ornare cogitavit, & Trejensem Ecclesiam, sicuti Sanseverino Septempedanam, Montecchio restituere. Patet ex actis conciliaribus ad annum 1588. die 2. Novembris, quod Civium dissidiis mansit infectum. Et revera Montecchium oppidum est excellentia Civium, ecclesiasticis dignitatibus, litteris, armis insignium, populi multitudine, Cleri frequentia, Ecclesiarum, sacrarumque familiarum numero ad haec usque tempora inter coetera Piceni Oppida adeo illustre, ut in suis Apostolicis litteris Dat. Romae anno .... quart. Nonas Nov. Clemens XII. Civitatis titulo illud illustrare voluerit sic: *Oppidum Monticuli Civitas nuncupatum*. Trejensis Dioecesis confines putamus Dioeceses *Septempedanam*, *Tolentinatem*, *Recinensem*, *Urbem-Salviensem*, & *Cingulanam*.

*Tufficana* Paroecia juncta fuit Camerinensi. Ptolomaeus Tufficum locat prope Pitinum, Iguvium, Tifernum, atque Etruriae Urbem Perusiam, ut scribit Cluverius, qui hanc sequitur opinionem. [1] Unde Plinio [2] *populi Oppidani sunt Tufficani*. Holstenius [3] vero certum, verumque Tuffici situm reperit inter Mathilicam, & Fabrianum; & bene. Ejus vestigia in Valle Mathilicana ad ripam Aesis fluvii ab Attidio v. mill. pass. circiter distant; ubi lapides aliquot veteres inscripti *Tuffici* nomen praeferentes sunt effossi; aliique ab ipso fluminis cursu sunt detecti, & a Collectoribus recenter vulgati. Fuit Civitas haec Romana Colonia. Forte ex ejus ruinis incrementum habuit *Fabrianum*, vel etiam ortum una cum ruinis *Attidii*. Confines huic Dioecesi sunt in Valle praedicta Dioeceses *Mathilicana*, *Attidias*, *Sentinas*; ultra Apenninum, mare Adriaticum versus, quam Dioecesim confinem habuerit haud facile dijudicarem: ad eam enim partem Vallis S. Clementis protenditur, de qua supra. Podium Ficani corrupte (*Ficano* dictum) forte fuit Podium *Tufficanum*.

*Attidium* antiquam Romanorum Coloniam trans Aesim Apenninum versus ad radices ejus prope *Aesis* fontem locat Cellarius [4] At si *Aesis* fons supra oppidum *Sanctae Anatoliae* situs est, certe *At-*

[1] Ital. Antiq. lib. II. cap. VII.
[2] Lib. III. cap. XIV.
[3] Ad not. ad citat. Cluv.
(4) Ubi supra lib. II. cap. IX. sect. II. num. 241.

*Attidii* situm Cellarius ignoravit. In municipalibus legibus oppidi Sanctae Anatoliae confectis anno 1344. habetur in cap. de officiis rub. de maleficiis: *De reinveniendo cursu fluminis Exini; quae rubrica sic se habet: Quoniam per incespationes &c. & varia impedimenta facta in flumine Exio &c. immo propter venae da Lavaretis, a quibus dictum flumen principaliter habet hortum &c.* Hinc fontem Aesis fluvii prope *Sanctae Anatoliae* oppidum aperte probamus. Hodie vicus nomine *Attiggio* a Fabriano Camerinum versus bis mille, & D. circ. pass. distat, ubi miserrimae Civitatis reliquiae antiqui *Attidii* supersunt adhuc, & non modicae lapidariae inscriptiones, quas passim exhibent Collectores, sparsae in illis partibus habentur. Optimè opinatur Cluverius [1] de Attidio scribens: *Ex hujus Oppidi ruinis postea haud dubie originem habuit Fabrianum Oppidum*: Quam sententiam & nos veram esse censentes sub Guillelmi II. Episcopatu in nostra serie firmamus contra Scriptores illos, qui *Fabriano* originem dant ex Sentini ruinis. Dioecesis Attidias fines habuit *Sentini*, *Tuffici*, & *Matbilicae* Dioeceses. Postquam Benedictus XIII. Fabriano Civitatis insignia dedit, & templum S. Venantii in Cathedralem erexit, Camerinensi unitam, Dioecesis Fabrianensis habet unitas *Attidiatem*, & *Tufficanam* Dioeceses.

*Sentinas* Ecclesia ad Camerinensem Episcopum forte data fuit regenda post ejus ruinam. Urbs fuit *Sentinum*, & Colonia Romana ultra Camerinum, Mathilicam, & Attidium, Urbinum versus; in Apennini Valle est oppidum vulgato nomine *Sentino*, ut scribit Cluverius. Illud describit Cellarius [2] positum inter Aesim, & Attidium. Lapides è ruinis suis eruti Oppidi antiquitatem, & splendorem satis superque declarant. Dioecesis Sentinas hodie divisa est inter Camerinensem Episcopum & Nucerinum. Nobile Oppidum *Saxoferratum* e Sentini ruinis ortum habuisse crediderim. Antiquae Sentinatis Dioeceseos confines forte fuerunt Dioeceses *Tadinas*, *Nucerina*, *Senogalliensis*, & *Ager Attidias*, & aliae forsan Dioeceses Eugubium versus.

## §. IV.

TRactum illum agri qui a Potentia ad Aesim fluvium protenditur, in cujus sinu forte *Planium*, seu *Planinum*, & supra hoc *Cupramontana* & *Veregra*, seu *Beregra* antiquae Civitates jacebant, quibus Episcopis consignemus, dubii pariter sumus. Attamen, si, ut nos pariter conjicimus, Ducatus Spoletani partem illam, quae a Cluen-

(1) Ubi supra Lib. II. cap. VI.

(2) Ubi supra num. 136.

Cluento ad Aesim fluvium dispanditur, & desinit ad Mysonis oram, qui Auximanum Agrum abluit, ad Camerini Episcopos assignatam velimus studio Spoletanorum Ducum, & Romanorum Pontificum concessione, quemadmodum differentes nos de Cingulo ad sensum cl. Raphaellii argumentati sumus, Civitates illas, tractumque illum Agri crederem pariter Camerinensi antiquae Dioecesi assignandum. Quicquid vero de hoc sit, quum certi nihil habeamus, abs re factum non puto, si hanc quoque Piceni regionem, & Spoletani Ducatus partem illustrare non omittam, relinquens eruditis libertatem Civitates illas, quibus libuerit Episcopis assignare.

*Cupra-montanam* si suos forte habuit Episcopos, sicut aliae Picenae Civitates intra fines Spoletani Cisapennini Ducatus, & in Marchia Camerinensi [1] ponimus, & ea ratione Camerinensi Episcopatui addictam judicamus. Nunc Aesino Episcopatui est unita. De Cuprae montanae situ prope Massatium detecto a Sartio meo, vide quid scribat eruditissimus Vir in sua Epistola typis Gavellianis Pisauri publici juris facta anno 1748. Confines potuit habere Dioeceses *Cingulanam*, *Sentinatem*, *Tufficanam*, & *Aesinam*. At de hac dubito.

Cur autem de Cuprae-montanae finibus Aesium versus anceps ego sim, dicam paucis. Ad non leves adnixus conjecturas suspicor antiquam civitatem *Planiam*, seu *Planinam*, sive *Plyninam* unde apud Plinium lib. III. populi *Planienses*, seu *Planinenses* dicti sunt, sitam fuisse in illa peramoena, & ampla planitie, cui hodieque *Pianello* nomen haeret, ab Aesio IV. supra mill. pass. ad ejus Occidentem hiemalem sitam. Ne mea conjectura despectui sit, prius nonnulla sunt animadvertenda.

Variae sunt Plinii textus lectiones, quae in vulgatis libris habentur de nomine *Planio*, seu *Planino*, [2] & de populis *Planiensibus*

G

[1] Eugenii III. Apostolicae litterae pro Camaldulensi Congregatione datae anno 1147. id. Februarii, & tom. III. Annalium Camaldulensium (ad oum. cclxxxIII. col. 418.) proferuntur. In iis haec habentur: *In Marchia Camerina Monasterium S. Georgii, Monasterium S. Martini in Accole cum Ecclesia, quae dicitur Heremite*: Inter alias Ecclesias, & Coenobia, duo haec Monasteria ad Camaldulensem Congregationem spectabant. Monasterium Sancti Georgii situm erat in agro *Montis-roberti*, cujus Ecclesia nostris diebus corruit. *Mons robertus* habet confinem ad Occidentem agrum *Majolati*, ad Occidentem aestivum. *Castrum-belinum*, vulgo *Castelbellino*. Insuper Majolarum ad Occidentem habet proximum, & uoitum Agrum Massatiensem, & *Massatium* ad Orientem hiemalem habet *Accolam*; quae Castra ex Eugenii litteris in Marchia Camerinensi sita fuisse probantur.

[2] I. In Codice Bibliothecae Riccardianae omnium antiquissimo: *Intus Auximates &c. Planienses*: II. In editione Parmensi typis Andraeae Portiliae anno nat. Domini 1481. VIII. idus Julii lib. III. cap. 12: *Intus Auximates &c. Plinienses*: III. In Veneta editione apud Georgium de Lusconibus mense Nov. 1519. sumptibus ot-

*bus*, seu *Planinensibus*. Quocumque vero nomine civitas illa nuncupata sit, a loco *Pianello* vulgo dicto illam dimoveri haud posse dijudico. Vestigia praegrandium murorum, quamvis pene omnia solo aequata sint, ad longitudinem 500. pass. equidem vidi, & supersunt adhuc, queis argumentari fas est in ea planitie sitam fuisse vetustam, & quidem nobilem Civitatem. Subterranei etiam aquaeductus ibi aliquando sunt detecti. Frequentibus laterculorum, & coctilium fragmentis ager est undequaque conspersus; & nisi locus ille per plura secula fuisset dissipatus, alia sane nobiliora apparerent vestigia admiratione dignissima. Innumera antiqua numismata, & metalla collecta ibi sunt, & colliguntur adhuc. Fragmenta veterum inscriptionum [1] etiam aere sculpta, & aenea idola, nonnullorum fide dignorum testium sunt ibi reperta. Quid ergo optari potest illustrius ad hanc conjecturam firmandam? Insuper nonne nomen illud vulgare *Pianello* latinè *Planinum* apertissime sonat?

Joannes Franciscus Lancellottus Staphylanus rerum antiquarum nostrae Provinciae impiger Collector, veterumque inscriptionum, quae vel editae sunt, vel ineditae, fidissimus exscriptor, a quo & historiam litterariam Piceni expectamus, ille est qui in illa planitie *Planium*, seu *Planinum* suspicatus est, [2] nec studiis parcet suis ad veritatem assequendam; quamvis ego aliis rationibus a Lancellotto mecum humanissimè communicatis Civitatem *Planiam* in loco *Pianello* dicto, in quo superest adhuc parvulum templum *S. Maria del Pianello* hodiedum nuncupatum, sitam fuisse, ibique quasi tuto figendam esse argumenter.

An-

ornatissimi Viri Lucae Antonii de Giunta: *Planienses* = IV. In altera Veneta editione typis Melchioris Sessae, & Petri Serenae anno 1524. die 23. Martii expurgata opera Joannis Camertis lib. III. cap. 13: *Intus Auximates* &c. *Plynienses*: in margine legitur: *Plynienses*. V. In editione Coloniae Allogobrum anni 1631. sumptibus Jacobi Crispini cum variis notis lib. III. cap. 13: *Intus Auximates* &c. *Pleninenses*: in margine habetur: *Plinienses*, & juxta vetustum Codicem ms. Chiffletianum *Planienses*. VI. Tandem juxta editionem Johannis Harduini: *Intus Auximates* &c. *Pleninenses*. Hae sunt Pliniani textus variae lectiones.

(1) Duae sunt inscriptiones ad nostros *Planienses*, seu *Planinenses* forte spectantes. Altera legitur in aula domus communis Castri Plenii & illa est =

GRAECINIAE. Q. . . . .
PAETINAE. VXORI.
OPTIMAE. PIENTISSIMAE.
Q. PRECIVS. PROCVLVS.
OB. MERITA. EIVS
P. P. BIS.

Altera in fronte majoris Ecclesiae Montis-roberti, & est.

L. PLOTIVS.
L. F. VEL.
CRVSTA.

Qui lapis L. Plotio Crustae de tribu Velina positus fuit. Utramque inscriptionem vulgavit Lancellottus (Differt. Epist. §. XXII. pag. 35.)

(2) Differt. Epist. §. XXII. pag. 34.

Antiquum *Planium*, five *Planinum* barbaricis incurſionibus, aliiſque infortuniis excidiſſe certa res eſt. Ex ruinis originem traxiſſe ſuam illa Oppidula in collibus vicinis ſita probabili conjectura tenendum eſt. Talia ſunt *Majolatum*, *Mons Roberti*, *Caſtrum Belinum* [1] & *Caſtrum Planii* Caſtella inter ſe fere juncta ut populus, qui illa incolit, unus eſſe videatur in tot caſtella diviſus. Quod duobus argumentis pene ad evidentiam firmamus. Primo quidem incolae *Montis-Roberti* poſſidentes praedia in agro *Caſtri-Velini* Principi tributa ſolvunt ex collectis ab agri fructibus quaeſtori *Montis-Roberti*, & non *Caſtri-Velini*. Idipſum faciunt incolae *Caſtri-Velini* poſſidentes praedia in agro *Montis-Roberti*. Unuſquiſque tributa Principi debita ſolvit quaeſtori ſuo, quaſi illorum ager eſſet indiviſus, & unus eſſet populus, unumque territorium. Secundo DC. circ. paſſ. a *Planio*, ſeu *Planino* jacet monaſterium cum templo S. Mariae ſacro *delle Moglie*, vulgo dicto, eratque ibi conſtituta nobilis Abbatia Ordinis S. Benedicti; cujus praedia, & cenſus menſae Canonicorum Aeſinae Cathedralis ſunt aſſignata. Monaſterium integrum eſt, integrum templum praegrande, & pulcherrimum. Sacerdotium eſt ibi conſtitutum, & presbyter, qui templum curat Plebani titulo inſignitus eſt. Hunc eligunt Plebani *Majolati*, *Caſtri-Planii*, & *Caſtri-Belini*: quod nobis innuit incolas horum Caſtrorum jus ſemper habuiſſe in illud Sacerdotium, cujus electio unicuique Plebano ſuo ab illorum Caſtrorum po-

G 2

[1] Si Caſtrum *Belinum* e ruinis *Planii*, ſeu *Planini* ortum velimus urpore huic Civitati proximum, deſpicient noſtram opinionem ii, qui illud a Ghibellinis aedificatum volunt, ideoque non *Caſtrum Belinum*, ſed Caſtrum Ghibellinum vocant. Neſcio tamen qua ratione id dictitent. Sunt qui dant *Caſtro-belino* antiquiſſimam originem, & illius certiſſimam exiſtentiam, antequam furens illa factio Guelphorum, & Ghibellinorum Italiam dilaceraret. Quare ergo non magis *Caſtrum-belinum* dictum volumus e *Bellino*, ſeu *Beleni* nomine, de quo agit cl. Antiſtes Hadrienſis Philippus e Turre in diſſertatione de diis Aquilejenſibus; & Abb. Banier in lib. VI. cap. VII. ſuae mythologiae. Quare non potius dictum *Caſtrum Velinum* a Velina tribu, cui Picentium plurimi erant adſcripti? Habemus C. Plotium Cruſtam e tribu Velina in lapide *Montis-Roberti*, quem ſupra dedimus, qui lapis ad *Caſtrum-Belinum* etiam ſpectat, quum haec duo Caſtra adeo proxima ſint, ut vix tercentum paſſ. inter ipſa intercedant, habeantque agros ſuos, ut mox dicamus, indiviſos. Caſtrum *Belinum*, non *Velinum* forte dictum eſt, quia, ut apud omnes notiſſimum eſt, Itali & Latini V conſonans perſaepe uſurpare conſueverunt pro B, & B pro V conſonante; & dicunt *Corbo*, & *Corvo Botum* & *Votum*, & in antiquis inſcriptionibus lapidariis *Bixit*, & *Vixit* frequenter legimus. Idem proinde eſt *Caſtrum-belinum* ac *Caſtrum-velinum*. Quis ergo prohibet, quin credamus *Caſtrum-belinum* a gente Planienſi Velinae tribui adſcripta aedificatum? Tandem quare non etiam a proximo *Planino* Caſtrum *Planinum* eſt appellandum corrupte poſtea a Vulgo *Caſtrum Bellinum* [*Caſtel Bellino*] nuncupatum! Potuerunt enim ipſimet Planienſes illud in colle conſtruere ſuae Civitatis propugnaculum. Revera etymon nominis hujus Caſtri ſic ductum non erit adeo ineptum, ut illud e Ghibellinis derivatum.

populo collata fuisse credenda est. En tria haec Castella sic jura inter se habere communia, ut populus unus videatur, quamvis in tot castella divisus, quae omnia aperte comprobare videntur ex *Planii* seu *Planini* civitate Castra illa originem traxisse suam, & propterea hodiedum apparere indivisa.

Castrum *Planium*, quod modo jacet inter colles trans Aesim fluvium ad II. mill. pass. circ. a *Plania* civitate distitum, [1] diversum ab antiquo est constituto jam DCCC. circ. pass. ab eadem Civitate, & recentioribus calamitatibus disjecto, cujus reliquiae visibiles, & monasterio *S. Mariae delle Moglie* supra memorato proximae adhuc supersunt. Ab ipsa vero civitate *Plania*, seu *Planina* originem habuisse Castrum *Planium*, nomen ipsum indicare videtur; quod non leve argumentum est ad tutius in illa planitie figendum antiquum *Planium*, cujus nomen habebat antiquum Castrum *Planii*, & etiam nunc servat novum.

Insuper novum Castrum *Planii* in fere innumeris schedis scriptum habetur cum j longo consonante, quod geminis ii aequivalet, ac si scriptum foret Castrum *Planii*, illiusque Castri incolae *Castroplanienses* se obsignant, sicuti Plinius incolas antiqui *Planii Planienses* nuncupavit: sic opportune me monet amicissimus Lancellottus. Novum Castrum *Planium* conditum fuit post antiqui vastationem. Quod si Cluverius [2] antiqui *Pituli* situm nobis adhuc ignotum argumentatur fuisse prope Prolaqueum, hodie *Ploracum*, ubi miserrimus pagus existit vulgo dictum *Piolo*, in quo nulla vetusti oppidi rudera apparent: majori sane ratione possumus nos argumentari antiquum *Planium* sive *Planinum* situm fuisse non longe a *Castro Planii*, quod simillimum retinet antiqui *Planii* nomen, & in loco *Pianello* nuncupato, qui *Planinae* civitatis nomen praefert. Sic in illa regione & *Planii* & *Planini* nominis monumenta supersunt. Quumque res ita se habeat, pene ad evidentiam *Planii*, seu *Planini* situs a nobis repertus videtur; apparetque nil aliud forsan optandum, quam in illa planitie aliquam inscriptionem ad *Planienses*, seu *Planinenses* spectantem excavare ad nostras conjecturas tutissime confirmandas.

Igitur, ut aliquando ad rem nostram redeamus, si *Planium*, seu *Planinum* situm erat in ea regione, quam in Marchia Camerinensi sitam

(1) Lancell. Dissert. Epist. ubi sup. p. 14.

(2) Lib. II. Cap. VI. *Pituli* situs forte melius figendus est in Agro Rocchae-contradae, prope pagum *Peticchio* appellatum, ubi sparsa deteguntur & patent rudera perampli oppidi, & splendida monumenta. In antiquis schedis scriptus legitur *collis Pitulanus*, collis *Pisanus*, hodie *Bipzanus*, qui collis proximus est pago *Piticchio* dicto. In antiquis chartis Seculi XIII. pagus iste vocatur etiam Castrum *Pitili*, & etiam *Piticle* unde *Piticchio*; Haec debemus amicissimo Lancellotto.

tam fuisse supra firmavimus, *Planiensem*, seu *Planinensem* civitatem, ejusque forsan Dioecesim Camerinensi Ecclesiae non ineptè donamus; & tunc *Cuprae-montanae* Dioecesi confines erunt Dioeceses *Cingulana*, *Planinensis*, *Sentinas*, & *Tufficana*. Dioecesi vero *Planiensi* confines possunt assignari Paroeciae Episcopales *Cuprae-montanae*, *Aesii*, *Cinguli*, forte etiam *Beregrae*, seu *Veregrae*. Hujus enim oppidi situs, etsi lateat adhuc; attamen inter Auximum, & Planium est determinandus, conjecturis utique non contemnendis.

Infra *Montem filiorum Octrani* [vulgo *Montefilottrano*] & *Montem-fanum* illustria Piceni oppida Auximanae Dioeceseos, alterum ad Occasum hiemalem Auximi, alterum ad Meridiem, peramoena ampla, & fertilis jacet Vallis longitudinis II. mill. circ. pass. ab Auximo supra IV. mill. pass. dissita, quae deficit ad Mysonis oram jam terminum Spoletani Ducatus ad sensum cl. Anonymi Mediolanensis, & in illa Valle perfluit parvulus, sed perennis fluvius *Fiumicello* dictus. Hic ego non dubitarem figere antiquam *Beregram* seu *Veregram*, quam posuit Ferrarius ad *Montem-Fanum*, ubi plura supersunt monumenta antiquitatis, lapideaeque inscriptiones; quae tamen, quum certo certius sit in enunciata valle fuisse detecta, & fluvii alluvione effossa, non in colle, sed in valle vetustum illud oppidum figendum esse argumentor. Vallem illam cum perlustrarem (in ea enim mea collegiata Ecclesia pingue habet, & amplum praedium) ibi antiqui, & magnifici oppidi vestigia reperi. Effossâ humo subterraneae viae, arcusque plures detecti sunt ab illis ruricolis. Ibi aurei, argentei, aenei nummi in dies effodiuntur. Solum asperſum aspicitur innumeris coctilibus, marmoreisque fragmentis minutis tessellis compositis, quae musiva dicuntur. Alia marmorea fragmenta scalpro figurata, plumbi magni ponderis forte aquae-ductus tubi sunt reperta, unumque parvulum columnae epystrilium affabre laboratum Silvester Rondinius Montefeloctranensis jam Lauretanae Basilicae Archidiaconus vir nobilis & eruditus secum tulit, quum una mecum, dum in vivis esset, hanc vallem perlustraret. Ad longitudinem fere unius milliarii antiquitatum monumenta patent adhuc, quod revera argumentum non leve est ad ibi aliquod insigne oppidum suspicandum. Vallis ista a Monte-fano MD. pass. abest, a Montefiloctrano M. M. Ambo haec oppida originem suam a Veregra jactant. Triginta ab hinc annis in platea Montis-fani me vidisse memor sum fragmentum lapideae inscriptionis, in quo legebatur VERE[illegible] ultimo G per medium fracto. Scio & alios idipsum vidisse. Nunc & aliud fragmentum lapideae inscriptionis in fronte Collegiatae Ecclesiae illius Oppidi est affixum, in quo haec habentur.

S. VII.

S. VII. VIR.
AVGVSTI
PAT. COL.

Et in hac inscriptione ab illa Valle ad Collem, ubi ***Mons-fanum*** jacet, exportatâ memoratur ***Patronus Coloniae***, quod forte conjecturas nostras potest roborare. His igitur rationibus non male argumentamur si *Veregrae*, sive ***Beregrae*** situm in ea valle figamus. Si fluvius ibi discurrens suum non mutasset alveum, forsan alia monumenta fuissent detecta ad hoc topographiae punctum tutius figendum.

*Veregrana* Dioecesis, quando tali honore Romanas colonias ornare velimus, confines habere potuit Dioeceses ***Auximanam***, ***Ricinensem***, ***Trejensem***, ***Cingulanam***, & ***Planiam***. Forsan hucusque lusimus, amice lector; forsan etiam somniavimus tot Dioeceses expiscantes, quot civitates antiquas intra fines Camerinensis, & Spoletani Ducatus studuimus investigare. Forte etiam, non. Ad conjecturas enim incumbere, praesertim quando rationabiles sint, vitiosum non est. Possunt enim aliquando in lucem monumenta prodire, quae conjecturas in veritatem convertant.

Ex iis, quae forte nimis prolixa, & nostro argumento etiam importuna aliquis judicabit, tandem colligimus Dioecesim Camerinensem tot Dioecesibus, & regionibus amplificatam [omissis agris illis, quos solis conjecturis Dioecesi nostrae assignavimus] ad meridiem Camerini Vissum versus habere confinem Dioecesim ***Spoletanam***: Ad Orientem hiemalem San-genesium versus ***Firmanam***: Ad Orientem Vernalem Montecchium versus ***Firmanam***, & ***Maceratensem***: Ad Austrum Pyrum versus ***Aesinam***, ***Auximanam***, & ***Cingulanam***: ad Occidentem aestivum, & Serram San-quirici. ***Senogalliensem***, mox ***Nucerinam***: ad vernalem Occasum ***Fabrianensem***, & ***Nucerinam***, & supra hanc ***Fulginatem***. Haec est amplitudo nostrae Dioecesis.

Merito igitur Episcopus Camerinensis unus est ex illustrioribus Picenae Provinciae, in qua suam protendit jurisdictionem. [Longe illustrior aliquando fuit, & antequam ***Urbis-salviensis***, ***Tolentinatis***, & ***San-severinatis*** Dioecesibus esset spoliatus]. Id in caussa fuit, cur Episcopatus Camerinensis maximum apud omnes sibi nomen fecerit, gloriamque & venerationem nactus fuerit haud sane vulgarem. In Camerinensi siquidem amplissima Dioecesi animae computantur, una cum nova Dioecesi Fabrianensi fere 70000. Vicariatus, ut di-

cunt

cunt, Foranei 26. Ecclesiae parochiales 170, in Fabriani agro, & dioecesi 33.

## C A P U T V.

### *De temporali Camerinensium Episcoporum jurisdictione.*

I. Origo jurisdictionis temporalis Episcoporum.
II. Episcopi Camerinenses hac temporali jurisdictione decorati, quemadmodum alii.
III. Quam divites Episcopi Camerinenses.
IV. Duces, & Marchiones Spoletani Ecclesiae Camerinensi studebant preficere suos amicos, & fautores.
V. Quando Episcopis Camerinensibus jurisdictio temporalis data sit argumentis investigatur.
VI. Quam ampla fuerit jurisdictio temporalis Episcoporum Camerinensium.
VII. Quando Episcopis Camerinensibus haec jurisdictio defecerit.

### §. I.

CAmerinenses Episcopos tam insignis Ecclesiae, & inter orthodoxi orbis illustriores adnumerandae, tamque amplae Dioeceseos dominos pedetentim illis commendatae, sanctaeque Sedi immediatè semper subjectos; temporali etiam jurisdictione ornatos fuisse, qua hodiedum videmus aliquos in Italia, & plurimos ultra montes praelucere Pastores, certa res est, certisque documentis comprobatur. Optimè animadvertit Muratorius [1] in Italia prae coeteris Episcoporum dominatum insigniorem fuisse ob incredibilem illorum opulentiam. Principes enim *jura in populis*, *Vectigalia*, *Tributa*, *aliaque permulta*, *Regaliae* nomine comprehensa; privatae personae *predia*, *Aedes*, *sylvas*, *pascua*, *montes*, *nummos*, & alia hujusmodi Ecclesiis munificè donabant *pro remissione peccatorum suorum*, *vel parentum*, *vel consanguineorum*: & Episcopi dona illa libentissime recipiebant ad sublevandas pauperum necessitates, ad ornatum sacrarum Ædium, & aliis sui gregis indigentiis occurrendum. Hinc origo temporalis jurisdictionis Episcoporum ad sensum laudati Scriptoris.

§. II.

(1) Antiquit. Ital. Diss. LXXI.

## §. II.

ID etiam alia ratione evenisse censemus nostris Camerinensibus Episcopis. Vita sine liberis functo Ludovico II. anno 875, illius Imperii successor fuit Carolus Calvus. In exortis inde dissidiis ob defectum Caroli M. successorum *Marchiones Camerinenses* jecere sui principatus fundamenta. Hinc illi ad Italiae regnum, & ad ipsum etiam imperium aliquando transierunt, modo praetextu affinitatis cum regio sanguine; modo, idque multo magis praeeminentia Camerinensis Marchionatus, qui ex illustrioribus Italiae Principatibus evaserat: talique charactere haec Spoletani Ducatus citerior pars insignita fuit; quum Francorum more, ut nota res est, totam Italiam Carolus M. in Marchias, Ducatus, & Comitatus divisit. Camerinensi Marchiae anno 888. praesidebat Wido, qui, e vivis Carolo Crasso sublato, Galliarum appetiit coronam, quique post variam vicem Italiae Rex, & Imperator fuit proclamatus. Princeps iste (forte etiam *Carolus Calvus*) Episcoporum Camerinensium potentiam munificentissimè amplificasse putandus est, superaddito Episcopis privilegio suffragii praestandi in Regis italici electione; ut sic, aucupato novo suffragio seclusis aliis, suam posset electionem reddere tutiorem. Factum exinde forte est, ut Episcopi Camerinenses legitima sua suffragia in hac electione reddiderint, quae antea forsan usurpata fuisse videbantur.

Igitur quotquot principes Italiae regnum ambiebant, omnes certatim Praesules privilegiis cumulasse cedendo illis plenum, & absolutum nonnullarum Civitatum, & Castrorum in unaquaque ipsorum Dioecesi existentium secularem dominatum indubiè credendi sunt. Unde factum est, ut *Comites*; seu Civitatum rectores spoliati remanerent Oppidis, & Castris, in quibus dominabantur; & quibusdam, ut animadvertit Muratorius (1) illorum auctoritas penitus extincta, quia ad Episcopos, & etiam ad Abbates translata, a quibus inde difficilius poterant avelli. Nullus propterea Episcopus per illa tempora reperiebatur, ut idem Muratorius (2) asserit, qui temporalem jurisdictionem non haberet, ubi majorem, ubi minorem in suae Dioecesis Oppidis, & Castellis: & hac jurisdictione Episcopos nostros fuisse amplissimè decoratos, apertè infra probabimus.

Neque hic reticenda videtur alia ratio, quam laudatus Muratorius assert, (3) cur ad tantum potentiae evecti sint Episcopi: quia videlicet Germanicis regibus mirum in modum pecuniis inhiantibus Epi-

(1) Antiq. Ital. Diss. LXXI.
(2) Antiq. Ital. Diss. LXXI. ut sup.
(3) Antiq. Ital. Diss. VIII.

Episcopi erant opportuni non ad regnum Italiae solum obtinendum; verum etiam ad illud firmius retinendum: exuberantesque divitiae Episcoporum, a quibus pecunias consequi poterant erant opportunae. Episcopi vero liberales se Regibus exhibebant; studebantque ab illis temporalibus amplificari juribus ad majores divitias comparandas & potentiam augendam. Idipsum evenire potuit Episcopis Camerinensibus inter potentes, & divites adnumerandis, quorum gloriae Marchiones Camerinenses, Ducesque Spoletani studiosissimi fautores sunt habendi.

## §. III.

ET revera, quam amplam, splendidamque mensam Camerinensi Episcopo reddere potuerunt tot Episcopales sedes illi commendatae? Ante medium X. seculum nostrae Dioecesi *Septempedana* Ecclesia erat jam copulata. Patet ab Eudonis scheda, quam damus in Appendice documentorum ad annum 944. Mensa Septempedana praedives erat, si ulla fides danda sit recentioribus actis Sancti Severini illius Civitatis Episcopi, in quibus legitur sanctum Episcopum pauperem mensam suam reperisse, & reliquisse *ditissimam*: Non est tamen ambigendum in istis actis traditiones insertas fuisse venerabilis Ecclesiae Septempedanae, quae non sunt omnino abjiciendae; quamvis illae non habeantur in antiquiori legenda forsan composita circa VII. seculum. A Bollando utraque acta referuntur. (1)

Praeter Septempedanam aliae per illa tempora Dioeceses commendatae forte fuerunt Episcopo nostro in Piceno fertilibus in regionibus, quales sunt *Tolentinas*, *Urbs-Salviensis*, & ager *Trejensis*. *Matilicana* Ecclesia circa medium X. seculum data fuit Antistiti Camerinensi regenda cum agris *Attidiate*, *Tufficano*, & *Sentinate*; ut alias opportunius, quando de S. Venantio Episcopo, & Confessore differemus in serie. Nemo ergo non videt quam amplam, opulentamque mensam nostris Episcopis dabant tot illae Dioeceses in tam uberibus regionibus constitutae; quamque opportunae fuerunt Episcopis Camerinensibus ad sese exhibendos liberales Principibus, illis, qui Ecclesiae Camerinensi immunitates, exemptiones, & jura in dies augebant.



[1] Acta SS. Jan. Tom. I. ad diem 8. Jan.

## §. IV.

A Celebri illo Eudonis diplomate, alterum habemus Camerinensium Marchionum ſtudium ad amorem ſibi captandum Camerinenſium Antiſtitum; Marchiones ſiquidem nitebantur, ut ad regendam Dioeceſim illam ſeligerentur viri illis apprimè cari, & amici; Id aperte aſſerit Eudo in ſuo Diplomate, quo profitetur erigere templum in honorem B.Mariae Virginis *pro redemptione animarum domnorum regum ſeniorum meorum....* (ſunt verba diplomatis) *per quorum interventum merui impetrare Epiſcopatum, & benedictione*. Rex erat *Ugo*, *Ubertus* ejus filius *Dux*, *& Marchio*. Forte *Uberti* opera Dioeceſis *Matilicana* commendata fuit Camerinenſi Epiſcopo poſt annum 946, quo ab Arnulpho Germaniae Rege Civitas illa fuit everſa, teſte Liutprando (1)

## §. V.

Ante IX. ſeculum Epiſcopos noſtros hac temporali juriſdictione ornatos fuiſſe comperimus. *Solon* enim Epiſcopus circa annum 750. arma ſumpſit in Langobardos, Duxque ſuorum civium factus Civitatis obſidionem ſtrenue ſuſtinuit, hoſteſque fugavit; ſi Ughellio (2) & Lilio (3) fidem praeſtare velimus. Quae ſi vera ſint, poſſumus argumentari, *Solonem* hac juriſdictione ornatum, & propterea arma pertractantem ad creditos ſibi populos tuendos. Haec ſiquidem juriſdictio innumeris obvolvit Epiſcopos ſollicitudinibus, ut bene advertit Muratorius (4) & inter has illae erant praecipuae; regiis Comitiis intereſſe, reges aſſociare, &, quod deterius eſt, copias, commeatus, nummos illis ſuppeditare, arma ſumere, ad bella procedere, gladium pertractare, ut fecit *Solon*. Inſuper *S. Anſovinus* Epiſcopus floruit ſeculo IX; & conſtanter renuit Epiſcopalem dignitatem aſſumere, quia per illa tempora Imperatores, & Reges *Epiſcopos more ſecularium militare cogebant*. Epiſcopatum Sanctus Vir tunc accepit, quando *data eſt optio ſancto Viro a praemiſſo Caeſare* (nempe Ludovico) *ſecure accedendi ad Pontificatus honorem, quia non auderet eum quiſquam compellere deinceps militiae rei inſervire ſecularis*. Quibus verbis aperte patet ante *Anſovini* tempora noſtros Epiſcopos compulſos fuiſſe ad bella procedere. Ante *Anſovinum* ſedem tenuit *Fratellus*, qui una cum aliis Epiſcopis Ludovicum

[1] Ep. Ticin. Lib. 1. cap. IX. Compagn. Reg. Pic. P. 1. L. 1. p.
[2] Ital. Sac. Tom. 1. Epiſc. Camerin.
[3] Part. 1. Lib. IV. pag. 120.
[4] Antiq. Ital. Diſſ. LXXI.

cum II. Corona italici regni a Sergio PP. donandum associavit (1). Muratorius (2) scribit *Widonem* contra Berengarium anno 889. progressum multos inter copias suas habuisse Episcopos gladios pertractantes, & inter hos illos illarum Civitatum, in quibus *Wido* dominabatur: Habuit igitur Episcopum etiam Camerini: quum *Wido* Dux & Marchio esset Camerinensis, & Spoletanus. Ex dictis propterea patet dominatum temporalem Episcopis nostris ante IX. seculum fuisse collatum.

## §. VI.

JUs ergo temporale Episcopis Camerinensibus non est denegandum auctoritate Muratorii, qui in sua laudata dissertatione LXXI. singulis Episcopis saltem in aliquo Castro id ultro concedit; illudque ab antiquis nostrorum Episcoporum actis ante etiam IX. seculum adtributum fuisse denegandum illis non videtur. Superest videndum, quanta hujusmodi Principatus fuerit amplitudo, & quibus in locis dominati Episcopi nostri fuerint. Scimus nonnullis Episcopis aliquando fuisse assignatum jus ad I, II, III, IV, & V. milliaria per gyrum illius Civitatis, in qua dominabantur (3). Quoad nostros Episcopos aliter forte argumentandum est. In Civitate ipsa Camerini, & ejus Dioecesi jus istud Episcopis non videtur dandum. Documenta ad id probandum deficiunt. In ea *Marchiones* dominabantur, qui sibi forte in ea Civitate plenam reservasse jurisdictionem credendi sunt. (4) Quod nobis compertum est, proferam. Ex Diplomate *Laurentii* Episcopi, quod habes in Appendice documentorum ad ann. 1119. certi reddimur *Laurentium* dominatum fuisse in toto *Castello S. Severini*, *& ejus Curte*; in Castro *Palliuliti*, in Coenobiis *S. Eustacchii de Domoris*, & *S. Laurentii in Doliolo*, *in Plebe S. Victorini*, & in aliis Ecclesiis. Sub Episcopo *Acceptante* documento probatur spectasse ad Episcopos nostros Castrum *Collis Lutii* (vulgo *Colle-luce*) & *Bolvignanum*; & ad seculum usque XIII. dominatos fuisse in Castro *Alifurni*. Hinc patet Antistites nostros jus habuisse temporale in tota Septempedana Dioecesi, in qua Castra illa, & Coenobia sita sunt. Compagnonus in sua Regia Picena (5) ad Episcopalem mensam Camerinensem dat Castrum *Lorvani*. Severinius in sua ms. historia Genesina scribit ad Episcopos nostros spectasse Castra *Celiani*,



[1] Anast. Biblioth. Baron. ad ann. 844. in Annal.

[2] Annal. d'Ital. ad ann. 889.

[3] Antiq. Ital. Diss. VIII.

[4] Forte, Spoletanis Ducibus aliò frequenter occupatis, Camerinenses Episcopi vices illorum gerere aliquando poterant, & sic Camerinum gubernare.

[5] Part. I. Lib. III. num. XXXIII. p. 151.

*liani*, & *Riparum* (1) S. Genesii, quae videntur assignanda antiquae Urbi-Salviensis Dioecesi. Forte etiam in hac Dioecesi potuerunt Episcopi Camerinenses jurisdictionem exercuisse temporalem, & in aliis illis commendatis; sed documenta ad id probandum deficiunt.

## §. VII.

CAmerinensium Episcoporum aliqua temporalis jurisdictio forte perduravit ad seculum medium XIII. Habemus siquidem in tabulario S. Severini Friderici I. Imperatoris Diploma, quod in appendice documentorum damus ad annum 1177, ubi praesentes obsignatos legimus duos *Consules* San-Severini: itaut etiam San-Severinates circa ea tempora gubernationem temporalem Episcoporum retractantes exempla sequuti aliarum italicarum civitatum constituerint sibi municipalem magistratum, & *Consules* (2) qui, assumpta oppidi, totiusque comitatus gubernatione, studuerunt amissum agrum, amissaque castra recuperare, & possessionem rerum, quas violenter repetebant, vel venditionis praetextu (3) vel alia minus Episcopali dignitate obnoxia via (4) colorabant; revera tamen palliata potentia. Haec dicta sint satis.

CA-

[1] Ex Severinii ms. historia lib. 1. colligimus Castra *Celiani*, & *Riparum* a Genesinis fuisse occupata; & litteris Apostolicis Innocentii IV. anno 1250, instante Episcopo, Genesinos compulsos fuisse ad illa restituenda. Indignati propterea Genesini extremam Castris illis intulere ruinam.

[2] Murat. Annal. d'Italia anno 1207.

[3] Exemplum forsan habemus in Episcopatu nostri Guillelmi I, qui anno 1257. vendidit Communi San-Severini Castrum Alifurni cum ejus agro pretio DC. libr. Rav. & Anc., quam pecuniam fatetur se retinere ad commodum, & utilitatem Episcopatus, & mensae, pro debitis usurariis persolvendis, & pro quibusdam praediis ipsi Episcopatui, & pro ipso Episcopatu emptis.

[4] Frequentius forsan emphyteutico jure Episcopi sua oppida & castella ad tertiam generationem cedebant. Warnerio Marchioni Camerinensi, ejus uxori, & filio sic cessit Laurentius anno 1119. *Castellum S. Severini, ejus curtem integriter, & in integrum, Castrum Pallioliti, Plebem S. Victorini, Monasterium Dolioli, & Monasterium de Demora, & Campos de Plebe S. Petri &c. quia nostre Ecclesie patronos & defensores habere speramus.* Sunt verba diplomatis. *Acceptans* Episcopus noster cessit etiam ad tertiam generationem Castrum Collis-lutii (*Colleluce*) anno 1186; & id asserit facere, *quia dedisti mihi pretium octo libr. Lucen. & unum annulum aureum valens trium libr. Lucen.* Documenta in Appendice data sunt.

# CAPUT VI.

## *De illustrioribus Ecclesiis sanctisque Viris Camerinensis Dioecesis.*



## §. I.

FUndatio Cathedralis Ecclesiae Camerini aeque antiqua est ac sedes Episcopalis. Beatae Virgini Mariae ad Coelum assumptae sacram olim fuisse sub Rambotti Episcopatu firmamus (1). Hodie sacra dicta est beatae Virgini ab Angelo annunciatae. Antiquissimum in ea Ecclesia habemus Canonicorum Collegium, de quo primam nobis exhibet memoriam Eudonis diploma ad annum 944. Regulare fuisse hoc collegium argumentor sub eodem Rambotto (2). Aedes Canonicorum ad latus Cathedralis Ecclesiae vigent adhuc, illasque incolebant anno 1404; vitamque forte communem ii Canonici adhuc continuabant. Erant tunc Cathedralis Ecclesiae servitio mancipati *Archidiaconus*, *Archipresbyter*, *Primicerius* cum aliis quinque Canonicis in illo diplomate obsignatis: an plures fuerint, non liquet. Temporum lapsu *Archipresbyteri* & *Primicerii* nomen post annum nempe 1122. auditum amplius non est. Anno 1254. habemus septem Canonicos cum Archidiacono in diplomatibus Episcoporum, quae sparsim in nostra Appendice leguntur. Anno 1256. octo Canonicos habemus cum Archidiacono; *Priorem*, mox *Praepositum Primicerii* dignitati animadvertimus suffectum. Ab Apostolicis litteris Innocentii IV. ad Episcopum & Capitulum Camerinense datis Perusii Id. dec. anno Pont. IX. anno nempe 1251, quas in Appendice damus, certiores reddimur Pontificem istum, dum in Marchia Anconitana Rectoris munus obibat, duodenarium Canonicorum numerum in illa Ecclesia constituisse: laudatis vero litteris ad majus illius Ecclesiae decus decernit, ex illis duodecim Canonicis quatuor futuros esse Presbyteros, quatuor Diaconos, quatuor Subdiaconos. Canonicorum numerus hodie ad XX. attingit, qui una cum Praebendatis, & Clericis Templo illi religiosissime famulantur. Episcopus unus

[1] Cap. VII. Lib. IV. num. XXIII. [2] Ubi supra num. I.

unus est ex Canonicis. Capitulum nonnulla Sacerdotia, & beneficia certis anni mensibus vacantia; alia iisdem mensibus, sed Capitulum intra, Episcopus extra flumina confert; suasque Electores bullas, ut dicunt, expediunt. Canonici sacros Ecclesiae ritus peragunt Cappa magna cum armellinis hyemali tempore induti aestivo cottâ cum rocchetto; habentque in Ecclesia scholam musicam optime constitutam cum magno organo ab Episcopo nostro Francisco Vivanio munificentissime inaurato. Pro Civitate, ejus suburbio, & viciniis unicus aperitur fons baptismalis in Cathedrali Ecclesia (1). Impensis laudati Episcopi Vivanii, hodie Camerinensem Ecclesiam sanctissimè gubernantis, fons fuit renovatus, & aere suo perbellè expolito marmore ornatus. In ipsa Ecclesia praeter plures insignes Sanctorum reliquias requiescunt Corpora Sanctorum *Ansovini* Episcopi, & *Victorini* eremitae, de quibus alias in nostra Episcoporum chronotaxi.

## §. II.

INsigne Templum in Civitatis suburbio assurgit S. Martyri Venantio sacrum. Antiquissimum templum subsequentibus seculis piis Camerinensium curis mirificè fuit & amplificatum, & ornatum. Canonicorum Collegium, & quidem illustre, ibi est statutum cum XII. Canonicis, & Priore, qui Princeps est dignitas, rocchetto, & violacea mozzetta ornatis. Hujus Collegii origo, & fundatio, utpote antiquissima, ignoratur. De illo memoriam in nostris chartis habemus in diplomate Attonis II. Episcopi nostri ad annum 1218. in Appendice producto; ideoque seculo XII. Canonica S. Venantii jam florebat; longe tamen anteriorem illius fundationem argumentamur, & forsan ad ea tempora illam referimus, quando S. Venantius Civitatis & Dioecesis fuit princeps Patronus proclamatus, ante scilicet tempora S. Ansovini, ut in serie (2) diximus. Sub Ara maxima Ecclesiae perampla & elegans Confessio aperitur cum ara, in qua corpus colitur S. Porfirii, & super illam erigitur marmorea urna, in qua S. Venantii venerabiles servantur exuviae. Subterraneum hoc templum a Card. Mariano Perbenedicto Patritio Camerinensi

(1) Excitarunt Canonici S. Venantii in suburbio quaestionem coram Sacra Congr. Concilii anno 1748. pro fonte baptismali in sua Ecclesia aperiendo. Canonici Cathedralis Ecclesiae favorabile decretum reportarunt die 2. Februarii ejusdem anni. Et eadem Sac. Cong. hujusmodi causam non amplius proponendam fore dixit; fuisque Apostolicis litteris dat. Romae apud S. Mariam Majorem die 2. Aprilis anni 1748. Benedictus XIV. laudatum decretum confirmavit.

(2) Lib. 2. cap. 1. §. IX.

nensi conditum fuit, & proprio aere pro Cappellanis & Custodibus insignis sanctuarii munificè dotatum.

Alia pariter Ecclesia Collegiata, & quidem antiquissimae fundationis, florebat Camerini tempore Honorii Papae IV, anno nempe 1285, *S. Sebastiano* sacra cum Priore & quinque Canonicis, quibus, praeter curam animarum, annexum erat Xenodochium pro infirmis, & pauperibus, cujus regimen penes ipsum Capitulum stabat, quod custodem ad pium opus exequendum seligebat. Id Lilius ignoravit. Ab Apostolicis litteris laudati Honorii, quas ad Appendicem amandamus, datis Tibure Kal. Oct. anno illius Pontificatus II, certiores reddimur, quod *Benvenutus Ecclesiae S. Sebastiani Canonicus ex parte dilectorum filiorum ...... Prioris & Canonicorum ipsius Ecclesiae proposuit coram nobis* (sunt verba litterarum Honorii) *quod pridem ex parte dilectorum filiorum.... Prioris & Fratrum Ordinis Praedicatorum de Camerino minus veraciter nobis suggesto, quod domus ipsorum erat in loco adeo arto constructa, quod eam minime poterant ampliare, quodque dicta Ecclesia quinque dumxtaxat parrochianos habebat, licet illa prout idem procurator asserit, majorem illorum numerum habere noscatur, suppresso etiam quod Ecclesia eadem Collegiata existit, utpote que ad presens priore non computato predicto, per quinque gubernatur Canonicos, & a tempore, cujus non extat memoria, extitit gubernata, & quod prefati prior & Canonici per Custodem proprium gubernantes infirmos & pauperes in illo recipiunt & juxta suarum exigentiam facultatum necessitatibus subveniunt eorumdem &c.* Honorius pro fratribus Praedicatoribus litteras dedit ad Rambottum nostrum, ut iisdem fratribus Ecclesiam concederet, & de Clericis, & Ecclesiae bonis Episcopus disponeret, *prout videret melius expedire*. Audita tamen Canonicorum querela, Cleri, & Civitatis Camerinensis ad facti novitatem perturbatione Honorius Rambotto praecepit, ut suspensa priorum litterarum exequtione, ipsum certiorem veritatis redderet. Quid actum sit, incompertum nobis est.

In agro Camerinensi, & in Dioecesi Spoletana computabantur tres Collegiatae Ecclesiae: In *plebe Taurina* (vulgo *Pieveturina* (1) pe-

(1) Hoc oppidum situm est ad meridiem Camerini VI. mill. pass. ab illa Civitate dissitum. Collegiata Ecclesia titulo S. Mariae antiquis temporibus fuit ibi fundata censu forsan alicujus Coenobii ibi suppressi. Nunc census partim assignatus est Praeposito illius Ecclesiae, qui *Abbatis* titulo nunc est insignitus, (prius *Plebanus* nuncupabatur; quatuordecim enim Sacerdotes, tamquam Ecclesiae matricis rectori, annuum censum illi persolvunt; uniusque pro dictis quatuordecim Ecclesiis in Plebe S. Mariae fons baptismalis aperiebatur) partim Canonicis; qui Canonici titulo nunc spolieti illum tamquam simplices beneficiati possident; & partim assignatus est Ecclesiae. Hujus Collegiatae Ecclesiae status patet ex libro choro Ec-

pene nunc cum Collegio suppressa una est. Altera in Ecclesia *S. Angeli de Presolio* [1] & tertia in Dioecesi pariter Spoletana in templo *S. Vito* sacro in *Valle S. Angeli* [2] omnino ambae dissolutae. Dissoluta pariter remansit Ecclesia Collegiata Castri Bovelliani vulgo dicta *Pieve-boveglíana*; quod tamen Camerinensis Territorii, & Dioecesis semper fuit. [3]

Nonnullae ex Collegiatis Ecclesiis nostrae Dioeceseos Cathedra-

Ecclesiae olim inservienti anno 1283. scripto. In cujus calce legitur antiquissimum officium; quod in festo S. Blasii in choro recitabatur; quod ad Appendicem amandamus. Innocentius III. suam dedit epistolam decretalem ad Episcopum Spoletanum, & est Cap. *olim* 20. tit. de *censibus*, in qua memoratur quaedam *Plebs Rupina* in Dioecesi Spoletana. Forte ibi sermo habetur de nostra *Plebe Taurina*, seu *Turina* olim *Rupina* nuncupata. Conjectura haec non est mea, sed doctissimi Antistitis Compagnoni; *Plebs* enim *Rupina* in Spoletana Dioecesi hodie nusquam repetitur; ideoque cl. Compagnonii conjectura maximam vim habere videtur. An *Ventura* Episcopus Eugubinus creatus anno 1245. a Bonifacio VIII. *Prior antea Rupinae plebis* in Dioecesi Spoletana praefuerit Ecclesiae *Plebis Taurinae* seu *Rupinae*? Vid. Sartium de Epist. Eugub. num. XXXIII. pag. 163.

[1] Castrum *Presolii* ad Occasum Plebis Taurinae, a qua abest unum circ. milliarium, & a Camerino sex, erat pariter Spoletanae Dioeceseos. In Monasterio S. Angeli de Presolio morabantur Coenobitae regulam profitentes S. Benedicti; in eoque fama est, secessisse S. Petrum Coelestinum post abdicatum Pontificatum; idque probari asserunt ab una epistola ab illo S. Viro scripta in illo Coenobio, & servata in Episcopali archivo Spoletano, quam legisse asserit vir optimae notae, quamvis ego ejus exemplar diu quaesitum, & optatum assequi adhuc non possim. Postquam Monachi defecerunt, ex illius Coenobii censu Canonicorum Collegium fuit constitutum. De dominis, qui in Presolio castro dominabantur agit doctus P. Camerinius Lib. IX. P. I. historiae Camerinensis Lilii; qui Camerinius illam, ut notum est, complevit; & ab ea scimus nobiles illos in Presolio imperantes inter nobiles Camerinenses Cives fuisse adscriptos, & Castra sua Communi Camerini cessisse. Ecclesiae Collegiatae inserviebant quinque Canonici, & Prior, ad quem suas dedic Apostolicas litteras Innocentius IV. Lugduni Idib. Martii Pontif. anno VII. [ex tabul. V. Vit. num. 58.] sic = *Dilectis filiis Priori S. Angeli de Presolio Spoletanae Dioecesis, & Archidiacono Camerini salutem &c.* = Canonici cum Priore curabant collegiatam Ecclesiam, eique in sacris inserviebant in festis Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, in festo S. Angeli, & Nativitatis Domini. Singulis vero anni festivitatibus per turnum tenebantur opem praestare Priori, eumque coadjuvare. Absentes puncto notabantur, & mulcta sacratio erat assignata. Canonici suos habebant titulos. Primus *S. Angeli in Valle*. 2. *S. Mariae de Presolio*, 3. *Salvatoris* 4..... 5...... Hodie Canonicatus simplicia beneficia facta a S. Sede conferuntur. Ecclesia vero hodie dum Collegiata nuncupatur. Antiquum templum corruit, solumque ibi supersunt quatuor marmoreae columnae, quae Cameram substinent, sub qua Altare est erectum Novum S. Angeli templum conditum est in pago *Fiume* vulgo dictum, ubi residet Parochus Prioris titulo ornatus.

[2] S. Viti collegiata Ecclesia antiquae fundationis. Sita erat in Dioecesi Spoletana in Valle S. Angeli, ubi jacebat Castrum Presolium, & ab hoc dissita vix mill. pass. ad ejus Occidentem. Canonicatus a S. Sede tamquam simplicia beneficia conferuntur.

[3] Sub Episcopo Attone ad annum 1218. agimus de hac Collegiata Lib. III. cap. I. num. VI.

drales Ecclesiae factae sunt, & a Camerinensi Paroecia abstractae; & sunt: Collegiata Ecclesia *S. Mariae Tolentini* in Cathedralem assumpta, [1] & Collegiata Ecclesia *S. Severini* in oppido *San-Severino* nuncupato [2], in quo fundata reperiebatur altera Collegiata Ecclesia *S. Benedicto* sacra [3] jam suppressa. In Civitate etiam Tolentinate altera collegiata Ecclesia habetur sub titulo *Sancti Jacobi*, de qua sub Joannis Episcopatu ad annum 1421. cap. VI. n. VII. Lib. V. disseremus in nostra Episcoporum serie. Tandem insigne Canonicorum Collegium in Ecclesia *S. Venantii de Fabriano* a Benedicto XIII. obtinuit, ut illorum Collegiata Ecclesia Concathedralis Ecclesia cum Camerinensi esset constituta, de qua sub Cosmi Torellii Episcopatu sermonem habemus ad annum 1728.

Florent adhuc in nostra Dioecesi Collegiatae Ecclesiae, & quidem insignes; *Mathilicae* [4] *S. Genesii* [5] *Montecchii* [6] *Caldarolae* [7] *Pyri*. [8] Habet & suam Ecclesiam Collegiatam oppidum *S. Anatholiae*. [9] At de his opportunus recurret sermo in nostra Antistitum chronotaxi.

## §. III.

Sanctos in Patronos Civitatum & Castellorum eligere, mos est antiquissimus, ipsique nascenti fidei pene coëvus. S. Augustinus [10] *testibus certis*, *non incertis rumoribus* fatetur se audivisse S. Felicem Nolanum Civibus suis apparuisse, quum a barbaris Nola oppugnaretur, eosque ab illorum incursibus liberasse. Lilius [11]



[1] De hac Collegiata Ecclesia agimus cap. IV. hujus dissertationis §. II.

[2] De hac Collegiata Ecclesia pariter agimus cap. IV. hujus dissertationis §. II.

[3] Antiquissimae fundationis fuit Collegium Canonicorum in Ecclesia S. Benedicti in oppido San-Severini. Canonicorum numerum assequi non potuimus. Erat in ea unica dignitas *Prioris* titulo decorata. Ecclesiam S. Benedicti pientissimè curant *Patres* Oratorii S. Philippi Nerii. Prior, cui quorannis laudati patres Canonem persolvunt pro Ecclesia ab illis possessa, hodiè residet in *Castro S. Petri*, & in Castro *Insulae*, quae a *S. Clemente* nomen habet, a San-Severino VIII. circ. mill. pass. dissita, habetque unitam curam animarum, cui olim praesidebant Monachi S. Clementis, quorum juris erat Castrum Insulae; cum aliis praediis per Vallem S. Clementis sparsis; ut propterea conjici possit a multiplicitate bonorum a Monachis in ea Valle possessorum *Vallis S. Clementis* fuisse nuncupatam. At de hac Valle alias sermonem habuimus, & in serie nostrorum Antistitum iterum sermo recurret. Canonicatus S. Benedicti simplicia beneficia facta sunt.

[4] Lib. IV. n. VII. in notis Cap. V.

[5] Indicem consule ad verbum: *S. Genesii*.

[6] Lib. VI. cap. VI. n. VI. in not.

[7] Lib. VI. cap. IV. n. VI.

[8] Lib. VI. cap. VI. n. I. in not. & num. VIII.

[9] Lib. IV. cap. VII. n. II. in notis.

[10] Cap. XV, & XVIII. Lib. de cura pro mortuis gerenda.

[11] Part. I. Lib. III. pag. 76.

idipsum Camerino evenisse praesidio S. Martyris Venantii tempore Alarici Gothorum regis asserit. Nos forte sub Episcopo *Solone* seculo VIII. id evenisse argumentamur sub illius Episcopatu. Ideoque Camerinenses Patronum suum selegerunt *Venantium*: post Venantium, *Anastasium*, & *Porphirium*. Deinde *Leontium*, & *Ansovinum* Episcopos, & *Victorinum* Confessorem. Id forte probat perrarum Guillelmi I. Antistitis nostri diploma datum anno 1264, quod habes sub hoc anno in Appendice, quodque hanc Sanctorum Patronorum seriem firmat. *Leontii* memoria deperdita est; quod nos evenisse putamus ob illam efferam vastitatem, qua fuit Civitas Camerini ab impiis Maufredi regiis copiis miserrimè vexata, quamvis *Leontii* sanctitatem hoc unico documento probare possimus: ut fusius disseremus in serie ubi de illius Episcopatu, & Sanctitate erimus acturi.

## §. IV.

SUperest nunc, ut dignitati, & splendori nostrae insignis Ecclesiae fastigium ponamus, indicem producere illorum heroum, qui Sanctimoniâ intra fines veteris, novaeque Camerinensis Dioecesеos clari peculiarem habent cultum: iis etiam compraehensis, qui, quamvis extra Camerinensem Dioecesim orti, suis tamen exuviis hanc illustrant Ecclesiam. Illos vero tantum Sanctos & Beatos veneremur, quos Sancta Romana Sedes suis Apostolicis decretis, ut Sanctos & Beatos mandat esse venerandos: coeteris nullum profitemur velle nos cultum augere; quamvis Sancti, & Beati titulo hìc habeantur ornati.

### CAMERINI.

S. Venantius Mart. Camerinensis. [1]
S. Anastasius Mart. cum XI. Sociis. [2]
S. Porphirius Mart. [3]
SS. Decem Mart. Socii S. Venantii. [4]
SS. MDXXV. Mart. [5]
S. Leontius Episc. & Conf. [6]
S. Ansovinus Episc. & Conf. [7] Camerinensis.

S. Vi-

[1] De eo Baron. in notis ad Martirolog. Rom. die 18. Maji.
[2] Baron. ut supra in notis ad diem 11. Maji.
[3] Habet de hoc S. Officium Ecclesia Camer. die 4. Maji.
[4] Baron. ut supra die 19. Maji.
[5] Baron. ut supra ad diem 29. Maji.
[6] Vide quid de eo disseramus sub ejus Episcopatu Lib. 1. Cap. 1. num. v.
[7] Baron. ubi supra ad diem 13. Martii. Bolland. act. SS. mensis Martii.

S. Victorinus Eremita Conf. [1]
B. Angelus Ord. Camaldul. Conf. [2] Camerinen.
B. Laurentius Ord. Min. [3] Camerinen.
B. Petrus Ord. Min. [4]
B. Bernardus Ord. Min. [5]
B. Joannes a Parma Ord. Min. [6]
B. Ugolinus Eremita. [7]
B. Rizerius Ord. Min. [8] Camerinen.
B. Baptista Virgo e gente Varania [9] Camerinen.
B. Atto, seu Azo discipulus S. Romualdi. [10]

## *FABRIANI.*

S. Romualdus Abb. & Conf. [11] Ravennas.
S. Silvester Abb. & Conf. [12] Auximas.
B. Joannes Righi Conf. [13] Fabrianensis.
B. Rainerius Conf. Ord. Min. [14] Fabrianensis.
B. Franciscus Conf. Ord. Min. [15] Fabrianensis.
B. Bernardus Conf. Ord. Min. [16] Fabrianensis.

I 2 B.An-

(1) De hoc Sancto agimus Lib. I. Cap. III. n. VIII.

(2) Dicitur *de aquapagana* in agro Camer. Jacobill. in Vit. SS. Umbriae Tom. 2. fol. 711.

(3) Camerinensis est: Jacob. Tom. III. fol. 155.

(4) Ortus est in oppido *Magliano* dict. Dioecesi. Firmanae obiit Camerini. P. Camerinius illius acta vulgavit.

(5) De *Offida* obiit Camer. Bolland. act. SS. Tom. 1. fol. 617. Junii ad diem 6. illius mensis.

(6) Obiit Camerini. P. Camerinius ejus acta edidit.

(7) Obiit in agro Camerinensi. De eo agit Lilius Part. II. Lib. III. fol. 206. hist. Camerin.

(8) E *Mutia* Castro in Agro Camerin. discipulus S. Franc. de eo Artur. ad diem 7. Febr. S. Antonin. 3. part. tit. 23. cap. 2. §. 3. Wading. Annal. ad ann. 1226. sub litt. K.

(9) De hac Virgine praecipua acta refert Lilius in sua hist. Camer. Part. II. Lib. VII. pag. 230, & seqq.

(10) Agit de hoc Beato Viro Jacobillius Tom. II. fol. 263. SS. de Umbria.

(11) Pater est & Fundator inclitae Congreg. Camaldulen. obiit in Valle-Castro in agro Fabriani, quo fuit ejus Corpus translatum. Acta ejus scripsit S. Petrus Damianus.

(12) Pater & Fundator Congreg. Silvestrinae nuncupat. obiit apud Fabrianum in Monte-Fano. De eo Chron. Silvestr. P. D. Sebastiani Fabrini.

(13) Nobilis Fabrianensis fuit Joannes. Obiit prope Massatium, & requiescit in Ecclesia Fr. Min. vulgo dicta l'*Eremita*, qui Ordinis S. Francisci professum volunt. Leggend. Franciscana Tom. VII. fol. 405. Monaci Camaldulenses inter suae Congregationis Alumnos illum adscribunt. Expectandum quid ad hanc controversiam dirimendam proferant doctissimi Chronistae Camaldulenses.

(14) De eo Marang. Thesaur. Paroc. Lib. II. Cap. XIV. fol. 562.

(15) Vulgo dictus = *Cicco da Fabriano* = Jacobil. Vit. SS. Umbr. Tom. II. fol. 264.

(16) Obiit Camerini. De eo Artur. & Boll. Tom. II. August. fol. 2. inter praetermis.

B. Andreas Sanctutius Conf. Ord. S. August. [1] Fabrianensis.
B. Constantius Ord. Praedic. Conf. (2) Fabrianensis.
B. Petrus Conf. Ord. S. Augustini (3) Fabrianensis.
B Julianus Conf. Ord. Min. (4) Fabrian.
B. Gratia Conf. Ord. Min. (5) Fabrian.
B. Franciscus Conf. Ord. Min. (6) Fabrian.
B. Mauritius Conf. Ord. Min. (7)
B. Benvenutus Conf. Congr. Silvestrinae. (8)
B. Laurentius Conf. Ord. Min. (9) Fabrian.
B. Vincentius Conf. Ord. Min. (10) Fabrian.
B. Ugolinus, & } Conf. Ord. Min. (11) Fabrian.
B. Jacobus }
B. Bonaventura Conf. Ord. Min. (12) Fabrian.
B. Antonius Eremita Conf. (13)
B. Joannes *a Baculo* Conf. Congr. Silvest. (14)
B. Jacobus Cong. Silvest. Conf. (15) Fabrian.
B. Bartholus Abb. Cong. Silvest. Conf. (16)
B. Joannes Solitarius Cong. Silvest. Conf. (17)

*SAN-*

(1) De eo Torellus cent. III. fol. 218. Elsius Encom. August. fol. 53.

(2) Obiit Asculi. Marches. in Diar. Dom. Tom. I. fol. 226. Andreantonellius hist. Ascul. Lib. IV. fol. 108.

(3) E praeclarissima Becchetta gente. Torell. cent. III. fol. 298. Elsius ubi supra fol. 566.

(4) De eo Arturus ad diem 26. Jul. Bollan. tom. VI. Julii fol. 231.

(5) Artur. & Bolland. ad diem 2. Aug. inter praetermis.

(6) Vulgo dictur = *dalla libra* = Bolland. ad diem 6. August. Tom. II. fol. 223.

(7) De Argignano pago Fabrianensi prius Canonicus S. Venantii Fabriani Wading. anno 1263. num. 20.

(8) De Peticchio Castro Rocchae-contradae Senogall. Dioec. obiit in Monte-fano anno 1273. Chron. Silvest. Fabrini cap. V. pag. 142.

(9) Artur. & Bolland. Tom. III. Aug. ad diem 14. Aug. fol. 148.

(10) Artur. & Bolland. inter praetermiss. Tom. II. ad diem 6. Maji fol. 98.

(11) Artur. & Bolland. Tom. II. ad diem 11. Maji fol. 654.

(12) Artur. & Bolland. Tom. V. ad diem 20. Maji fol. 17. inter praetermiss.

(13) Apud Fabrianum vixit. De eo Bolland. inter praetermiss. ad diem 7. Aug. Tom. II. fol. 183.

(14) Ortum habuit apud Paternum pagum in agro Fabriani in Chron. Silvestr. fol. 89.

[15] Fabrin. In Chron. supradict. fol. 150.

[16] Filius fuit Thebaldi de Cingulo, & III. prior Generalis totius Congregationis Silvestrinae obiit Viterbii anno 1298; ejusque corpus fuit translatum ad Montem-fanum Fabriani. De eo agit Fabrin. ubi supra fol. 147.

[17] Obiit in Monte-fano Fabriani. Fabrin. ubi supra fol. 143.

## *SAN-SEVERINI.*

S. Severinus Epifc. Septempedanus, & Conf. (1)
S. Victorinus Epifc. Amiterni & Conf. (2) Septemped.
S. Illuminatus Ord. S. Benedicti Conf. (3) Septemped.
S. Philomena Virgo (4) Septempedana.
SS. Hippolitus & Juftinus MM. (5)
B. Jacobus Ord. Cruciferor. Conf. (6) San-Severinas.
S. Margarita Vidua (7) San-Sever.
B. Marfilia Pupilli 3. Ord. S. Auguft. (8) San-Sev.
B. Marchefina Lutii Ord. S. Auguft. (9) San-Sev.
B. Angela Ord. S. Dominici (10) San-Sev.
B. Bentivolius Ord. Min. Conf. (11) San-Sev.
B. Maffeus Ord. Min. Conf. (12) San-Sev.
B. Dominicus Ord. Min. Conf. (13) San-Sev.
B. Petrus Ord. Min. Conf. (14) San-Sev.
B. Pacificus Ord. Min. Conf. (15) San-Sev.
B. Pellegrinus Ord. Min. Conf. (16)

B. Pan-

[1] De eo Ado in Martyrolog. ad diem 8. Jan. Baron. in notis Martyrologii ad d. diem Bolland. Act. SS. Jan. ad d. diem.

[2] Ado in Martyrolog. ad diem 5. Septemb. ejus acta confundens cum actis Sancti Victorini Mart. SS. Maronis, & Eutychetis Socii. Baron. in notis ad Martyrolog. Roman. ad diem 8. Junii. Fuit Victorinus frater germanus S. Severini Epifc. Septemp.

[3] De eo novum Martyrolog. Rom. Bolland. ad diem 11. Maji fol. 706.

(4) Martyrolog. Rom. ad diem 5. Julii Bolland. Tom. 1I. Jul. fol. 229.

(5) Horum Martyrum corpora requiefcunt in Ecclefia S. Laurentii in Doliolo San-Severini. Bolland. ad diem 4. Junii Tom. 1I. fol. 429.

(6) Forte Jacobus ifte ille fuit, falectus Epifcopus Sarfanenfis anno 1397; fuitque prius fui Ordinis Generalis Pater. Poft annum fui Epifcopatus illum, ut Deo totius infervirет, fponte dimifit ex Ughellio Ital. Sac. Tom. 1I. col. 6. num. xxx111. Clarus virtutibus apud fuos veneratur.

(7) De ea novum Martyrolog. Roman. ad diem 27. Aug. Bolland. Tom. 1I. aug. ad dictam diem:

(8) Habet hæc cultum immemorabilem apud San-Severinates. Obiit anno 1298. Elfius encom. Aug. fol. 467.

[9] Elfius ubi fupra litt. M. Torellus Cent. v. fol. 603.

(10) De ea P. Jo: Michael Pius in act. Viror. illuftr. Ord. Part. 1I. Lib. 1. fol. 109.

[11] Wading. Annal. ad ann. 1232. n. 20. & 21.

[12] De eo Jo: Marang. Thefaur. Paroc. Tom. 1. fol. 546.

[13] *A Leonissa* nuncupatur Beatus Dominicus obiit Urbini. De eo Boll. Tom. 1I. Aprilis fub die 2. fol. 833. Jo: Severanus in pretiof. mort. juft. fol. 176.

[14] Wading. Annal. ad ann. 1507. quo obiit num. 32. Severan. ubi fupra fol. 439.

[15] De eo Bolland. Tom. 111. Julii ad diem 10.

[16] Falleroni, (Caftrum eft e Falleriae ruinis ortum) in Dioecefi Firmana natus eft B. Pellegrinus. Obiit San-Severini: requiefcit in Ecclefia Fr. Min. Conventualium. De eo Arturus in Martyrolog. ad diem 5. Septembr.

B. Paulus *da Levante* nuncup. Ord. Min. Conf. (1)
B. Camilla Gentilis Matrona San-Sev. (2)
S. Dominicus Loricatus Avellan. Eremita. (3)

## *TOLLENTINI.*

S. Catervus Civitatis protector cum Sociis MM. (4)
S. Nicolaus Tollentinas dictus Ord. S. Aug. Conf. (5)
B. Thomas Ord. Min. Conf. (6) Tollentinas.
B. Joannes Ord. S. Aug. Conf. (7) Tollentinas.
B. Martinus Ord. . . . . . Conf. (8) Tollentinas.
B. Joannes Ord. S. Aug. Conf. (9) Tollentinas.

## *MATHILICAE.*

B. Gentilis Ord. Min. Martyr. (10) Mathilic.
B. Sollicitus Ord. Cruciferor. Conf. (11)

B. Ma-

(1) Obiit San-Saverini, & requiescit in Monasterio SS. Trinitatis. Artuius ubi supra pag. 614. Wading. ad annum 1495, qui fuit illius annus emortualis.

[2] Habet haec beata Matrona cultum immemorabilem sententia R. P. D. Dionysii Pietagostini Episcopi San-Severini probatum anno 1736. illamqua damus in Appendice documentorum. Requiescit Ven. Corpus in Ecclesia S. Dominici extra moenia Civitatis.

[3] Obiit ad radices Suavicini montis in Dioecesi San-Severini. Anno 1060. De eo agit S. Petrus Damianus in suis opusculit. Baron. in notis ad Martyrologium Romanum ad diem 14. Oct. qui fuit illius dias amortualis. Acta hujus S. Viri a me vulgata sunt anno 1749. Illius Corpus requiescit, ubi obiit, in Ecclesia SS. Trinitatis.

(4) Hujus S. Martyris & Sociorum scripsit acta P. D. Ubaldus Marionus Can. Lateranen. cl. Boldettos in suis aoimadvers. ad Coemeteria lib. 1. cap. 24. fol. 115. illorum acta vindicare contendit a censuris celebarrimi P. Mabillonii. Nescio quo felici successu.

[5] Hic est celeberrimus *Nicolaus* natus in Oppido S. Angeli in Piceno, qui supremum obiit diem Tollentini anno 1306. De eo Baron. in notis ad Martyrologium Romanum ad diem 10. Septemb.

[6] De eo Bolland. ad diem primam April. Tom. 1. fol. 50.

[7] Torall. cent. III. fol. 278. Elsius ubi supra fol. 403.

[8] Bolland. ad diem primam Maji inter praatermiss.

[9] Forte alter est ab illo superius nominato pariter Tollentinate. Obiit hic beatus anno 1389. Elsius ubi supra fol. 368.

[10] Leggend. Francisc. Tom. ix. fol. 83. E Finaguerria genta inter Mathilicanas illustri, Martyr occubuit die v. Septemb. 1340.

[11] Bolland. 6. die Martii Tom. 1. fol. 498. Ferrarius in Cathalogo SS. Italiae haec habet = *B. Sollicitus qui apud Crucigeros vitae Sanctitate floruit, venerationem habet, cujus nomine sacra aedes apud Matelicates extructa est &c.* = Ita Ferrarius, qui Sollicitum recolit etiam in cathalogo generali. Parvula aedes B. Sollicito sacra hodiedum extra portam Civitatis, quâ Fabrianum progredimur, existit. Ibi Corpus beati Viri requiescere fama est apud Mathilicanos. Sub illius aedis ara fuit capsula reperta sericis tegumentis in-

B. Mathia Virgo Ordinis S. Benedicti (1) Mathil.

*SAN-GENESII.*

S. Liberatus Ord. Min. Conf. (2) a Lauro.
BB. Umilis & Pacificus Ord. Min. (3)

*MONTECCHII.*

B. Petrus Ord. Min. Conf. (4)

*SARNANI.*

P. F. Jacobus Ord. Min. Reformat. Mart. (5) Sarnanen.

*CALDAROLAE.*

B. Franciscus Ord. Min. Conf. (6) Caldarol.

*SERRAE SAN-QUIRICI.*

B. Ugo Ord. S. Silvestri Conf. (7) e Serra San-Quirico.
B. Joseph ex eodem Ordine Conf. (8) e Serra San-Quir.

*BELFORTI.*

B. Guardatus Ord. S. Hieron. Conf. (9) de Visso.

AT-

intus cooperta; & in ea ossa utique alicujus Sancti Viri sericis pannis pariter involuta. An Beati Sollicitì sint illae exuviae, ignoratur. Nulla enim monumenta in Capsula reperta sunt, ad veritatem assequendam.

(1) Luculenter de hac admirabili Virgine agimus in serie Capite ultimo Lib. VI.

[2] Ejus cultum adprobavit S. R. C. anno 1713. de ea agit Benedictus XIV. de Serv. Dei Beat. Tom II. Lib. I. §. 35. primae edit.. Vide sub Episc. Bernardino Bellutio.

[3] Bolland. ad diem 26. Aug. Tom. V. fol. 840.

[4] Corpus B. Petri colitur Siroli Humanae Dioec. obiit die 16. Febr. anni 1304. Legg. Francisc. Tom. II. fol. 285. Gonzag. part. 2.

(5) Martyr occubuit die 28. Februar. ann. 1648. Legg. Francisc. P. Mazzarı Tomo II. fol. 429.

(6) Obiit in Monasterio Colfani In nostra Dioec. ann. 1507. Jacobill. de SS. Umbr. Tom. II. fol. 58. Legg. Francisc. Tom. II. fol. 140.

[7] Fabrinus in Chronic. Silvestr. fol. 124.

[8] Fuit germanus frater B. Ugonis. De eo in laudat. Chron. Silvest. fol. 145.

[9] Hunc recolit P. Benvenutus Monac. Silvestr. in historia SS. Protectorum & Beatorum Recinensium. Patria fuit Vissanus.

## ATTIDII.

**B**. Jacobus Ord. S. Silvestri Conf. (1) Attid.

## ALBACINAE.

**S**. Venantius Episcopus, & Conf. (2)

## COLLIS AMATI.

**B**. Joseph Ord. Min. Conf. (3) e Colleamato.

## MONTIS-MILONIS.

**B**. Ambrosius Ord. S. August. (4) e Monte-Mil.
S. Amicus Abb. Ord. S. Bened. Conf. (5)

nus in Spoletana Dioec. Obiit in Suburbiis Belfortii, cum per ea forte transiret anno 1425; & quotannis in hoc oppido festus habetur dies 27. Jan.

(1) De illo agit Fabrious io Chronic. Silvestr. fol. 151.

[2] In Castro Albacinae Fabrianensis agri, & Dioec. Corpus S. Venantii quiescit. De eo longam dissertationem habes in serie Episcoporum nostrorum ad seculum XII.

[3] Obiit Forosempronii anno 1557. Arturus & Bolland. ad diem 28. Junii Tomo v. fol. 334. inter praetermissos.

[4] Elsius in Encom. August. fol. 45.

[5] In Agro Montis-Milonis in Coenobio Rambonensi S. Amici Abb. Corpus requiescit. De eo agimus in serie Episcoporum. Indicem consule.

# LIBER PRIMUS

## DE PRIMIS CAMERINENSIS ECCLESIAE EPISCOPIS

## CAPUT I.

### *De Leontii Episcopatu, & Sanctitate, & de cultu Sancti Venantii.*

I. *Primus Episcopus Camerinensis, juxta Ughellium, quem sequimur, fuit* Leontius.
II. *Forte fuit Episcopus Apostolicus, sive regionarius.*
III. *Acta* Leontii *a Jacobillio producta fabulosa.*
IV. *Non fuit ordinatus a S. Cornelio Pp.*
V. Leontius *probatur Sanctus, & Camerini olim veneratus.*
VI. Sancti, & Sanctissimi *titulus dabatur Episcopis primis Ecclesiae seculis; non propterea inter divos sunt adscribendi, nisi probetur immemorabilis cultus.*
VII. S. Venantii *probatur cultus ante vastitatem Camerini factam seculo XIII.*
VIII. *Ante etiam XIII. seculum Camerini veneratus est.*
IX. *Conjicitur* S. Venantii *cultus ante IX. seculum.*
X. *Emortualis S.* Leontii *dies argumentatur.*

I. PRimum Camerinensis Ecclesiae Antistitem, auctoritate actorum sancti Venantii martyris praecipui Camerinensium, totiusque dioecesis Patroni Ughellius ponit *Leontium* ante medium III. seculum, quem acta illa faciunt sancto Martyri coaevum. Nos, qui non ignoramus difficultates contra haec acta ab Ecclesiasticae historiae Scriptoribus [1] propositas, & prae omnibus a Ven. Card. Baronio, [2] qui fatetur acta S. Venantii *ob nimiam antiquitatem non modica indigere castigatione*, deberemus illa a censuris vindicare, veraeque lectioni restituere: Quum vero in hac opella mea officio fungar historici non disceptatoris, ultro hanc provinciam doctis Camerinen-

 sibus

(1) Act. SS. mens. Maji Tom. IV. in notas ad act. S. Ven. n. VII. Tillemon. art. II. c. Cassien. Tom. V. pag. 534.

(2) Ad not. Martyrol. die 18. Maji.

fibus cedimus: & interim nos feriem perfequentes Ughellianam primum noftrae Ecclefiae Antiftitem fignamus *Leontium*, ne graviffimae Camerinenfis Ecclefiae traditioni maximi femper habendae adverfemur.

II. Id unum animadvertere juvat, *Leontium* fi medio circiter III. feculo Camerini Antiftes fuit, potius, quam inter Epifcopos Cardinales, fore adnumerandum inter apoftolicos, qui per illas montuofas Umbriae partes Camerino proximas Fidem catholicam diffeminaret, vallemque etiam Mathilicanam excurreret fanctificandam. Hic fane character erat illorum Epifcoporum circa medium III. feculum a R. Pontificibus mifforum ad illuftriores Provinciarum civitates, qualis erat in Umbria *Camerinum*, quemadmodum cap. 1I. §. I. Differtationis praeliminaris differuimus. Si vero *Leontium* velimus figere Epifcopum labente III. feculo, & poft datam a M. Conftantino Ecclefiae pacem, nil obeft, quin illum adnumeremus inter Epifcopos Cardinales.

III. Jacobillius [1] noftri *Leontii* acta profert fomniis, fabellifque confperfa, quorum fumma haec eft: *Leontius fuit nobilis Romanus ex ordine Senatorio. Studio S. Venantii cum 31. fuis fociis nobilibus ex eodem Ordine Romanis ad Fidem catholicam traductus fuit*: Nulla profert documenta ad hoc probandum: *Romam reverfus a S. Cornelio R. Pont. anno 253. primus Camerinenfis Ecclefiae, & Civitatis fuit Epifcopus ordinatus* = peffimè chronologiam Jacobillius difponit, ut mox videbimus, & peffimè profequitur = *Vix Camerinum reverfus fuae Cathedralis Archidiaconum ordinavit Euprepium unum ex fociis, & concivibus fuis. Templum erexit S. Venantio facrum, quo tranftulit Corpora illius S. Martyris, ejufque fociorum. Camerino Antiochum praefectum, & tyrannum ejecit* [mira potentia!] *& circa annum 255. fanctiffime obiit* = Nec vero finem habent hic commentitiae Jacobillii fabulae. Sequitur = *Succeffor in Epifcopatu Leontii fuit archidiaconus Euprepius: deinde non interrupta ferie poft Euprepium Epifcopatum Camerinenfem tenuerunt Antimus, Xyftus, Paternianus, Paftor, Hieronymus, Evefter, Elearanus, Leo, Conftantinus, Miniatus, Eleavius, Donatellus, Agarius, & Metro, feu Metropos.* = At, quomodo id probat Jacobillius? Fide actorum S. Venantii. Quid vero in illis habemus? En: memoratis illorum fingulis nominibus, acta habent = *Inftituti Clerici fuerunt, & vitam fanctorum duxerunt, & per illos oftendit Dominus figna in vita ipforum* = Ubi nam hic Epifcopalis honor viris illis donatus! ubi concatenata illorum in Epifcopatu fucceffio? Legimus tantum illos fuiffe Clericos inftitutos, non Epifcopos,

[1] Tom. III. de' SS. dell'Umbria pag. 260.

pos, & Sanctorum vitam duxisse miraculis insignes. Non legimus parum illos in Episcopatu vixisse, ut asserit etiam Jacobillius, & Episcopos obiisse. Quid ergo profert Jacobillius? fabulas.

IV. Asserit etiam Scriptor iste *Leontium* ordinatum Episcopum a S. Cornelio anno 253. sed Cornelius decessit die 24. Septembris anno 252, & in Petri cathedra anno 253. sedebat S. Stephanus, ut videre est apud Pagium (1), & Pontifex iste saeviente tunc in Christi fideles Valeriani persecutione, in cryptis, & coemeteriis occultus latebat, ibique capitis obtruncatione Martyrium consummavit. Quomodo ergo *Leontius* in hisce Ecclesiae calamitatibus, quas Camerini etiam Christifideles sustinebant, summa pace, & palam poterat regere plebem suam, catholicam Fidem fovere, templa vero Deo sacra a fundamentis excitare, tantaque auctoritate pollere, ut Antiochum Civitatis praesidem abire compulerit; & interim ipse in lectulo suo placidissime obire? Quomodo insuper Camerinensis Ecclesia potuit habere continuatos post *Leontium* in cathedra XVII. successores; quando pleraeque per Italiam, & quidem perillustres Ecclesiae neque III. seculo, neque ante medium IV. seculum possunt tuto sustinere Episcopum unum, & multo minus illam non interruptam Episcoporum catenam? Quis quaeso non intelligit Jacobillii scripta vera esse commenta? Demum quid sentiendum est de Leontii Clero? [2] Quid de Archiepiscopali honore, quo *Leontius* effingitur insignitus? (3) Quid de Archidiacono Euprepio? Quid de am-

K 2

[1] Brev. Actor. R. Pont. ad ann. 251. n. III, & ann. 253. n. 1.

(2) Hunc Clerum P. Camerinius in suis additionibus ad Libr. II. part. I. Lilii Camerinensis historiae concedit potius *Gerontio*, quam *Leontio*, & quidem saniori consilio.

[3] Exhibet Ughellius ectypon aurei numismatis cum effigie *S. Ansovini*, videturque Sanctus Pontifex Archiepiscopali pallio ornatus, quod forte ansam praebuit Ferrario in catalogo Sanctorum Italiae Camerinenses Antistites Archiepiscopos nuncupandi, quemadmodum in actis S. Venantii Archiepiscopus vocatur *Leontius*. Sed ad hunc errorem diluendum, legendus est doctissimus Abbas Sartius in dissert. de Casula diptyca (cap. III. §. XI. pag. 30, & 31.) Lilius in sua historia (P. I. Lib. III. pag. 89.) librato judicio Camerinenses Episcopos non Metropolitanos, sed quasi Metropolitanos appellat. Accipe quod ad me scripsit die 14. Jan. 1755. immortalis mem. Card. Enriquez. *Intorno al pallio, che si vede nelle recenti monete di Camerino, che diede occasione a quell'altra più sonora favola del titolo di Arcivescovo, crederei, che dir si dovesse qualche cosetta, e la lamina di S. Leopardo fattura assai più antica* (lamina haec argentea habetur in libro inscripto = *Memorie di S. Leopardo Vescovo di Osimo* = auctore Abb. Dominico Pannellio a Secretis tunc nostri Enriquez) *dimostra che gli antichi Vescovi portavano un insegna simile al Pallio, ma Pallio non era. Disse il celebre Melchior Cano. Non eget Petrus mendacio nostro, adulatione non eget. Questo colla debita proporzione potrebbe dirsi della Chiesa di Camerino, che non ha bisogno di favole, o di prerogative dubbiose per comparire tralle più illustri d'Italia, anzi della Cristianità. Et de hoc satis.*

amplitudine per haec tempora Camerinensis Dioeceseos? Sunt omnia haec fabulis, somniis, & visionibus simillima.

V. Quod vero de nostro *Leontio* esset perpendendum ad majus nostrae Ecclesiae decus & ornamentum illud in primis foret, Antistitem istum inter sanctos forsan esse habendum, quemadmodum medio XIII. seculo habebatur, illique propterea cultum fore restituendum. (1) In serie documentorum, quae in Appendice damus, perrarum Guillelmi Antistitis nostris diploma, proferimus ad annum 1254, in quo haec habentur: ***Si quis autem haec aptentare praesunserit indignationem omnipotentis Dei, Beatorumque Apostolorum Petri, & Pauli, SS. Martyrum Venantii, Anastasii, Porfirii, & Sociorum, & Beatorum Confessorum Leontii, & Ansovini Pontificum, & Victorini, & Sociorum ipsorum, & nostram se noverit incursurum***: Nil optari potest luculentius ad asserendum *Leontium Sancti* charactere insignitum, quod illi, quamvis hodie in Camerinensi Ecclesia novum, non videtur denegandum; quodque iisdem plane argumentis firmatur, queis Episcopalem dignitatem illi sustinemus; actorum nempe auctoritate S. Venantii, in quibus aperto legimus *Leontium*, Clerumque suum ***Vitam Sanctorum duxisse, & per ipsos ostendisse Dominum signa in vita ipsorum***, & traditionis adeo insignis Ecclesiae, qualis semper fuit Ecclesia Camerinensis; quae omnia a laudato Guillelmi diplomate sunt comprobata, quo *Leontius* Episcopus, & Sanctus declaratur aeque ac *Ansovinus*. Immo *Leontii* nomen praeponitur nomini *Ansovini*, & inferitur in illis obtestationibus, quas olim Episcopi in suis diplomatibus usurpabant. Hoc documentum unicum sane est; nec in ullo alio praedecessorum Guillelmi Episcoporum, neque Successorum, immo neque in aliis ipsius-met Guillelmi diplomatibus reperitur nomen *Leontii*: & hac ratione possumus suspicari mendum irrepsisse in illo diplomate culpa forsan scriptoris, qui pro ingenio suo *Leontii* nomen intruserit in diplomate, illumque Sanctum dixerit. Videtur tamen haec suspicio a gravitate negocii, quod in laudata charta continetur, & ab aliis circumstantiis penitus for-

[1] Mos iste non est utique novus in Dei Ecclesia. Poppo ille celebetrimus Abbas Monasterii Stabulensis, qui seculo XI. mira floruit sanctitate, in Martyrologium a Baronio relatus est ad diem XXV. Januarii, postquam eximia illius acta collegit; cultumque tunc habere coepit. Benedictus XIV. P. O. M. in reformato novissimo Romano Martyrologio idipsum prosequutus est, & sacris fastis restituit Siricium Rom. Pont. quem tali honore dignum putavit ob praeclara illius sanctitatis monumenta, quae in doctissima sua decretali Constitutione luculentissimè collegit. Clariss. Canonicus Mazocchius in votis habuit, ut inter Sanctos recenseretur Paulus primus Ecclesiae Neapolitanae antistes, quia in marmoreo suo Kalendario Neapolitano sancti nomine Paulum reperit signatum; & propterea jam pridem publico cultu veneratum; ut *Leontio* nostro evenisse probare studemus.

forſan excluſa. Ibi enim agitur de unione plebis Attidiatis cum canonica S. Venantii de Fabriano, & de translatione ad hanc fontis baptiſmalis Attidii; quod erat jus valde honorificum plebano Attidiati. Non eſt propterea credibile illud diploma ab Epiſcopo, totoque Camerinenſi Capitulo obſignato, ſigno ejuſdem Epiſcopi firmato, praeſente, & aſſentiente Dopno Nicolao Plebano plebis Attidii exarato ſub omnium oculis non extitiſſe, nec ab omnibus attente fuiſſe perlectum: itaut ſi *Leontius* ut Sanctus non fuiſſet habitus aeque ac *Anſovinus* non ſuſtinuiſſent neque Epiſcopus, neque Clerus in illo ſubſcripti, ut nomen *Leontii Sancti* titulo eſſet inſertum, & multo minus praepoſitum *Anſovino* Civitatis utique patrono. Crederem propterea hoc documentum, quamvis unicum, ſufficere ad *Sancti* nomen *Leontio* ſuſtinendum, *Leontium* inter Sanctos Epiſcopos Camerinenſis Eccleſiae reſtituendum, illiuſque immemorabilem cultum Camerini probandum.

VI. Neque vero *Leontius* ex illis Sanctis eſt, qui *Sancti*, & *Sanctiſſimi* titulo ſignati reperiuntur, quia ſolum in ſacris diptychis communi primorum ſeculorum uſu ſic nominabantur Epiſcopi, de quibus percelebris eſt doctrina Papebrochii (1) quae talis eſt: *Sicut autem inſcripti diptychis Epiſcopi communi ſeculorum primorum uſu Sancti, & Sanctiſſimi nominabantur: nam & viventibus dabatur hic titulus: Hinc factum eſt etiam poſtquam vocum iſtarum notionem conſuetudo Eccleſiaſtica reſtrinxit ad eos, qui propter notiſſimam vitae ſanctitatem, & miracula inſignia, aut martyrii lauream invocantur a fidelibus tamquam citra dubium ullum coeleſti regno recepti; hinc factum, inquam, tali uſu eſt, praeſertim in Eccleſiis Italiae antiquioribus, ut omnes fere illarum Epiſcopi, qui in communione catholica obierunt per tria, quatuor, & plura ſecula cenſeantur cathalogo Sanctorum adſcripti, ſive canonizati*: ideoque non ſunt tam facile Epiſcopi hoc titulo *Sancti*, & *Sanctiſſimi* decorati ſacro cultui donandi, niſi alias conſtet de immemorabili cultu illis praeſtito: alias in immenſum creſceret catalogus Sanctorum Epiſcoporum qui tales revera non ſunt; & *Sancti*, & *Sanctiſſimi* titulus datus illis ad honorem tranſiret attributus ad meritum: quum hodie *Sancti* nuncupentur tantum ii, qui, probatis illorum virtutibus, & miraculis, Romani Pontificis oraculo Sanctorum faſtis adſcripti ſunt. Hac praeclara Papebrochii doctrina, ſicuti nos *Sancti* titulum tribuere nequimus ſingulis Epiſcopis *Sancti*, & *Sanctiſſimi* per tria, quatuor, & plura ſecula titulo decoratis, niſi alias conſtet de cultu illis ab Eccleſia praeſtito; ſic *Leontio* noſtro *Sancti* titulus negandus non videtur, quum documentum clariſſimum ha-

(1) Papebr. Exeg. de Epiſc. Mediol. Par. 1. ſub init. extat in act. SS. Tom. VI. menſ. Maji.

habeamus in Camerinensi Ecclesia ad ejus sanctitatem, illiusque cultum sustinendum, videturque sufficere unicum illud Guillelmi diploma, quo a quibusdam aliis Sanctis Episcopis ad honorem sic vocatis, & forte ea tantum ratione a Papebrochio producta, *Leontius* secernitur. Ab actis enim S. Venantii illius sanctitas perspecta satis est, cultumque illi ab Ecclesia Camerinensi exhibitum liquidius Guillelmi diploma testatur, & probat. Lilius in sua historia (1) ad confirmandum S. Victorinum fratrem S. Severini Episcopi Septempedani Episcopum Camerinensem, inter alia monumenta, quae ad suam sententiam tuendam profert, est Crux quaedam in Sacello Sancti Venantii servata, ubi expressae videntur duae Episcoporum imagines sane Camerinensium; unamque affirmat esse *S. Ansovini*, alteram *S. Victorini*, quem, quum nos e Camerinensium Episcoporum albo tollamus, conjicere non dubitamus imaginem alteram esse *S. Leontii*, Episcopi Camerinensis, & Episcopi Sancti.

VII. At non hic habent finem emolumenta, quae ab insigni illo Guillelmi diplomate Camerinensis Ecclesia reportat. Quod usque adhuc de aera cultus S. Venantio a Camerinensibus praestiti nonnulli dubitabant, alii asserentes ante millesimum annum aerae vulgaris etiam apud Camerinenses Venantium penitus fuisse ignotum: alii etiam dictitantes nonnisi post S. Venantii corporis ab Apulia Camerinum translationem anno nempe 1268. cultum erga illum S. Martyrem tuto posse probari, auctoritate tanti diplomatis omnes nimis religiosè cultum illum impugnantes omnino obmutescent: quum ab eo certiores reddamur S. Venantium a Camerinensibus fuisse longe ante Sacri Corporis raptum veneratione prosequutum; &, quod majus est, veneratum tamquam principem Civitatis Patronum. Repetamus hic perpauca diplomatis verba superius data: *Si quis autem &c. indignationem omnipotentis Dei &c. beatorumque Apostolorum Petri & Pauli SS. Martyrum Venantii, Anastasii &c.* Tempus quo fuit diploma datum est annus 1254. tempus, quo fuit vastata Civitas Camerini, fueruntque rapta S. Venantii Lypsana fuit annus 1259. tempore Alexandri IV. (2) Si ergo S. Venantii cultus fuisset apud Camerinenses ignotus ante annum 1259, Guillelmus in suo diplomate non memorasset Venantium anno 1254, quinque scilicet annos ante, quam illius sacrae exuviae in Apuliam transferrentur; immo neque in altero diplomate ejusdem Guillelmi expedito anno 1252, in quo S. Venantius memoratur, quodque refert Lilius (3) obtruncatum, nosque integrum in Appendice damus, neque in altero *Philippi* expedito anno

(1) Part. 1. Lib. III. pag. 99.

(2) Lil. ist. di Cam. P. II. Lib. I. pag. 30. e seguenti.

(3) Part. 1. Lib. III. pag. 98.

no 1242, & in Appendice producto. Ab illis ergo diplomatibus luce clarius patet S. Venantium fuisse Camerini publicè veneratum, nec tantum veneratum, sed principem Camerini Patronum selectum ante annos 1242 1252, & 1254, si post nomina SS. Apostolorum Petri, & Pauli S. Martyris Venantii nomen occurrit.

VIII. Neque vero ad confirmandum cultum S. Venantio Camerini, & in ejus Dioecesi praestitam longe etiam ante XIII. seculum argumenta deficiunt. Innocentius III. anno sui Pontificatus III. suis Apostolicis litteris, in Appendice relatis ad annum 1198, datis favore Monachorum S. Michaelis infra ostia, illis Monachis Ecclesiam confirmat *S. Venantii de Corie*. Ecce seculo XII. *S. Venantii* cultum in agro S. Anatoliae, in quo jacebat Coenobium illud in Camerinensi Dioecesi, jam propagatum, & ad S. Martyris honorem templum erectum. Sub Episcopo Attone II. florente sub initio XIII. seculi documentum producimus, quo Atto sub sua tutela recipit plebem Castri Bovelliani, illiusque plebis privilegia confirmat anno 1218: & in illo diplomate legimus inter testes *Matthaeum priorem S. Venantii, & Moricum, & Matthaeum Canonicos* ejusdem Ecclesiae; quo aperte compraehendimus sub initio ejusdem seculi XIII. fuisse jam Camerini Ecclesiam S. Venantio sacram erectam, in eaque canonicam constitutam. Insuper in eodem privilegio plebi Bovellianae numerantur subjectae inter alias duae Ecclesiae *S. Venantio* sacrae; altera *SS. Venantii, & Silvestri de Gagliole*; altera *S. Venantii de Cese*: ita ut his argumentis dubitari haud amplius possit de cultu *S. Venantio* a Camerinensibus praestito, & in Dioecesi seculo XII, & forsan prius propagato; quum Atto Episcopus anno 1218. illo diplomate non conferat, sed confirmet, instante Plebano, privilegia Ecclesiae suae jam pridem concessa. (1)

IX. Hoc posito: quo nam tempore talis cultus Camerini inceperit, quaerendum superest: & post *S. Venantii* passionem opera *S.Leontii* initium habuisse conjicimus. Ante S. Ansovini tempora, qui

(1) Posset aliquis suspicari Ecclesias supra commemoratas alteri *S. Venantio*, non martyri, qualis est Camerinensis, forte fuisse consecratas: quum in iis documentis *Venantius* martyris titulo non sit distinctus. Huic tamen objectioni crederem satis fore faciendum perspectis tot schedis, quas in Appendice documentorum profesimus, in quibus tot Sancti memorantur, sub quorum invocatione templa erant erecta, & in nullis ex iis neque Episcopi, neque Martyris, neque Confessoris charactere Sancti illi habentur distincti. Quum vero Camerini, in ejus agro, & dioecesi sitae sint Ecclesiae S. Venantio sacrae, rationabilius Ecclesiae illae habendae sunt erectae Venantio Martyri Camerinensi, quam alteri extraneo. Habemus diploma Philippi expeditum anno 1242. & in Appendice productum, in quo memorentur *Venantius, Victorinus, & Ansovinus* nullo charactere signati: & tamen quis negabit Venantium illum esse Martyrem Camerinensem?

qui in Cathedra Camerinensi floruit circa annum 850, ut infra dicemus, *Leontius* tenuit Episcopatum: a diplomate enim Guillelmi id forte asserere possumus; nam inibi memorato *S. Venantio*, ejusque sociis legimus praepositum S. Ansovino *S. Leontium* sic = *& beatorum Confessorum Leontii, & Ansovini Pontificum* = Si ergo Ansovinus floruit circa medium IX. seculum, & *Leontius* praecessit Episcopatum Ansovini, cultus S. Venantii praecessit Episcopatum S. Ansovini; si verum est, quod *Leontius* cultum dederit S. Venantio; & si *Leontii* nomen, quod in laudato diplomate praeit nomini S. Ansovini, argumentum ad hoc probandum sufficiens censeatur. Legitur enim in diplomate *Philippi* nostri Episcopi dato Camerini III. non. Aprilis Indict. XV; & refertur ad annum 1242. praepositum etiam Ansovino nomen *Victorini* sic = *Venantii*, *Victorini*, *Ansuini* =

X. Superest nunc aliquid de emortuali S. Leontii die disserere. In illo Calendario a cl. Abb. Sartio (1) in suis Episcopis Eugubinis edito Fabrianensi II. ab illo nuncupato XIV. Kal. Dec. habetur = *Leontii & Sociorum ejus Confess.*: = Hoc Calendarium praefert antiquitatem XIV. seculi, & est affixum breviario ad ritum dispositum Ordinis Cistercienfis. Nescimus an Caleudarium istud majorem praeferat antiquitatem illa, qua fuit exscriptum. Quicquid vero sit de hoc; si *Leontius* in eo commemoratus cum suis sociis esset *Leontius* noster, possemus asserere emortualem ejus diem fuisse XVIII. mensis Nov., & insuper conjicere nostrum *Leontium* esse sanctum illum Episcopum in suo Martyrologio ab Adone relatum ad diem XIX. ejusdem mensis; quum unius diei variatio tanti momenti non sit ad hanc conjecturam despectui habendam. In uno ex apographis Martyrologii Adonis recensetur *Leontius* Episcopus *Petracoricensis*, *de quo* (sic habet cl. mem. praesul Dominicus Georgius (2) in suis notis ad illud Martyrologium) *hac die* (nempe XIX. Nov.) *Usuardi auctaria tantum. Quis autem sit iste Leontius adhuc ignoro. In serie Episcoporum Petracoricensium non comparet.* = Animadvertit insuper doctissimus Scriptor in Martyrologiis Gallicanis quinque recenseri Episcopos *Leontii* nomine videlicet: *Leontium Forojuliensem* die XVI. Nov., *Leontium Sanctoniensem* die XIX. Julii; *Leontium Augustodunensem* die I. Julii; *Leontium I. Burdigallensem* die XXI. Aprilis; & *Leontium II.* pariter *Burdigallensem* die XV. Nov. In veteri Martyrologio Romano habetnr Leontius Caesariensis ad diem XIII. Martii, de quo Gregorius Presbyter Caesariensis ad patres Nicenae Synodi, S. Gregorius

(1) Sart. de Episc. Eugub. Diss. praelim. cap. VIII. n. VIII. pag. CCCXV.

(2) Georg. in not. ad Martyrol. Adon. pag. 586. edit. Rom. apud Palleatinos.

rius Nazianzenus, & S. Athanasius. [1] Habet & Africa suum *Leontium* Episcopum *Tagastensem*, de quo S. Augustinus. [2] Item in eodem Martyrologio ad diem XIX. Martii habetur memoria SS. Apollonii, & *Leontii* Episcoporum; cui tamen Ecclesiae hi duo Episcopi praefuerint Baronius [3] nullibi reperit expressum. Quum vero ad eandem diem XIX. Martii habeamus in Gallicanis Martyrologiis *Leontium Sanctonensem*, forte conjici potest huic Ecclesiae *Leontium* fuisse addictum. Igitur tot inter Episcopos *Leontii* nomine solus ille *Petracoricensis*, quis revera sit ignoratur, & inter Episcopos hujus Ecclesiae non habetur; quamvis ibi certe veneretur. Quid si suspicemur hunc *Leontium* apud Petracoricas veneratum esse *Leontium* Episcopum *Camerinensem*, cujus exuviae ad Petracoricas forte translatae sint? Quomodo, & quando, incertum est. [4] Animadvertimus tandem *S. Leontium* in laudato Calendario Fabrianensi sic esse memoratum = *Leontii, & Sociorum ejus Confess.* = Guillelmi diploma, quo testatam habemus Leontii sanctitatem sic habet = *Beatorum Confessorum Leontii, & Ansovini Pontificum, & Victorini, & Sociorum ipsorum* = Socios non habuit *S. Ansovinus* inter Sanctos recolendos, nullosque nobis exhibent illius acta: multo minus socios habuit *S. Victorinus*, qui fuit Venerabilis Eremita. Scimus *Leontium* tantum habuisse socios, & quidem sanctitate, & miraculis illustres, cum quibus Camerinum accessit Episcopus ordinatus: ideoque neque *S. Ansovino*, neque *S. Victorino*, sed *Leontio* Sancti illi socii, videntur assignandi. Possumus propterea argumentari *S. Leontium* in Calendario Fabrianensi cum sociis adscriptum esse nostrum *Leontium* Camerinensem; ejusque emortualem diem figere vel ad diem XVIII. Nov., ut in illo Calendario, vel ad diem XIX. ejusdem mensis, ut in Adonis Martyrologio Romano. Rem dijudicent eruditi.

[1] Baron. ad not. Martyrolog. ad diem 13. Jan.

[2] Serm. XIII. de divers.

[3] Baron. ad not. Martyrolog. ad diem 19. Martii.

(4) Possemus etiam credere cultum alterutrius *Leontii* Episcopi Burdigallensis propagatum esse ad Ecclesiam Petracoricensem, quae suffraganea est Burdigallensis. (Ita del Comp. geograph. Eccl. cap. XII. §. 9.) Si vero utriusque Leontii exuviae venerentur in Burdigallensi Archiepiscopali Ecclesia, omnis difficultas corruit. Alterius enim *Leontii* Episcopi reliquiae apud Petracoricas veneratae extraneae prorsus habendae sunt; quum nullum Episcopum nomine *Leontium* in Episcoporum serie numeret Ecclesia Petracoricensis.

# CAPUT II.

## *De Gerontio, & Bonifacio.*

*I. Gerontius in nostra serie est primus Episcopus Cardinalis; non tamen putamus illum fundatorem Ecclesiae Camerinensis.*
*II. Si nomina antecessorum deficiant, nil officit, quin credamus alios Episcopos ante Gerontium.*
*III. Gerontius interfuit R. Concilio sub Hilario PP. anno 465.*
*IV. Post Gerontium habemus Bonifacium in duabus Synodis sub Symmaco.*
*V. Probus a nostra serie rejicitur.*

I. PRimus, qui in nostra chronotaxi occurrit Antistes Cardinalis est *Gerontius*; cui tamen fundationem Camerinensis Ecclesiae non audemus attribuere. Perspecta enim antiquitate, & nobilitate Civitatis Camerini, difficile dictu est, ut ante medium v. seculum, quo *Gerontius* floruit, nullum alium habuerit Camerinum pastorem illius Ecclesiae fundatorem, cujus, si nomen exciderit, in causa forte fuit Alaricus Rex Gothorum, qui Romam semel, & iterum depopulatus est, & Camerino forsan non pepercit: ad aliud enim tempus ejusdem Civitatis prodigiosam liberationem praesidio S. Venantii referendam esse conjicimus. [1]

II. Si vero post hunc Antistitem, quem per illa tempora Episcopum tuta documenta firmant, in nostra serie Episcopos continuatos non habemus, id evenisse putandum est vel ob defectum monumentorum, vel ob aliquod civitatis infortunium, quo Episcoporum electiones non per secula, sed per aliquod tempus retardatae aliquando sunt. Tale est judicium clarissimi Scriptoris Maffaei [2] qui in Ecclesiis, in quibus Cathedra Episcopalis aliquando fuit constituta, sedem per secula vacantem rejicit tamquam falsam, & Ecclesiasticae disciplinae repugnantem; & si Episcoporum excidit per aliquod tempus memoria, id omnino evenisse putandum est ob deperditam Episcoporum nominum memoriam.

III. Sedit *Gerontius* in Romano Concilio ab Hilario Pontifice habito anno 465. cum XLVII. Episcopis qui de more Romam concesserant natalem diem Rom. Pontificis celebraturi. Hujus Concilii initium est = *Flavio Basilisco, & Hermenerico Viris clarissimis consuli-*

(1) Cap. IV. hujus I. lib. n. V. pag. 398. ad 416. edit. in 8.
(2) Scip. Maff. Var. illust. P. I. L. VIII.

*ſulibus die xv. Kal. Decembrium reſidente Viro Venerabili Hilario PP. in Baſilica Sanctæ Mariæ &c. Claudio Puteolano, Gerontio Camerino &c.* [1] Obiiſſe *Gerontium* regnante Theodorico Oſtrogothorum Rege ſcribit Lilius. (2)

IV. Poſt *Gerontium* nobis occurrit *Bonifacius*, qui duobus actis Synodalibus interfuit ſub Symmaco, altero anno 501. in cauſa ejuſdem Symmachi celebrato [3] in quo *Bonifacius Camerinenſis* legitur: quicquid ſentiat Harduinus ex collectione ms. Dionyſii Exigui: altero anno 504. ſub eodem Rom. Pontifice habito contra invaſores rerum Eccleſiarum Kalend. Octob. ubi itidem habetur noſter *Bonifacius*.

V. Scimus ſub Symmaco habitas fuiſſe plures Synodos, & in II, IV, V, & VI Synodo obſignatum *Probum Camarinenſem*, quod a Labbeo corrigitur *Camerinenſem*; attamen in VII. volumine ſuae collectionis in margine indicis topographici Epiſcoporum in verbo *Camerini*, ubi colligit nomina Epiſcoporum ejuſdem Civitatis, ibi *Probum* etiam adnumerat, & ſic ſcribit = *Hic* (loquitur de *Probo*) *alterius Sedis Epiſcopus fuit: Conciliis enim ſub Symmaco anno* 501, *&* 504. *interfuit cum Probo Bonifacius ſupra relatus Camerinenſis Epiſcopus* = *Probum* propterea cum Lilio [4] Epiſcopum facimus Siculum, *Bonifacium* Camerinenſem, forſan Gerontii immediatè ſucceſſorem.

[1] Labb. collect. Concil. Tom. v. pag. 89. edit. Ven.
[2] Lil. hiſt. di Cam. P. 1. Lib. III. pag. 90.
[3] Labbe ubi ſupra pag. 462.
[4] Lil. P. 1. Lib. III. p. 90.

# CAPUT III.

## *De Sancto Victorino, ejuſque ſuppoſito Epiſcopatu Camerinenſi.*

I. *Scriptorum opiniones de Sancto Victorino, & confuſiones inde factae.*
II. *Georgius illuſtrat Martyrologium Adonis.*
III. *Marangonius Lilium redarguit circa Victorini Epiſcopatum Camerinenſem.*
IV. *Lilius defenditur.*
V. *Probatur tamen Victorinum non fuiſſe Epiſcopum, ſed S. Fremitam.*
VI. *Acta S. Victorini a Jacobillio producta fabuloſa.*



VII. *Duo*

*VII. Duo acta SS. Victorini, & Severini fratrum quanti sint habenda.*

*VIII. Antiquiora acta seliguntur, proferuntur, & illustrantur.*

*IX. Stationes S. Victorini statuuntur. Argumentatur locus lapsus, locus poenitentiae & locus dormitionis.*

*X. Traditiones Prolacensium de S. Victorino referuntur.*

*XI. Sed non admittuntur.*

I. INter Scriptores, qui Episcopum Camerinensem volunt *Victorinum*, sunt praesertim Jacobillius, & Lilius. Ughellius illum non recolit. Jacobillius, cujus fidei standum perraro est, facit Victorinum patria Camerinensem, Lilius Septempedanum, & fratrem S. Severini Episcopi Septempedani, longoque stylo desudat ad hujus Victorini Camerinensem Episcopatum asserendum; nititur etiam suam probare sententiam duobus monumentis tabularii Ecclesiae Sanseverinatis, Guillelmi nempe, & Guidonis II. saeculi XIII. Episcoporum. Ado Viennensis in suo Martyrologio [1] inter Martyres adscribit Victorinum, & eundem esse, ac Victorinum Septempedanum elogium, quod de illo intexit sumptum ab antiquis actis SS. Severini, & Victorini fratrum Septempedanorum apertissime probat. Sic factum est, ut e duobus Victorinis tres facti sint; quemadmodum Sancto Severino illius fratri evenisse probat doctissimus Mazzocchius, ut infra videbimus Cap. VII. hujus Libri num. 3.

II. Clarifs. mem. Praesul Dominicus Georgius (2) illustrans Adonis Martyrologium profert multorum Martyrologiorum lectiones, quae de S. Victorino agunt. Addit, Baronium in notationibus Martyrologii ad diem 8. Junii Adonem, aliosque redarguere erroris, qui duos Victorinos in unum confundunt, postea concludit: *Utrum acta fuerint interpolata, & an commenticii aliquid in his sit, adeundus est commentarius ad acta S. Victorini Episcopi Amiternini, & Martyris a Jo. Marangonio nuper editus.*

III. Marangonius [3] duos Victorinos in Ecclesiasticis fastis memorat recensitos, quos in unum conflatos vult ab Adone Viennensi; duo enim sunt, & omnino diversi. *Alter* (ait Marangonius) *Romae in suburbano, alter Ploraci: alter Episcopus Amiterninus, alter solitarius, & poenitens: alter Martyr, alter Confessor: alter anno cir. 99; alter 538. obierunt. Id non solum Baronius adnotavit, sed & Cancellottus in vita S. Severini Episcopi Septempedani; Bollandus in*

[1] Ado in Martyrologio ad diem. 5. Septem.

[2] Georg. in not. ad Adon. Martyrolog. ad dict. diem.

[3] Marang. act. S. Victor. Amit. §. 1. pag. 5.

*in Prolegomenis ad S. Severini acta ; & ad illa SS. Nerei, & Achillei die 12. Maji Papebrochius*. Post hæc Marangonius nimis forte acriter confutat his verbis Lilii opinionem: *Mirandum sane est ; quod post tam ingens lumen erroribus actorum D. Victorini a Card. Baronio, & aliis objectum, nec in conspectu monimentorum, quae prae oculis habebat, tantum coecutiret Lilius, ut in historia sua Camerinensi scribere non erubuerit, S. Victorinum ipsum Eremitam fratrem S. Severini creatum fuisse Episcopum Camertem, nec illum puduerit testimonium mendacii afferere diploma quoddam Archivii Cathedralis S. Severini in quo nulla penitus de Episcopatu S. Victorini mentio reperitur, sed tantum nominatur Confessor &c.*

IV. Parcat tamen verbis Marangonius, nec tam inhoneste Lilium offendat. Sub nostris enim oculis Guillelmi, & Guidonis diplomata occurrerunt, in quibus S. Victorinus aperte vocatur Episcopus sic: *Divi Ansovini, & Victorini Pontificum*: Attamen duo illa monumenta forte perlecta autographa non sunt, sed apographa, & exemplata anno 1510. a Jo. Corradi notario Camerinensi. Documenta vero autographa, quae in laudato tabulario S. Severini servantur, equidem legi, & cum apographis convenire minime comprehendi. Dissimulare non possumus quod in autographo diplomate Guillelmi dato anno 1253. habetur: *Ansovini, & Victorini Pontificum*: attamen verbum illud *Pontificum* abrasum est: (a quo, & quando nescimus) in diplomate vero Guidonis aperte, & candide legitur: *D. Ansovini Episcopi, & Victorini Confessorum*: & hoc diploma datum est anno 1261. e Monasterio S. Crucis fontis Avellanae. Forte Notarius, qui in Guillelmi diplomate legit *Pontificis* honorem Victorino attributum, pro suo ingenio, & quasi mendosum reputans Guidonis posterius diploma in suo exemplo Pontificis dignitatem voluit Victorino restituere. Juvat etiam animadvertere in eodem tabulario alterum ejusdem Guidonis diploma nos reperisse eodem anno, eadem die, eodemque in loco expeditum favore Monacorum S. Mariani, pro quibus etiam datum est primum, & in hoc pariter legitur: *Sancti Ansovini Episcopi, & Victorini Confessorum*. Haec monumenta, quae ad Appendicem amandamus, autographa Lilium forte fugerunt, & Marangonio patuerunt ; & hinc in Lilium Marangonii jurgia sunt orta. Sed quid inde?

V. Revera nescio cur tanta fides habenda sit hujusmodi schedis post VII. circ. secula a morte *S. Victorini* scriptis ; ut propter illorum auctoritatem *Victorinus* sit Episcopus Camerinensis asserendus. Ideoque si *S. Victorino* cultus tamquam Confessori semper est praestitus, & praestatur adhuc, = si Camerinensis Ecclesia inter Episcopos suos *Vi-*

*Victorinum* nunquam recensuit; & Lilii sententiam, quae ad majus sui ornamentum, & gloriam redundaret non excepit: si Camerinius in additionibus ad Lilii historiam fuse confutat Lilii sententiam de illius Camerinensi Episcopatu; si in antiquissima inscriptione ad locum, ubi illius sacrae reliquiae in Cathedrali Camerinensi Ecclesia jacebant, *S. Victorinus* Confessor appellatur sic: *De reliquiis S. Victorini Confessoris* [1] non videtur ultra laborandum ad hanc veritatem firmandam: neque epistola Athalarici Regis ad Victorinum Episcopum, quam profert Lilius [2] habet aliquid, quo ad *Victorinum* Episcopum Camerinensem credenda sit missa.

VI. Tutiori propterea consilio Marangonius Jacobillium, qui hujus Victorini asserti Camerinensis Episcopi acta confinxit, & mille fabellis replevit, insectatus fuisset. Audias, quaeso, quomodo Jacobillius deliret: Victorinus (tales sunt Jacobillii sensus) fuit Episcopus, & Civis Camerinensis. Bonifacio vita functo, selectus fuit ejus successor a Symmaco anno 510. Interfuit Synodo Romae habitae ab eodem Pont. una cum Venantio Camerinensi Senogalliae Antistite, & altero Venantio Camerinensi Cardinali tit. S. Marcelli. Nostro Victorino scripsit Athalaricus Rex; & de eo memoria habetur in diplomatibus Guillelmi Episcopi Camerinensis anno 1254, & Guidonis anno 1261. Tandem Visionarius hic homo asserit absolutum a patrato crimine fuisse Sanctum Victorinum fratrem Sancti Severini Septempedani Episcopi ab hoc Victorino Antistite Camerinensi. Nonne haec narratiuncula infinitis scatet erroribus, fabulis, & somniis?

VII. Ut vero tot gestorum synceram veritatem assequamur, & vera a falsis segregemus, SS. Severini, & Victorini fratrum Septempedanorum acta breviter hic referamus. Sic, an vera de S. Victorino Jacobillius, an Marangonius, an etiam P. Cancellottus (3) protulerint, facillime assequemur. Duos utique SS. Severini, & Victorini actorum scriptores habemus. Exemplum primi scriptoris legitur in Codice Palatino (4) Bibliotecae Vaticanae exscripto seculo IX. Alterius scriptoris acta habebantur in vetusto Ecclesiae San Severinatis lectionario flammis quidem jamdiu consumpto; at fideliter prius a probis, doctisque viris exemplato. Acta priora stylo sane simplici, & parum conveniunt seculo, quo fuerant composita seculo forsan VII: nam Ado, qui seculo IX. floruit, his actis est usus in suo Martyrologio, ut bene perpendit Raphaellius in sua historia Cin-

[1] Lil. P. I. Lib. III. pag. 103.
(2) Idem Lil. Part. I. Libr. III. pag. 99.
[3] Cancell. Vit. di S. Sever. Lib. II. Cap. VIII.
(4) Signat. num. 846.

Cingulana. [1] Altera multo posteriora sunt disposita ad usum San-Severinatis Ecclesiae. Eruditi utrorumque actorum possunt antiquitatem facillime comprehendere ; quum a Bollando (2) sint utraque vulgata.

VIII. Cogimur propterea posteriora acta prioribus post habere, quamvis in illis venerabiles traditiones Ecclesiae Septempedanae credamus insertas, popularibus forsan traditionibus permixtis. Priora selegimus: & haec nobis exhibent Severinum, & Victorinum, non uterinos fratres fuisse, sed germanos (3) *Victorinus* (sic antiquiora habent acta) *sic germanum allocutus est = germanitatis vinculo probabiles Deo hostias obtulerunt = redit ad germanum*, & sic alias ibi passim. Septempedani fuerunt: quo genere incertum est. (4) Qua auctoritate scriptores aliqui illos asserant longinqua in regione natos [5] divinare non possumus. Septempedae bona possidebant stabilia illorum parentes, & Septempedae mortui sunt, acta aperte habent = *Post utriusque parentis obitum distractis facultatibus, pauperibusque divisis* = (6) *Non longe a Septempeda* (7) solitariam vitam duxerunt (8) *Victorinus se de tugurio, ubi cum germano vivebat elimi-*

(1) Rapheël. Lib. ms. inscripto = della introduzione, e progresso della Cristiene Religione nel Piceno.

[2] Acta SS. mens. Jan. Tom. 1. ad diem 8. Comment. praevio num. v. peg. 499.

(3) Baron. in not. ad Martyrolog. ad diem 8. Jun. sic habet = *Horum acta legimus accepta ab eorum Ecclesia* (loquitur de posterioribus) ex quibur novimus hos fratres fuisse uterinos, vitamque eremiticam duxisse.

[4] Posteriora acte S. Severini hebent, divos hos fratres *magna ortes fuisse prosapia*.

[5] Sabellic. Lib. ix. Antropol. è Pennonie Severinum, & Victorinum progressos scribit. Ferrer. in act. S.Severini natum Severinum in Latio, & praecise in uno ex Romae suburbiis: Leon. Franc. Amiterni vult natus utrosque fratres; et nulle fulfulti auctoritate heec asserunt laudati Scriptores.

[6] Prae oculis sunt habenda haec verba = *Post utriusque parentis obitum distractis facultatibus, pauperibusque divisis* = ex iis enim optime cum Cancellotto in Vit. S. Severini Lib. 1. Cep. 1. conjicimue S. Frattes Septempedanos fuisse, non advenas.

(7) Sunt etiam advertenda ea verbe = *Non longe a Septempeda* = ad veritatem assequtodem actorum SS. fratrum, quotum more auctoritate syncerorum actotum fletuitur Septempedae propinque.

(8) Nil de monachetu SS. Severini, & Victorini antique acte habent, solumque memorant solitariam vitam illos duxisse *non longe a Septempeda*. Leon. Freneus Victorinum nostium vocat Eremitam = *ad suum Eremum Eremita recessit* = Monachatum. SS. fratrum in Monasterio Sencti Laurentii in Doliolo somoium puto. Nimis proximum Septempedae muris, & Aedibus erat hoc Monasterium. Circus enim Septempedae forsen erat ibi, ubi hodie nundinae fiunt, locusque appellatur = *le Carceri* = ubi publica spectacula habebantur, a quibus antiqui Monachi abhorrebant. An ente Septempedae vastitatem S. Laurentii in Doliolo templo coenobium esset junctum cum Monechis nulla nobis documenta probant. Secretiori itaque recessu figamus hos. Senctos, sed *non longe a Se-*

*minat ; silvas petit vicini montis , quem dicunt Polacem .* (1) Hic se Victorinus abdidit *in specu , quod natura praestiterat ; sedit in specu excelse rupis , quod supter fluentis aquae geminum sinuarat abruptum .* (2) In hac solitudine lapsus est Victorinus. Admirabilem vero suam explevit poenitentiam in Monasterio a S. Severino condito , quo facti poenitens confugit . (3) Patet ab ipsis actis frequens Episcopi accessus ad Victorinum a Severino vocati = *Mox Severinus Episcopo nunciavit de fatris facto* : *deducit suum Pontificem* (4) *ad locum* : *Cumque idipsum sepe* (5) *fecisset &c.* Insuper a Severino frater poenitens pascebatur , ut habent acta = *Dominica modicum panem nec plus , aut minus aque a fratre capiebat , qui etiam se simili cibo , & jejunio pro fratre macerabat* = Sic Severinus non longe a poenitente fratre manebat . Tandem transacto triennio = *Et cum hoc per omnes fama jactaret ..... Coëunt omnes ad Episcopum ..... clamant esse solvendum ; qui* ( Episcopus) *venit cum omnibus ad Monasterium* (6) *nec ut solebat lenis , sed plu-*

*a Septempeda* . Forte in summitate *montis nerii* , seu *nigri* . Mons nerius appellabatur collis ille , ubi castellum fuit coostitutum *Castrum regale* prios dictum , & postee a *S. Severino* nomen usurpavit . Fuit cestrum istud coustitutum post Septempedae desolationem . Imminet mous iste coenobio S. Laurentii iu Doliolo . In monte igitur uetio habuisse recessum SS. fiatres , & S. Severioum suum coudidisse Monasteriom probabili conjectura teneuduoı est . Immo vero id certum videtur ex entiquissimis leudetis actis in qoibus sic legitus = Severiuos iu eodem sepultus loco , in qoo hebueret monesterium ; seu ut Ado scribit = lo quo abstinentissimus vixit . Severinos sepultus fuit in monte nerio ; In moote igitur nerio habuit Mooasterium v. Csp. vsr. hoius Libri num. vı. Ee tempestete oodequaque arboribus montem illum coopertum credimos aptissimum propterea ad Monesterium constituendum Septempedee proximum .

(1) Quotquot acte S. Victorini Septempedeni scripserunt putarunt *Polacem* , seu ut alii leguot *Prolacem* montem fuisse prope *Ploracum* , seu *Prolaqueum* in via Flaminie situm *Piorace* dictum : At quae vicinitatis montiom Prolaquei cum Septempeda ? Distabet Septempede a Prolaqueo ad minus x. mill. pass. Quae vicinitas a Monesterio S. Severini in agro Septempedeno , *& non longe a Septempeda* condito montium Proleqoei ? Quae nam sunt *sivae vicini* montis , quo perrexit Victorinus ? Alio igitur quaerenda haec solitudo videtur , & non longe e Septempeda , & a Monasterio S. Severini . Nostras conjecturas proponimus ; nil tameo asserere volumus .

(2) Locus , & solitodo , quo S. Victorinus fugit non longe a fiatre suo Severino petbelle hic describitur , & sub oculis descriptio ponit solitudinem , & recessum S. Michaelis , & *Eustacbii de Demoris* , de quo aliae in serie . Haec solitudo a Castello S. Severini dissita est ııı. mill. circiter pass. pet illa abtupte montiom , quibus via aperitur Camerinum versos ad dexteram Potentiee fluvii . Ibi permultae specus a neture apertee sunt , & via illa = *le grotte di S. Eustacbio* = nuncupatur .

(3) Vide quem rationi consona sit nostra conjecture , qua Mooasterium a S. Severino conditum firmamus in summitate montis nerii prope Septempeda .

[4] Si *suum* , nempe *Severini* Episcopum ; ergo eret Episcopus Septempedanus.

[5] Si *sepe* ; ergo *non longe a Septempeda* . Non tem sepe iter x. ad minus mill. pass. poterat ertipi ad Ploreci usque recessus .

(6) Utiqoe ad illud , quod condidit S. Se-

*plurima auctoritate succinctus .... Ad referandum arborem artificum manus, & multitudo colligitur.* Volebat enim Episcopus finem ponere Victorini poenitentiae. Victorinus vero prius = *petit hebdomadae jejunium* = Obtinet. Impleta hebdomada redit cum populo Episcopus; *omnis etas, uterque sexus accurrit; magnis ac minimis terra densatur, scanditque tectum Monasterii*, [1] *arbores onerantur; clamor idem omnium: beatiss.me Papa* (2) *absolve, quem absolvit Deus* = Tunc Episcopus erecta manu facto silentio locutus est &c. & post breve Episcopi colloquium, ut acta habent, S. Victorinus... *elevans ad celum vultum .... oblatoque prius a Sacerdote Sacrificio actum ingemiscens oravit.* Completaque oratione = *Celum ex serena parte intonuit, vinclaque arboris purior ignis absolvit. Ruit in faciem turba circumstans, & qui ceciderat solus erectus est. Itaque omnibus collaudantibus Deum, deductus est ad Ecclesiam &c.* Sunt haec Severini, & Victorini acta, quae nobis, & vitae genus illorum, & Victorini post lapsum miram poenitentiam clare & fideliter narrant. Quae sequuntur in Adone = *in qua degens sine Crimine raptus brevi Amiternine urbis suscepit sacerdotium* = non utique spectant ad nostrum Victorinum; sed forte Adonis sunt, qui Victorinum Amiterninum cum Septempedano confundit.

IX. Ex hinc usque dictis statuendum videtur Monasterium a S. Severino conditum *non longe a Septempeda* in monte-nerio; lapsum S. Victorini inter Silvas Monasterio vicinas forte in Valle Gabiana, & *in specu quod natura perstitit* in loco de Domoris, & tandem locum poenitentiae Victorini, in eodem Montenerio, & prope Monasterium S. Severini. Restat nunc perquirendus locus dormitionis S. Victorini: ad quem expiscandum juvat perpendere, admirabili illa triennali poenitentia Victorinum nostrum celeberrimum undequaque factum, & ut *Angelum* (ut Mombritius (3) scribit) habitum maximam apud omnes nactum fuisse venerationem, & cultum. Ut ergo omnium oculis se Sanctus poenitens subtraheret, longe ab illo Monasterio; id etiam forsan adprobante S. Severino, in remota aliqua se solitudine abscondere studuit, illamque selegit in montibus Prolaquei, ubi abditus vixit, & vitæ cursum feliciter consummavit. Ecce stationes nostri Victorini sic distributas, ut nil in illis inverisimile appareat. Ecce quomodo S. Victorini Lipsana Cameri-

M nen-

S. Severino *non longe a Septempeda*. Venit ergo Episcopus probabilius Septempedanus, quam Camerinensis, ut quidam cum Lilio P. 1. Lib. III. pag. 95. scripserunt.

[1] En locum poenitantiae Victorini tam proximum Monasterio, ut ab illius tecto Victorinus ab arbore pendens posset intueri.

(2) Nomen *Papae* Episcopis datum perantiquum est.

(3) Mombr. in Vit. S. Vict.

nensis Ecclesia acquisierit; & verum etiam sit, quo in exemplo quodam antiquo actorum S. Victorini scriptum reperit Lilius: (1) *Cujus beatum corpus Camertes postea in urbem portarunt, & in Episcopali Ecclesia sepultum est* = Si nostrae conjecturae videantur admittendae, nemo non videt quanta cauthela sunt nostri Lilii sententiae de Episcopatu Victorini excipiendae.

X. Apud Prolacenses traditio tantum viget de Victorini lapsu, & de triennali apud ipsos peracta poenitentia. Specum, ubi lapsum volunt Victorinum, figunt pene in tertia parte praerupti montis = *delle grotte di S. Vittorino* = dicti, a Prolaqueo (2) cc. pass. circ. dissiti. Specus descriptio haec est. Illius altitudo in ingressu est palm. 9. latitudo palm. 4. $\frac{1}{2}$ longitudo, & profunditas palm. 19. In medio cryptae sensim specus restringitur. In illius medio saxum assurgit ubi antiqua tela stat semilacera, & in ea S. Victorinus pictus est a Demone illusus. Ad sinistram in ingressu specus ad altitudinem palm. 4. circ. loculus est instar fontis sex palm. rotundi, & super illum foramen apparet, per quod aqua forsan stillabat. Ligneus cancellus specum custodit, ad quem ascendimus per angustam, praeruptamque viam per quosdam rudes gradus scalprorum vi factos. Ad radicem montis, qui *mons primus* nuncupatur, volunt S. Victorinum suam explevisse admirabilem poenitentiam; & a specu ubi S. Vir lapsus est abest pass. circ. cccc; ubi parochialis Ecclesia Prolacensis est aedificata. Dictitant etiam, ubi princeps templi ara assurgit, ibi arborem fuisse in qua suam explevit poenitentiam S. Eremita. Nil habent Prolacenses de loco dormitionis Victorini, nil de Monasterio S. Severini, quod certe ad radices montis esse debebat, ubi S. poenitens culpam expiavit.

XI. Si quis vero cum synceris actis S. Victorini traditiones Prolacenses conferat, forte respuendas esse facillime comprehendet. Et primo quidem Victorinus dici non posset a S. fratre suo sejunctus, & remotus, si longe a Monasterio cc, vel ccc. pass. in illa specu sese inclusisset more tunc Orientalium, & Occidentalium Monachorum. Secundò; improbabilis est poenitentia Victorini ad radices montis prope Monasterium S. Severini: utrumque enim situm fuisset in via Flaminia, & prope Prolaqueum, quod per ea tempora certissimè existebat. (3) Et tandem perspecto situ specus, Demonis fraudes Victorino potuissent illico detegi. Quomodo enim illuc ascendere mu-

[1] Par. 1. Lib. III. p. 96.

[2] Prolaqueum per illa tempora existebat auctoritate itinerarii Antonini, eratque ibi statio militaris, cum illud esset conditum in illo tractu viae Flaminiae, qua Roma Anconam progredimur.

[3] Bergerius de publ. & milit. Imper. Rom. viis apud Grevium Tom. X. col. 376.

mulier potuit quaerens hoſpitium in illa procelloſa obſcura nocte, ſi ſitus erat tam difficilis aſcenſu, mons ubique impervius, & non niſi ex induſtria, & maximo cum labore ſuperandus; quando paratum habere poterat Prolaquei hoſpitium, vel illud implorare a S. Severino in Monaſterio ſuo, quod certiſſimè inibi eſſe debebat? Praeterquamquod anguſtia illius cryptae, ubi lapſus eſt Victorinus, in ſynceris actis deſcriptae (1) vix ad duos excipiendos homines capacis nullatenus congruit cum amplitudine, latitudine, & profunditate cryptae Prolacenſis, quam ſupra dedimus. Coetera, quae noſtris actis adverſantur, omittimus, quum noſtras conjecturas minime deſtruant.

# CAPUT IV.

## *De Epiſcopis* VII. *&* VIII *ſeculi*.

*I.* Glorioſi *Epiſcopatus* VII. *ſeculo certus eſt*.
*II.* Projectus *a ſerie rejicitur*.
*III.* Felix *ſucceſſor* Glorioſi *fuit*.
*IV.* Solon *ſeu* Salmes *forte inter Epiſcopos noſtros adnumerandus eſt*.
*V. Camerinum a Langobardis Solon liberavit; & forte ſub ejus Epiſcopatu S. Venantius Patronus Civitatis fuit proclamatus*.

I. AB anno 504, quo *Bonifacii* memoriam certam habemus, ad annum 649, quo Epiſcopali dignitate fulgebat, *Glorioſus*, vaſtus patet hiatus annorum 145. in noſtra ſerie. Qua ratione id evenire potuerit, habes in praeliminari Diſſertatione. (2) Epiſcopus iſte interfuit Lateranenſi Concilio Romae habito (3) ſub Martino I, ubi 150. Epiſcopis praeſentibus, typo Conſtantis Imperatoris proſcripto, Monothelitarum haereſis, ejuſque promotores Cyrus, Alexandrinus, Sergius, Paulus, & Pyrrus Conſtantinopolitani fuerunt condemnati. Ibi *Glorioſus* obſignatus legitur: *Ego Glorioſus Epiſcopus Sanctae Camerine Eccleſie ubi ſupra*.

II. Proſequitur Ughellius feriem noſtrorum Antiſtitum, & poſt *Glorioſum* in illa ponit *Projectum* ſub Eugenio Romano Pontifice anno 694. Aſſerit etiam martyrio coronatum anno 660. ex antiquis Camerinenſis Eccleſiae documentis: At ſub quo tyranno, ubi, & quare martyrii palmam promeruerit reticet Ughellius, cui turpiter neſcio

M 2

(1) Cancellott. Vit. di S. Sever. Lib. II. Cap. III. pag. 81.

(2) Cap. II. de ortu Eccl. Cam. §. III.

(3) Labb. Collat. Concil. Tom. VI.

ſcio quis impoſuit; nulla enim monumenta praeſto ſunt neque in Camerinenſibus tabulariis, neque alibi ad hanc gloriam *Projecto* firmandam. Immo vero documenta omnino deficiunt queis Camerinenſis Eccleſiae poſſimus *Projectum* ſuſtinere paſtorem. Lilius [1] hunc errorem confutat; probatque *Projectum* apud Belgas martyrio coronatum in Civitate Camerinenſi una cum Maſſilinda eximiae pudicitiae foemina Arvernenſem fuiſſe Epiſcopum, ideoque nos e noſtrorum Antiſtitum catalogo tollimus.

III. *Glorioſi* ſucceſſorem habemus *Felicem*, nullo forſan intermedio Antiſtite. Ab anno enim 949, quo florebat *Glorioſus* ad annum 680; quo certam *Felici* Camerinenſem Sedem aſſignamus, XXXI. tantum intercedunt anni; & ſpatio XXXI. annorum inter ipſos diviſo, ambo potuerunt hanc Eccleſiam facillimè gubernare. *Felix* igitur in Conſtantinopolitano VI. generali Concilio ſub Agathone Rom. Pont. anno 680. die 5. Nov. inchoato, & in ſequenti anno 681. producto obſignatum legimus *Felicem* noſtrum = *Felix exiguus Epiſcopus ſanſte Camerine Eccleſie in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus ſimiliter ſubſcripſi.* (2)

IV. Poſt *Felicem* forte floruit *Solon*, ſeu *Salmes*. Tam debilibus tamen argumentis *Solonis* Epiſcopalis Sedes eſt innixa; ut de illa nil certè aſſerere poſſimus. Quod de *Solone* memoriae proditum eſt dicam. Ughellius vult *Solonem* ſedem tenuiſſe Camerinenſem anno 750. tempore Zaccariae Rom. Pont., ipſique apprimè charum fuiſſe aſſerit. In ſua hiſtoria Lilius [3] non praeterit *Solonem* quem vult una cum Civibus Camerinum a Longobardis obſeſſum ſtrenuè defendiſſe, & ab obſidione liberaſſe. Fatetur tamen id aſſerere fide cujuſdam commentarii volantibus foliis excuſi, cui ſuffragatus, ait, auctoritas emeriti ſcriptoris, cujus nomen reticet. Poterat Lilius commentariolum illud vulgare, vel ſaltem ſcriptoris nomen non reticere; ut exinde emunctae naris viri utriuſque merita ſubodorarentur. Hiſtoria enim ab arcanis abhorret. Illius memorandae victoriae ſeriem ſcripſit P. Jo: Baptiſta Bracceſchius ex Ordine Praedicatorum ſeculo XVI, illamque vidimus aſſervatam in tabulario priorali Camerini. (4) An Bracceſchius ſcriptor ille eſt, cujus nomen reticet Lilius?

V. Ca-

(1) Part. I. Lib. IV. pag. 118, & 116. auctoritate Molan. in Natal. SS. Belg. die 13. Nov. & Sigibert. in Cronic.

[2] Labb. Collect. Concil. Tom. VII.

[3] Part. I. lib. IV. pag. 121.

(4) Hujus commentarioli titulus eſt = *Hiſtoria della glorioſa Vittoria di Camerino contra i Longobardi dell'anno 754. ſcritta dal P. Fr. Gio: Battiſta Bracceſchi Fiorentino. Dedicato a' molto Magnifici Signori Conſiglieri, e Signori Priori dell'antica e illuſtre Città di Camerino li 4. di Dicembre 1588.*

V. Camerini liberationem nobis exhibet Lilius, (1) & P. Mathaeus Pascuccius (2) in Vita S. Venantii, forsan a Braccceschii commentario extractam, cujus summa haec est. Agiulphus Langobardorum Rex vix compertum habuit Ravennatem Exarcham ad suam ditionem perplures reduxisse Civitates, ingenti agmine a Canardo, & Barbato ducto, in Exarcham irruit, regiones undequaque ruinis, & sanguine spargens. In Camerinum etiam progressus est. Camertes autem duce *Solone* Episcopo suo obsidionem sustinere parati, antequam in hostes aciem conferrent, ad Sancti Venantii sui patrocinium confugere statuerunt. Solon itaque ad Sancti Martyris aram coram populo immaculatam obtulit hostiam Deo, a quo, intercessore Venantio, enixis precibus Civitatis liberationem, hostium fugâ, & ruinâ, imploravit. Mox, nulla interpositâ morâ, intrepidus in hostes irruit, praeliumque commisit, eo felici successu, ut fugato, attritoque hoste, Civitas ab obsidione liberata sit. Id evenisse, ajunt, anno 754. Quae, si vera sint, conjicere possumus tempus, quo S. *Venantius* a Civibus suis Civitatis Protector fuit conclamatus. Et forte per haec tempora, anno videlicet 754. id factum esse conjiciendum est. Quicquid exinde scribit Lilius (3) evenisse tempore Theodorici de mirabili illa Sancti Venantii apparitione vexillum manu gestantis, multis militibus stipati, Urbis moenia strenue defendentis, hostesque terrore incutientis, atque fugantis, sub *Solone* verosimilius est referendum, & per haec tempora S. Venantium Patriae Protectorem, & Defensorem acclamatum fuisse conjicimus. Cultus propterea S. Venantio a Camerinensibus primo sub *S. Leontio* praestitus, sub Episcopo *Solone* amplificatus mirificè forte fuit. Verum est utique, certis documentis *Solonis* Episcopatum sustinere non posse; Ecclesiae tamen Camerinensis traditio non est contemnenda, quâ sisi in Episcoporum serie *Solonem* numeramus.

[1] Lil. histor. Camerin. Par. 1. Lib. IV. pag. 120.

[2] Pascucc. Vit. S. Ven.

(3) Part. 1. Lib. III. n. V. pag. 76.

# C A P U T V.

## *Statuitur aera Episcopatuum Sancti* Ansovini, *&* Fratelli: *& agitur de* Anselmo, *&* Celso *Episcopis IX. seculi.*

*I. Ughellius post* Solonem *ponit S.* Ansovinum.
*II. Lilius probabilius Ansovino praeponit* Fratellum.

*III. Ar-*

*III. Argumentis haec series firmatur.*
*IV.* Fratellus *erat Episcopus anno* 844.
*V. Juxta Lilium Ansovinus ordinatur Episcopus anno* 850.
*VI. Quanto tempore Ecclesiam rexerit.*
*VII. Ansovinus inter Monachos prius: mox Eremita: tandem inter Episcopos adscriptus. Obiit die 13. Martii. Eligitur Camerini Protector.*
*VIII. Successor S. Ansovini* Anselmus.
*IX. Post hunc habetur* Celsus, *seu* Celus; *documento Theodosii Episcopi Firmani.*
*X. Episcopatus* Celsi *rejicitur; & Theodosianum diploma falsum probatur.*

I. Post *Solonis* Epscopatum Ughellius exhibet in serie *S. Ansovinum*, de quo scribit: *S. Ansovinus populo, Cleroque suffragante Episcopatum ascendit anno* 816. *evolavit ad praemia die* 13. *Martii* 840. quae si vera forent, Sanctus *Ansovinus* per annos XXIV. Ecclesiam suam administrasset, & *Fratellus* Sancti *Ansovini* successor fuisset, quemadmodum seriem suam prosequitur laudatus Ughellius.

II. Sequi tamen Ughellii opinionem non possumus; multoque minus illam Papebrochii, qui S. *Ansovini* ordinationem figit ad annum 822. [1] Lilius [2] credit *Ansovinum Fratello* esse postponendum; quamvis fateatur nil certe sibi praesto esse ad aeram definiendam ordinationis S. *Ansovini*, quam ipse Lilius ad annum figit probabili conjectura 850. & hanc nos libentius sequi malumus rationibus infra producendis.

III. S. Ansovini acta a Bollandistis eduntur. (3) Scripta ab Egino Monacho, scriptore pene coaevo, & ad Petrum Episcopum nostrum florentem anno 963. oblata; disposita eodem forte seculo, quo Sanctus Ansovinus decessit. Nil haec acta habent, quod illorum sinceritatem, fidemque perturbet. In iis actis *Ludovici Caesaris* nomen expressum habemus; sed quum duo fuerint Imperatores *Ludovici* nomine IX. florente seculo, alter videlicet *Ludovicus Pius* Caroli Magni filius; alter *Ludovicus* filius Lotharii Ludovici Pii filii dictus II; hinc dubitandi locus datus est, an S. *Ansovinus* sub primo, an sub secundo Ludovico floruerit. Ad has tamen tenebras diluendas acta prosequamur, queis certiores reddimur venerandum Ansovinum summam sibi nactam fuisse *non solum a vicinis, vel a longinquis aliis venerationem .... sed etiam ab ipso Caesare Lodobico videlicet*,

(1) Acta SS. die 13. Martii Tom. II. pag. 321. in praevio commen.

[2] Part. I. Lib. IV. pag. 131.

(3) Acta SS. ubi sup.

*cet*, *eo quod christianissimus esset*, *qui tempore illo romani regebat habenam imperii*, *veneraretur*; *prae aliis adsumens eum sibi in spiritualem patrem*. En *Ludovicum* Imperatorem, de quo agunt acta, in Italia commorantem, Ansovinum nostrum adsumpsisse *eum sibi spiritualem patrem*. Primus Ludovicus Caesar proclamatus anno 813. [1] Italiam nunquam vidit. Ergo Ludovicus iste in actis S. Ansovini memoratus non videtur esse Ludovicus Pius. Ludovicus vero II. Lotharii Filius in Italiam venit anno 844, quo fuit Italiae Rex proclamatus, & anno 850. Imperator inunctus, & in Italia semper mansit, vitam ibi finivit, & Mediolani sepultus est anno 875. (2). Imperator iste potuit sibi seligere Ansovinum *in spiritualem patrem*; & huic Imperatori laudes debentur *Christianissimi*; illaeque a Reginone [3] adtributae, quas in suis Annalibus Muratorius [4] & Lilius reperit in historia sua. (5) Imperante igitur Ludovico II. aeram nos firmamus ordinationis *S. Ansovini* post Episcopatum *Fratelli*.

IV. Anastasii Bibliothecarii auctoritate a Baronio (6) anno 844. producta, tenebat eo anno Episcopalem Camerinensem sedem *Fratellus*, quem *Frantellum*, vel *Frontellum* vocat Ughellius. Fuit *Fratellus* unus ex iis Episcopis, qui solemni illi conventui Romae a Sergio II. habito interfuit, quo Italici Regni fuit corona redimitus laudatus Lotharii filius *Ludovicus* ad divi Petri Basilicam; & cum ipso *Fratello* interfuerunt Gregorius Archiepiscopus Ravennas &c. Sigismundus Episcopus Asculanus, Visus Firmanus, Recipertus Nucerinus. Quo tempore suum obierit diem *Fratellus* argumentabimur infra. Illius tamen in Episcopatu successor S. Ansovinus est habendus.

V. Lilius ut supra dictum est conjicit S. Ansovini ordinationem figendam esse anno circ. 850, quo anno Ludovicus fuit forsan Imperator inunctus. [7] Electionem S. Viri a Clero, & populo factam credit, antequam Ludovicus esset Imperator proclamatus, per illa verba, quae in actis habentur = *regis gratia quesitus est Ansovinus*: Nemo non videt, quanti est habenda haec conjectura. Ludovicus enim ab Egino, modo Caesar, modo Rex nuncupatur: utrâque enim dignitate Princeps ille fulgebat. Possumus tamen ordinationis S. Ansovini aeram propius intueri certiores facti de temporis spatio, quo S. Praesul Ecclesiam Camerinensem gubernavit.

VI. Id ab actis ab Egino scriptis dilucidè deprehendimus. Acta habent S. Ansovinum per annos circiter XVIII. Ecclesiam sibi commis-

(1) Murat. Annal. d'Ital. ann. 813.
[2] Murat. ubi supra ad ann. 875.
[3] Regin. in Chron.
[4] Murat. ubi sup.
[5] Lil. P. 1. Lib. 4. pag. 128.
(6) Baron. Annal. Eccl. anno 844.
(7) Murat. Annal. d'Ital. anno 850.

missam administrasse sic = *Hic* (Ansovinus) *itaque cum jam fere ageret octavum decimum ordinationis suæ annum plenus dierum, idest bonorum operum fructibus ..... feliciter migravit ad Christum* = Si ergo sequamur Ughellii superius productam sententiam, & Ansovinum velimus anno 816. ordinatum, & anno 840. vita functum, hunc Episcopum habebimus non per XVIII, sed per annos XXIV. contra Egini auctoritatem. Si sequamur Papebrochium, ordinationem Ansovini figemus ad annum 822; assignato emortuali S. Antistis anno ad annum 840, a quo detractis XVIII. illius Episcopatus annis, ut probant acta, resultat ordinationem illius fore figendam ad annum 821. Alterutrâ ex iis sententiis admissâ, ordinatio S. Ansovini ad tempora esset figenda non Ludovici I, neque II, sed Lotharii, cui Ludovicus Pius imperium cessit anno 817. & Italiae regnum anno 820. [1] Sententia igitur magis rationi consona videtur, si cum Lilio ordinationem S. Ansovini ad annum circiter 850, nempe vel labente anno 844, quo florebat Fratellus, vel 845. ineunte firmemus, vitâ functo Fratello, & annum 861 emortualem S. Ansovini signemus. Sic inter Fratelli, & Ansovini obitum reperiemus illos *fere* XVIII. annos ab Egino Ansovini Episcopatui assignatos. Forte Egini acta alterâ nos implicabunt difficultate per illa verba = *Per idem tempus* (Caesaris nempe Ludovici) *factum est ut Camerine Civitatis Ecclesia aliquantisper absque presule regeretur* = Posset enim aliquis vi adverbii *aliquantisper* transferre ordinationem S. Ansovini ante Fratellum; quum ab Episcopatu Solonis, qui nostram Ecclesiam forte regebat anno 750 circ. ad annum 844, quo florebat Fratellus, pene per seculum unum Episcoporum memoria deficiat: quando, vitâ functo Fratello, nil obest, quin credendus sit Ansovinus illico ordinatus Episcopus; & propterea Ecclesia Camerinensis *aliquantisper* non vacasset. Huic tamen difficultati potest facile occurri, dicendo: quod illud adverbium *aliquantisper* exprimit modicum tempus, quod revera, si Camerinensis Ecclesia per seculum circ. unum vacasset, non bene congrueret. Potuit propterea a morte Fratelli *aliquantisper*, per unum scilicet, vel alterum mensem sedes Camerinensis vacare, culpa forsan Ecclesiam illam sibi arrogantium, & hac de causa Episcopi electio retardata *aliquantisper* fuit, & ad hujusmodi impedimenta tollenda, *regis gratia quesitus est Ansuinus*. Acta audiamus = *Per idem itaque tempus factum est, ut Camerine Civitatis Ecclesia aliquantisper absque presule regeretur suo quippe defuncto pastore. Cumque vero, ut assolet, multi conarentur, sed frustra, regis gratia quesitus est Ansuinus* = Hanc igitur electionis moram si ad-

[1] Murat. ubi supra anno 820.

admittamus, en tempus XVIII. circ. annorum regiminis S. Ansovini non deficere, & forsan possumus asserere; post *Fratellum*, Ecclesiam sibi commissam gubernasse *S. Ansovinum* ad annum 861, quo, ut infra videbimus, in Camerinensi Sede florebat *Anselmus*.

VII. Ansovinus igitur noster *ab ipsis ferme primaeve annis aetatis suae educatus inter religionis ordines gerentes* [1] *instructus sacrarum litterarum studiis, Sacerdotii meruit pertingere dignitatem*. Sic ejus acta. Vitam Eremiticam duxit, a qua fuit ad sedem Episcopalem assumptus. *Sed Sanctus renuebat, nisi prius obtinuisset, quod cupiebat ab Augusto. Jam enim pessima inoleverat consuetudo, quae Episcopos more secularium militare cogebat, quod Ansuinus omnimode a se posse fieri denegabat ...... Haec autem forte meditante secum data est optio Sancto Viro a premisso Caesare* (2) *secure accedendi ad Pontificatus bonorem, quia non auderet eum quisquam compellere deinceps militie rei inservire secularis. Hac itaque sponsione accepta B. Ansuinus ......fideli postulationi omnibus exultantibus assensum prebuit*, & Episcopus a Rom. Pontifice ordinatus, Camerinum rediit, populumque sibi commissum eo catholicae Fidei ardore, & pastoralis sollicitudinis studio gubernavit, ut a Deo, dum adhuc in vivis ageret, miraculis illustratus, ad coelestem patriam die XIII. Martii, ut fama est, feliciter evolaverit; & ob innumera Camerinensi populo beneficia Sancti Antistitis sui patrocinio a Deo diffusa inter Camerinensis Civitatis patronos adscriptus sit, summoque in honore habitus.

VIII. Sancti Antistitis Ansovini successorem habemus *Anselmum* Ughellio ignotum. Interfuit *Anselmus* Concilio a Nicolao I. Romae habito anno 861. contra Joannem Ravennatem Episcopum, qui nimis durè suam regebat Ecclesiam. Hujus Concilii acta primus vulgavit cl. Abbas Bachinius; mox a Labbeo in sua Conciliorum collectione [3] relata sunt.

IX. Post *Anselmum* sequitur in serie *Celsus*, sive, ut legit Mansius (4) *Celus*, de quo nullam habet memoriam historia Camerinensis. Ughellius *Celsum* obsignatum reperit Camerinensem Episcopum in donatione, quam Theodosius Episcopus Firmanus fecit Monaste-

N rio

[1] Educatio S. Ansovini *ab ipsis ferme primaevae annis aetatis suae inter religionis ordines gerentes* videtur exprimere sanctum juvenem unum ex illis fuisse pueris, qui *oblati* dicebantur, & a nobilibus genitoribus Monachis tradebantur educandi. Mos iste tempore etiam S. Benedicti erat inductus, & propterea in sua regula Vir ille beatissimus morem illum confirmavit. A Monasterio exinde potuit Ansovinus ad Eremum transire, unde ad Episcopalem Sedem fuit assumptus.

[2] Nempe Lodovico II. Lothatii filio.

(3) Labb. collect. Concil. Tom. x. pag. 193.

[4] Mans. addit. ad Concil. T. I. p. 147.

rio S. Crucis sito in agro Sancti Elpidii illustris Oppidi Firmanae Dioecefeos anno 887. Schedam hujus donationis ab Ughellio [1] datam in Tabulario priorali Sancti Elpidii asservari scribit Medaglia in historia illius Oppidi; quae tamen scheda multis argumentis censetur falsa.

X. Quod Theodosii diploma sit merum commentum ea praesertim ratione probatur, quia ibi asseritur Theodosium inaugurasse Ecclesiam S. Crucis praesente Carolo Crasso Imperatore; sic enim in eo legitur = *Presente D. Carolo imperatore serenissimo cum multis principibus, clericis, & laicis mense Septembris die xiv. exeunte anno dominice incarnationis* 887. *Indict. V. anno imperii D. Caroli in Italia VI.* = Et Carolus huic solemni inaugurationi in Marchia Anconitana non potuit eo anno interesse, quum ex Hermanni Contracti Chronico [2] legamus ad annum 887. = *Imperator Carolus in Alsatia gravi infirmitate detentus jacuit, & parum convalescens incisionem capitis pertulit* = Insuper si Carolus post paschalia festa anni 886. montes transcendit Parisiensem Civitatem a Normannis obsessam defensurus, & suae gentis frenaturus tumultus, solemnem habuit Conventum ultra montes die xi. Novembris anni 887, nec ultra Italiam vidit, ut pene omnes illorum temporum scriptores asserunt apud Calmetium, [3] & apud Muratorium, (4) quomodo in Marchia mense Septembri ejusdem anni potuit summa pace templi S.Crucis inaugurationi interesse? Quid vero amplius immoror ad reprobandum Theodosianum diploma, quod summa eruditione in serie Anconitanorum Antistitum falsum probat doctissimus P. Faustus Maronius Congregationis Scholarum piarum nuperrime ab illo vulgata. (5)

[1] In serie Episcoporum Camerin.
(2) Herm. Cont. Chron. ann. 887.
[3] Cal. histor. Univ. Tom. vii. Lib. xci. n. xliii.
[4] Annal. ad ann. 887.
[5] Romae typis S. Michaelis prope Ripam num. xvii. pag. 24. & seqq.

CA-

# CAPUT VI.

## *De Eudone Episcopo florente seculo* x. *& de ejus successore* Petro.

I. *Eudo aedificat templum* S. Mariae.
II. *Investigatur quale sit hoc templum.*
III. *Lilii opinio de templo* S. Mariae *refellitur.*
IV. Canonica *in Ecclesia Cathedrali Camerinensis tempore Eudonis jam fundata; & de* Canonicis *nonnulla proferuntur.*
V. *Aliae* Canonicae *in nostra Dioecesi enunciantur.*
VI. *De* Castaldia Septempedana; *& nonnulla de* Septempeda producuntur.
VII. *De* Septempedae *desolatione; ejusque Episcopatus suppressione. Et de origine novi oppidi* San-Severini.
VIII. *De* Petri *Episcopatu.*

I. EN primum Episcoporum, quorum nomen dat Ecclesiae Cathedralis San-Severini tabularium. Hic celebre *Eudonis* diploma asservatur (1) datum anno 944. cujus exemplar prae caeteris usque ad hoc tempus vulgatis improbo labore confectum damus in Appendice. A fundamentis igitur erexit *Eudo* templum = *Regnante domno Ugoni nonodecimo anno & filio ejus Lotharius quintodecimo & cellentissimis regibus temporibus Huberti filii ejus inclito marchioni, adque piissimo duci anno secundo per indicione tertia ..... in honore beate Marie Virginis & omnium celestium agminum in Castello, qui dicitur ad Sanctum Severinum super flumen potentie, & super saxu ipsius fluminis prope via pupplica* = Deinde templum dotavit cum placito suorum Canonicorum sic = *Placuit mihi atque convenit inter nos & consacerdotes nostros Cardinales presbiteros, seu venerabiles laicos, ut in ipsius jamdicte Ecclesie dedissemus, & concederemur aliquid de rebus Ecclesie nostre* = & assignavit inter coetera quaedam bona *in gastalda Sūbtēpidano*, idest *Septempedano*. Sunt verba diplomatis.

II. Quale sit hoc templum ab *Eudone* aedificatum haud difficiliter inveniemus. Si enim templum illud constructum est super flu-



[1] Erravit Muratorius, qui Annal. Ital. Tom. v. ad annum 944, asserit diploma Eudonis custodiri in Ecclesia Oppidi Sanctae Severinae in Neapolitano Regno. Custoditur in tabulario Ecclesiae Sancti Severini in Piceno, e cujus autographo exemplar sumpsimus.

men Potentiae, & super saxum fluminis & prope viam publicam, & in Castello, quod dicitur *ad Sanctum Severinum*; inter flumen Potentiae, publicamque viam templi fundamenta jacta sunt; & ab hac descriptione statim intelligemus templum hodie S. Dominico Praedicatorum Ordinis institutore, olim beatissimae Virgini sacrum, quodque olim *S. Maria de Mercato* nuncupatum est, illud esse ab *Eudone* fundatum: non illud siquidem ipsum, quod nunc est magnificentius exaedificatum. Credimus enim illud *Eudonis* non adeo ampla structura fuisse; & per subsequtas temporum injurias, mundique calamitates corruisse. Hoc siquidem templum super flumen Potentiae, & ad ejus dexteram, super saxum ipsius fluminis, ubi saxosum solum est, & scopulosum, & prope viam publicam, illam scilicet, quae e Potentiae ponte *ad Castellum qui dicitur ad Sanctum Severinum* nos ducit per locum *le Carceri* nuncupatum, ubi antiquitus forsan erat Circus, quem Romani in unaquaque ex suis Coloniis, cujusmodi sane Septempeda fuit, constitutum volebant, & ubi hodie nundinae fiunt; unde *S. Maria de Mercato* nomen habuit. Templum hoc illud ipsum esse ab *Eudone* fundatum agnovit Leonardus Francus praeclarus patriarum rerum Scriptor seculi XVI, & P. Gentilius in erudita sua Dissertatione (1) antiquitatum Septempedae contra Lilium, qui *Eudonis* templum cum Plebe Septempedana beatae Mariae pariter sacra confundit.

III. Multum desudat Lilius [2] ad hanc suam opinionem astruendam: attamen vi descriptionis loci, ubi ab Eudone templum illud fuit conditum, Lilium toto coelo aberrasse fatendum est. Ubi est enim templo S. Mariae Plebis Potentia flumen proximum: ubi saxum, cui templum adnititur? Ubi Castellum, *quod dicitur ad Sanctum Severinum* huic templo propinquum? Templum S. Mariae Plebis fuit (ut constans fama est) antiqua Septempedanae Ecclesiae Cathedralis; & a Castello *ad Sanctum Severinum* distat ad minus M. pass. *Eudonis* ergo templum ab illo Plebis S. Mariae est omnino diversum. Quid modo dicendum est de regio *Eudonis* facello in illa Ecclesia S. Mariae Plebis a Lilio invento, quid de picturis gallicis, seu burgundicis ibi pariter a Lilio visis? somnia utique sunt. Certe San-Severinates scriptores in templo S. Mariae Plebis *Eudonis* sacellum, & illas insignes picturas numquam viderunt, & nusquam commemorarunt. Equidem Ecclesiam S. Mariae Plebis diligenter perlustravi; nullibi in ea apparent picturae illae a Lilio somniatae. Ecclesiae structura non excedit XIV. seculum. In templo vero S. Mariae

(1) Diss. dell'antich. Setemp. n.

(2) Lil. P. 1. Lib. v. pag. 158., & Lib. VI. pag. 161.

riae de Mercato, ne veſtigia quidem Eudonis templi ſuperſunt, & picturae in hoc templo, quod ab Eudone fuit aedificatum, non in Eccleſia S. Mariae Plebis apparere debebant a Lilio confuſo cum templo Sanctae Mariae de Mercato. Ad *Eudonis* diploma revertamur.

IIII. Aedificato templo, dotem *Eudo* aſſignavit; & quidem non modicam cum voto ſuorum *Conſacerdotum, & Cardinalium presbyterorum*. Coetus iſte *Conſacerdotum* in Cathedrali Camerini Eccleſia nos certiores reddit ibi fuiſſe conſtitutam unam ex illis Canonicis, quae ea tempeſtate in ſingulis ferme Italiae Civitatibus florebant: idem enim ſonat *presbyteri Cardinales*, ac *Canonici*. *Canon* erat diptychon, ſeu index, in quo deſcribebantur Clerici ad altare praeordinati, qui *Canonici* fuerunt appellati, quia minoribus Eccleſiarum, quibus erant adſcripti Clericis praeerant. Quia vero ſacra Concilia Clericos prohibuerunt duabus Eccleſiis inſervire; immo vero ſtatuerunt, ut illi Eccleſiae, cui primitus adſcripti fuerant, perpetuum, & ſtabile ſervitium impenderent, *Cardinales*, quaſi Cardines fuerunt appellati; erantque principes inter Clericos. Quo factum eſt, ut quemadmodum Clerici, quorum nomina in ſacris diptychis erant ſcripta *Canonici* vocati ſunt; iſti etiam qui ſtabiles, firmi, & alicui Eccleſiae perpetuo erant addicti, tamquam inter Clericos praelatâ auctoritate, *Cardinales* vocarentur. Haec animadvertit Abbas Caeſar Benvenutus V. C. (1) in ſuo tractatu de Clericis communem vitam degentibus. Nec vero Clerici erant tantum *Canonici* dicti, quia in Eccleſiae Canone adſcripti habebantur; (haec enim eſt litteralis *Canonici* nominis interpretatio) ſed quia juxta ſacrorum Canonum (2) Patrumque diſciplinam vitam vivebant communem, habebantque *communem menſam, commune dormitorium, ſtallum in Choro*, & *vocem in Capitulo*; quae ſunt Canonicorum regularem vitam degentium characteres.

V. Ex iis Canonicis, quae x. ſeculo florebant, praeter illam *Eccleſiae Cathedralis Camerinenſis* fide diplomatis *Eudonis*, in quo octo Canonici cum Archidiacono, & Archipresbytero obſignati leguntur; altera forte erat conſtituta *in Eccleſia S. Venantii* in ſuburbio Civitatis; de quibus egimus in Diſſertatione praeliminari. (3) Pari Canonica diſciplina vivebant Clerici *Eccleſiae Septempedanae* S. Severini, probaturque ex Apoſtolicis litteris Alexandri III, & Imperiali Di-

(1) Benven. Tratt. della Vita comune de' Cher. Diſ. III. §. I.

(2) In Concil. Ticinenſi ad annum 818. praeſcribitur, *ut Epiſcopi in Civitatibus ſuis proximum Eccleſiae clauſtrum inſtituant, in quo ipſi cum Clero ſecundum Canonicam Regulam Deo militent*. Murator. rer. Ital. Tom. II. P. II. pag. 153. & in Concil. Rom. ad ann. 816. Cap. VII. apud Labb. Tom. VIII. praeſcribitur ut *omnibus ſit unum refectorium & dormitorium*.

(3) Diſs. praelim. Cap. VI. n. II.

Diplomate Friderici I. Imperatoris. Hujus Canonicae originem antiquissimam putamus. Id sub Episcopo Ugone I. fusius videbimus. In Appendice singula documenta proferuntur. Alia pariter Canonica certo documento probatur *in Ecclesia S. Venantii Fabriani*, quae nunc Cathedralis honore gaudet, de qua alias agemus. In nostris etiam partibus alia *Canonica* regulari ordine coadunata illa erat, quae in agro Cingulano jacet adhuc *ad divi Coronati*, quae *SS. Quatuor Coronatorum Canonica* hodie nuncupatur. [1] Sorte in Tabulario S. Severini documentum reperi ad rei veritatem confirmandam; & est transactio inter Abbatem Coenobii S. Mariae Vallisfocinae, de qua infra, & Priorem dictae *Canonicae* super exortas inter ipsos controversias. Habes documentum in Appendice ad ann. 1209. Hae Canonicae & forsan aliae seculo x. in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis jampridem constitutae Canonica regularitate defecerunt; [2] ad quas restaurandas in nostris partibus cum Episcopi, tum Viri sanctissimi, S. Romualdus Abbas [3] & S. Petrus Damianus (4) curas impenderunt suas.

VI. Tandem ab ipso *Eudonis* documento nonnulla ad profanam eruditionem nostrae Antiquae Dioecefeos spectantia possumus haurire. Ibi enim *Castaldiae Septempedanae* memoria habetur, de qua laudatus P. Gentilius in sua Dissertatione. (5) Septempeda siquidem Civitas fuit ex antiquissimis Piceni a Sabinis populis forte jam condita; & a Graecis Siculis amplificata: postea vero anno ab U.C. 570. juxta calculum nostri Raphaellii (6) a Romanis in Coloniam deducta. Postquam Langobardi, subacta Italia, Piceni gubernationem permutarunt, Consulumque, Praesidum, Correctorum, aliorumque Magistratuum ordinem proscripserunt, substituerunt in Piceno, & in tota Italia Duces, Comites & Guastaldos; & horum regimen Septempeda praesertim Civitas habuit, & obtinuit circa finem VI, & initium

VII.

[1] Amicissimus Raphaellius autumat antiquos Cingulanae Ecclesiae Canonicos a S. Exuperantio postremis v. seculi annis Cinguli Antistite originem suam duxisse, eversa postea Ecclesia Cathedrali, municipioque multum attrito, in Colonias secessisse; & ad *S. Coronatum* nonnullos, coeteros ad Ecclesiam S. Mariae in fundo Trividiani [pagus est M. circ. pass. ab Urbe Cinguli distans vulgo *Troveggiano*] se recepisse. Ibi expectata diu jacentis Episcopatus restauratione ab exterorum infensis finibus usque ad extremum XIV. Christiani seculi ab inclinato Romano imperio Italiam miserrime vastantibus cum maxime impedita, certas demum sibi sedes, Priore sque suos in colonis illis constituisse. Veterum Cingulanorum Antistitum monumenta persequens admodum eruditè haec profert doctissimus Raphaellius litteris iis, quas litterariis ephemeridis Florentinis anno 1752. inseruit cl. Lamius Tom. XIII. a n. 31. ad 39.

(2) Benvenut. ubi supr.

(3) Vit. S. Rom. cap. 35. a Dam. scripta.

(4) S. Jo. laud. vit. S. Petri Dam.

(5) Gentil. Disserat. dell' antich. Settemp. n. II.

[6] Degli antic. Picent. ms.

VII. seculi, ut idem Gentilius judicat; idque ad magnum suae Patriae decus refundit. Jacebat Septempeda, ubi nunc templum Sanctae Mariae Plebis situm est, eratque forte Septempedana Ecclesia Cathedralis [1] Septempedani vero, postquam catholicam Fidem sunt amplexati, suos habuere Episcopos usque ad annum cir XI. belli gothici paulo post obitum S. Severini die nempe 26. Aprilis anni 543. Quo vita functo, ejusque in Episcopatu successore, Ecclesia Cathedrali, & Episcopio hostili incursione, aliisque aerumnis vastato, Episcopi defecerunt.

VII. Revixit tamen, ut ita dicam, Septempeda, non VII. seculo, ut multi usque adhuc opinati sunt, sed postquam Sanctus Episcopus ad superos evolavit, & quando sacrum ejus Corpus ad montem Nerium translatum fuit. In sequenti Capitulo omnes confusiones in actis hujus S. Antistitis intrusas tollemus.

VIII. Post *Eudonem* Episcopum habemus *Petrum*, cujus meminerunt acta Conciliabuli [2] contra Jo. XII. habiti 963., & acta alterius Concilii [3] Romae pariter habiti anno 967., in quo *Petrus* ita se subsignat = *Ego Petrus Episcopus Kamerine Ecclesie ibi fui, & subscripsi* = Eginus Monachus ad hunc Episcopum acta dedit Sancti Ansovini.

[1] Regioni, ubi sita est Ecclesia Sanctae Mariae Plebis *Septempedae* nomen hodieque haeret. In literis Apostolicis Celestini III. memoratur *S. Stephani de Septempeda Ecclesia*; in aliis Gregorii IX. *Ecclesia Septempedae*, quam illam S. Mariae Plebis esse judicamus. Apostolicas has literas damus in Appendice.

(2) Labb. Collect. Concil. Tom. XI.

(3) Mans. Suplem. Concil. Tom. I. pag. 1149.

# CAPUT VII.

## *De S. Severini Episcopi Septempedani emortuali die, & anno; illiusque Sacri Corporis translatione, & inventione.*

I. *Emortualis S. Severini dies est 26. Aprilis ex antiquissimis actis scriptis ante* VIII. *seculum, quae postea confusa sunt cum actis S. Severini Abbatis Noricorum Apostoli.*

II. *Perpenditur quare incertus Sancti Severini Septempedani dies emortualis habeatur.*

III. *Confusio actorum S. Severini Septempedani cum illis S. Severini Abbatis diluitur a cl. Can. Mazocchio.*

IV.

*IV. Firmatur dies emortualis S. Severini ad diem 26. Aprilis, ille S. Severini Abb. ad diem 8. Januarii.*

*V. Annus emortualis S. Severini Septempedani fortè fuit 543.*

*VI. Dies 26. Aprilis a Septempedanis assignatus est diei ejus inventionis; & est orta confusio; ad quam dirimendam investigatur dies illius translationis ad montem Nerium; & probatur translatio facta viginti post ab ejus obitu dies.*

*VII. Origo novi oppidi San-Severini.*

*VIII. Aera inventionis primae Corporis S. Severini.*

*IX. Etymon nominis Castri San-Severini.*

*X. Duae fuerunt inventiones Corporis S. Severini; utriusque inventioni, aera firmatur.*

I. Quod in praecedenti Capite circa *acta* S. Severini, illius *emortualem diem*, *& annum*, ejusdemque sacri corporis *inventionem*, & *translationem* strictè protulimus, in hoc capitulo luculentius tractare opere praetium ducimus, ad omnes confusiones in actis illius Sancti a vulgo insertas, & a scriptoribus relatas, quoad fieri potest, diluendas.

De emortuali S. Severini Episcopi Septempedani die quaestionem facere, illumque quasi incertum perquirere supervacaneum esse videtur; quum antiquissima acta illius Sancti certiores nos reddant, diem XXVI. Aprilis fuisse Sancti illius emortualem. Haec antiquissima acta edita sunt a Bollando (1) ad diem octavam Januarii. Illa excerpsisse fatetur vir ille diligentissimus ab antiquis codicibus, quibus prius usus fuerat Boninus Mombritius, quaeque Adonis tempore florentis seculo medio supra nonum confusa habebantur cum actis Sancti Severini Abbatis Noricorum Apostoli, & Victorini Martyris SS. Maronis, & Eutichetis socii. Ab hac oborta confusione in errores lapsus creditur Ado non solum, sed & auctor parvuli antiqui Martyrologii Romani, quo in lucem primus edidit P. Roswedius, & postea cl. praesul Dominicus Georgius Adoniano Martyrologio a se illustrato praeposuit: & auctor illius Martyrologii floruit, ni labente VII. seculo, certissime sub initio subsequentis VIII. Si ergo saltem sub initio VIII. seculi fuit Martyrologium istud elucubratum, & ad illa tempora acta S. Severini erant confusa, innegabile videtur ante VIII. seculum acta Sancti Severini, & Victorini fratrum fuisse jam scripta. Quod si auctor horum actorum fatetur se *a fideli auctore comperisse ea, quae in historia misit, ne lateret homines*: sole cla-

(1) Acta SS. mens. Jan. Tom. I. ad diem VIII. Comment. praev. ad act. S. Sev. Septem. num. V. pag. 499. edit. Ven.

clarius apparet acta SS. Severini & Victorini ab auctore VI. seculi vel VII. fuisse composita. Acta haec non solum in Bibliotheca Vaticana Palatina (1) exscripta seculo IX. asservantur; sed antiquissimis in Codicibus habentur apud PP. Societatis Jesus Fuldenses, ad Sanctum Massimilianum apud Trevirenses, & alibi, ut nos monet Bollandus. (2) Tenendum propterea est auctorem antiqui parvuli Martyrologii Ecclesiae Romanae, ipsumque Adonem ex illis actis elogia supradictorum sanctorum hausisse. Factum exinde est utrosque Martyrologos per illa tempora tam inculta, & supinâ ignorantiâ plena, quamplura acta intrusisse mendosa, & corrupta in elogiis suis. Ea de causa Ado confundit acta Severini Abbatis cum illis nostri Severini, tacuitque in Martyrologio suo *Severinum*, & *Victorinum* fratres *fuisse Picentinae accolas provinciae*, *qua Vadosus Flusor praeterfluit Septempedam*, (3) quod habetur in nostris antiquissimis actis: alias quomodo poterant commisceri acta cum illis SS. Severini Abbatis, & Victorini Martyris, SS. Maronis & Eutichetis socii? Tanta ergo auctoritate pollent antiqua acta nostrorum sanctorum, ut pene a coaevo scriptore edita fuisse possimus asserere, ideoque quicquid scriptum reperimus, quod non consonet cum actis istis, ni velimus contemnere, saltem cautè est admittendum, quum argumentari possimus ab antiqua venerabilis Ecclesiae S. Severini traditione profluxisse; & illius tam illustris, & antiquae Ecclesiae traditio prae oculis habenda est, nec omnino despicienda. Attamen antiquissima illa acta fugerunt Baronium, qui in novo Martyrologio Romano S. Severini Septempedani memoriam recolit ad diem VIII. Junii sic: *In Piceno S. Severini Episcopi Septempedani* = & Ecclesia ipsa S. Severini emortualem illius diem recolit ad diem VIII. Januarii, festumque habet diem illum de praecepto, ut dicunt, servandum, cum Octava, & Vigilia.

II. Quid ergo in caussa est, cur obitus S. Severini, qui assignatus est ab antiquis actis diei XXVI. Aprilis, hodie habeatur sic incertus apud omnes pene scriptores, (excepto Leonardo Franco V.C.

O pa-

[1] Signat. num. 846.

[2] Act. SS. ubi sup.

(3) Quid ad haec Cluverius (Tom. I. Ital. antiq. Lib. I. cap. II.) quid Lucas Holstenius (annot. Ital. antiq. Cluv. fol. 713.) quid Lilius [P. I. Lib. III. pag. 95.] quod & alii cum Cancellotto (Vit. di San Sev. Lib. I. Cap. II. pag. 21.) qui *Fluforem* fluvium a *Potentia* diversum judicant? *Vadosus Flusor praeterfluit Septempedam* habent antiquiora acta SS. Severini, & Victorini caeteris actis praeferenda. Optime igitur P. Gentilius (Diss. dell'Ant. Settemp. a num. IX. ad XII.) asserit idem esse *Fluforem* flumen ac *Potentiam*; & summa erudiztione suam ibi sententiam tuetur. In antiquis geographicis tabulis *Flussor* inter *Tinnam* & *Potentiam* locatur. In aliis antiquis fluvius *Potentia fluvius Potentinus* nuncupatur. Forte quia prope Potentiam Civitatem currebat.

patricio San-Severinate florente seculo XVI., qui aperte scribit = *Sanctus Severinus gratam Deo animam exalavit VI. Kalendas Majas* =) ut ipse Bollandus, qui Acta illa prae oculis habuit, & vulgavit, sic videatur de emortuali S. Severini die fluctuare, ut scripserit: [1] *S. Severini Episcopi Septempedani hac die* (*nempe* XXVI. Aprilis) *dicitur in actis obiisse, ut ex actis patet, nisi vitiata sint: nullum enim e nostris Martyrologiis ejus hic meminit?* Id tenendum est evenisse ab illa actorum confusione, quam supra memoravimus, ad quam diluendam juvat hic proferre quod de *S. Severino Septempedano* animadvertit celebratissimus Canonicus Mazochius in notis ad marmoreum Calendarium Neapolitanum ab ipso doctissimè illustratum. (2)

III. „ Verum nihil in sanctis usitatius (sic ille) quam quod sive unum in duos dispesci contigerit, sive duos in unum commisceri. Id quod duobus his Severinis accidit, quod sequior aetas primo in unum confudit. Reperitur ea primum confusio in antiquo Romano Martyrologio Rosweidano, in quo sic legitur = *Neapoli S. Severini Confessoris S. Victorini Fratris* = Hujus Martyrologii auctoritas imposuit Floro primum, mox Adoni, & Usuardo. Sed iidem tamen hunc ex duobus conflatum pro Confessore (quod illi elogium in Rosweidano tribuitur) Episcopum fecerunt, nec immerito; nam si is, quem Neapoli posuerunt, S. Victorini frater erat, Episcopus esse debuerat.

„ At hos postremos ita secutus est in hodierno Romano Baronius, ut in majores difficultates lectorem conjecerit, qui hoc die sic posuit = *Neapoli in Campania S. Severini Episcopi fratris Beati Victorini Martyris* (immo Confessoris, ut in Adone, & Usuardo legitur) & rursus paucis interjectis = *Eodem die apud Noricos S. Severini Abbatis.... ejus corpus apud Lucullanum.... postea ad Monasterium S. Severini translatum est* = At die VIII. Junii sic rursus Festus inscripsit = *In Piceno S. Severini Episcopi Septempedani* = En, ut postquam aevi sequioris barbarie ex duobus Severinis unus coaluerat, rursus doctissimi Cardinalis plura circumspectantis πολυμαθίᾳ factum est, ut is non tantum in duos, sed in tres etiam scinderetur? Nam ex ejusdem adnotatis ad VIII. Junii non est dubium, quin illum, quem die VIII. Januarii Neapoli posuerat (quod Florus, Ado, Usuardus de loco sepulturae, non de sede intellexerunt) pro Episcopo Neapolitano habuerit. Quem vero eadem die secundo loco inseruerat, hunc pro illo habuerit, cujus corpus hodie a Casinensibus Neapolitanis colitur: ac postre-

„ mo

[1] Acta SS. Tom. III. mens. Aprilis fol. 457.

[2] Ad diem VIII. Jan. pag. 6. & 7. in notis ad Kalend. Neapol.

„ mo die VIII. Junii ab utroque Episcopum Septempedanum diversum fecerit: & si non diffiteatur, fieri potuisse, ut Septempedanus, ac Neapolitanus Episcopus unus idemque fuerit ob similes de utroque narrationes, & quod utrique Victorinus frater fuisse dicatur.

„ Jam vero, qui post Baronium scripsere, non dubitabant Severinum inter Episcopos Neapolitanos agnoscere, (etsi refragante Jo. Diacono, qui nullum Severinum recenset) eumque tum a Norico Severino, tum a Septempedano diversum. Sed eum errorem distulit omnium primus Philippus Ferrarius in Cathalogo Sanctorum Italiae, nec defuisse tamen, qui ut quocumque modo Severinum aliquem Cathalogo nostrorum Episcoporum adscriberent, duo ei nomina fuisse dictitarent; ac = *Maronem Severinum* = fuisse appellatum: de quo vide dicta ad xv. Junii, ubi de S. Marone.

„ Ergo qui hoc die Martyrologiis adscribitur, is non Episcopus, sed Pater Monacorum, & Apostolus Noricorum fuit, non ob aliam causam Neapoli positus, quam, quia ejus corpus, sive Neapoli, sive proxime in Lucullano condebatur. Id vero ex Eugypii vita constat, apud quem Severinus Noricus hoc ipso die obiit, cui hi fasti marmorei adstipulantur, qui hoc die Severinum (hunc vero non Episcopum) inscripserunt, & quidem cum = *Depositionis* = nota.

„ At dixerit aliquis, etiam Severinum Septempedanum hoc die in Coelum emigrasse; (ut ex ejus actis constat apud Bolland. hoc die pag. 501. num. 10. saltem ex fide ms. Belfortii) proinde recte hoc die in Martyrologiis antiquis positum Severinum Episcopum S. Victorini fratrem; hoc est illum Septempedanum. Verum in editis Septempedanis actis mortuus is scribitur v. Kalend. Majas; idque rectissimum est. Coeterum quid sibi non licere passi sunt librariorum semidocti? Is certe, e cujus manu ms. Belfortianum fuit, cum persuasum haberet Septempedanum non diversum fuisse a Norico, sive omnino ab illo, qui die VIII. Jan. colebatur; hinc eo audaciae processit, ut in Septempedani vita diem emortualem refringeret, vitiaretque = Haec Mazochius disertissimus, & quidem ad rem nostram. Ecce acta *Severini Septempedani* vindicata, & difficultates circa plures *Severini* nomine insignitos explanatas.

IV. Obiit ergo Severinus Abbas Noricorum Apostolus die VIII. Januarii, Severinus noster die XXVI. Aprilis inconcussa auctoritate antiquorum actorum, cultusque utrorumque sanctorum confusus fuit,

& emortualis dies Severini Abbatis Severino Episcopo nostro assignatus. In novissimo Martyrologio Romano Severino Septempedano affixus fuit dies emortualis diei VIII. Junii, qui in Ecclesia Sancti Severini dies est inaugurationis illius Templi habitae evocatis ad solemnitatem duodecim Episcopis ipso die VIII. Junii anno 1198. (1) Coeteri Scriptores diem VIII. Januarii emortualem illius Sancti volunt: factumque proinde est, ut & ipsi Antuerpienses Agyographi ancipites facti de emortuali nostri Severini die, quamvis certum habeant in actis a Bollando vulgatis, quasi sententiam revocantes scripserint: *Sancti Severini Episcopi Septempedani hac die* [nempe XXVI. Aprilis] *obiisse, ut ex actis patet*: deinde subdunt: *nisi vitiata sint*: Ecce dubitatio; & dubitationis reddunt rationem addendo: *Nullum enim ex nostris Martyrologiis ejus hic meminit*. Sed confusionis perspecta origine, acta S. Severini fide dignissima ad hanc aeram firmandam singulis Martyrologiis sunt praeferenda.

V. Aerâ igitur obitus S. Severini firmatâ, quam Cancellottus (2) invenire non potuit, & ad VIII. Januarii diem firmavit, quia prae caeteris dies hic habetur festus ab Ecclesia San-Severinate, cultusque illa die S. Severino praestitus est immemorabilis; juvat nunc investigare, quo anno Sanctus noster obierit. Laudatus Cancellottus refellit illorum sententiam, qui volunt Severinum ad superos evolasse anno 541; nam, si, ut ipse recte ratiocinatur, a Vigilio Romano Pontifice Severinus fuit Episcopus ordinatus anno 540. sub initium mensis Julii, non potuisset utique Severinus sex circiter mensium spatio Picenam provinciam perlustrare, quinque fundare Monasteria, unum aedificare Xenodochium, suam Ecclesiam restaurare, & quam pauperem invenerat ditissimam relinquere, plerasque Canonicas reficere, & ad integritatem reducere. [3] Cancellottus hic posteriora sequitur, acta, quae non illam antiquitatem redolent, quam prima. Insuper si Totila, vix Belisarii a Bizantio in Italiam reditu intellecto, cum suis copiis in Picenum ingressus Auximum forti obsidione vallavit, quod & aliis imperialibus Civitatibus fecit; probabili conjectura tenendum est, etiam Septempedam, quamvis illam Scriptores belli Gothici praetereant, similibus oppetitam remansisse calamitatibus. Quumque communi sententia habeatur S. Severinum suum obiisse diem biennio ante vastitatem Civitatis, concludit Vir ille eruditus Severinum obiisse anno 543., quia Se-

(1) Act. SS. Tom. III. Aprilis pag. 457.

(2) Vit. di S. Severino Lib. III. Cap. VIII. pag. 135.

(3) Ubi supra Cap. VIII. pag. 111. & Boll. act. SS. ubi supra in adden. ad mens. Jan. die VIII. fol. 1107. num. 10.

Septempeda a Gothis disjecta fuit anno 545. Noster Pater Gentilius in sua erudita Dissertatione (1) luculenter agit de Septempedae vastitate, & de novo Oppido *Sancti Severini* nomine iterum excitato. Septempedae desolationem probabilius cum Cancellotto evenisse putat Scriptor iste diligentissimus, quum a Totilae copiis vastatum Picenum fuit. Fasti Consulares ab Idacio Episcopo compositi, & a Clarissimo Sirmundo editi id firmare videntur: in his enim habetur = *Indict.* 8. *P. C. Basilii anno iv. Totila vastato Piceno, pergensque ad Auximum vincit* = quod ab annotatore Baronii refertur ad annum 545. quo anno Totila Firmum, & Asculum vicit; eodemque forte anno Septempeda fuit desolata. Quia vero Totila iterum a Piceno ad Umbros regressus est, ut scribit Aretinus (2), ideoque, ni prius, quando ad Umbros a Piceno rediit, potuit etiam corruisse Septempeda. His rationibus, quae Cancellotti sententiam firmant, potest conjici Severinum e vita migrasse anno 543; quia, vivente Severino, Septempedae vastitatem plerique scriptores non admittunt. Progreditur deinde accuratissimus Gentilius; & prae oculis habens posteriora acta S. Severini ibi legit Angelum Domini triduo, antequam e vivis discederet, S. Antistiti apparuisse dicentem = *Viaticum sume, nam die tertio, scilicet dominico carnem es relicturus* = (3) cumque putaret Gentilius noster emortualem S. Severini diem fuisse VIII. Januarii cl. P. Rugerium Boscovich opportunè consulens ab eo sciscitatus est, quo anno, regnante Totila, dies VIII. Jan. Dominico die occurrebat: &, calculo facto, respondit vir ille celebratissimus anno tantum 540., & 545. diem Jan. VIII. fuisse Dominicum. Unde factum est, ut amicissimus Gentilius, relicta aera 543: anni, ad alteram 545. deflexerit, & firmaverit anno 545. Severinum sanctissimè obiisse. Id si verum esset, eodem anno, quo supremum diem obiit S. Severinus, supremam pariter sustinuisset vastitatem Septempeda. Et ecce biennium illud ab obitu Severini ad Septempedae desolationem volitum penitùs rejectum. Ambo hi Scriptores ad haec acta S. Severini recolenda posterioribus actis usi sunt, posthabitis antiquioribus. Ideoque Cancellottus *legationis* munus in Piceno exercuisse S. Severinum, (quae vox *legationis* per illa tempora audita non est, illudque munus fabulosum reddit) asserit auctoritate recentiorum actorum. Coetera vero S. Pastoris pietatis monumenta non sunt despicienda. Forsan vera erunt, sed, ad illa admittenda, documenta deficiunt. Gentilius pariter cum Cancellotto a re-

(1) Differt. dell'Antich. di Settemp. n. LI. pag. 49. e seg.

(2) De Bell. Goth. Lib. III. pag. 609.

(3) Bolland. Act. SS. Tom. I. Jan. in addend. fol. 1007. num. 20.

[1] a recentioribus actis hausit angelicam apparitionem, & praenuncium mortis; sed haec omnia velut S. Ecclesiae Septempedanae traditiones recipimus. Attamen nil certi nobis ii Scriptores exhibent ad annum emortualem S. Severini firmandum, quum nil certi haec documenta contineant: quod secus esset, si acta illa in antiquioribus legerentur. Quumque in antiquis actis aperte habeamus S. Severinum die XXVI. Aprilis, non die VIII. Jan., neque VIII. die Junii ad coelestia regna migrasse; nemo non videt ad annum emortualem S. Severini firmandum perquirendum potius esse, quo anno dies Dominicus occurrat, Totila regnante, die XXVI. Aprilis: &, admissa, ut vera, traditione Ecclesiae S. Severini relata in posterioribus actis, quae a laudatis scriptoribus excipiuntur, inveniemus anno 543. Dominicum diem cadere ad diem XXVI. Aprilis; ideoque annum hunc 543. argumentamur emortualem fuisse S. Severini, ut conjicit Cancellottus. Lilius [2] multa congerit de S. Severino. Natalem illius diem ante annum 500. incidisse scribit. Addit postremis Vigilii PP. annis fuisse Episcopum ordinatum; & suum obiisse diem anno 568. nemo non videt multa indigere correctione Lilii sententiam.

VI. At enim; quomodo in San-Severinate Ecclesia sic evanuit emortualis diei S. Severini memoria ad diem XXVI. Aprilis, ut nullus hoc die S. Severino cultus habeatur, quamvis Francus supra laudatus aperte scribat, S. Severinum ad Coelum evolasse die XXVI. Aprilis? Non est utique verum, quod in Ecclesia San-Severinate nullus illa die *Severino* exhibeatur cultus: exhibetur quidem; non tamen ad recolendum illius emortualem diem; sed ad ejus sacri corporis *inventionem* celebrandam. Hic vero orta pariter confusio est, ad quam adimendam peropportunum nobis est investigare quò, & quando sacrae Severini exuviae fuerint translatae: & illico ab antiquis actis certiores reddimur, *ad locum in quo* Severinus *habuerat Monasterium illius corpus fuisse translatum*. Igitur non in Ecclesia Cathedrali Septempedae, sed *in loco, in quo habuerat Monasterium*, vel, ut Ado (3) scribit, *ubi abstinentissimus vixit* S. Severinus fuit contumulatus. Quando? Ad acta confugiamus, ut vera promamus. Acta habent *Idibus Majas* depositionem S. Severini, nempe sepulturam contigisse: ideoque Mombritius fide actorum scribit = *Idibus Majas ejus depositio celebratur, licet & Kal. Maji, quibus est adeptus Sacerdotium turba conveniat*. Corrigantur interea scriptores illi, qui

[1] Antich. di Settemped. n. XXXVIII. Pag. 36.

(2) Lil. Par. 1. Lib. IV.

(3) Adon. Martyrolog. die VIII. Jan. pag. 34.

qui volunt, Severinum anno 540. ordinatum fuiſſe Epiſcopum a Vigilio Romano Pontifice ſub initio menſis Julii. Poſt viginti ergo dies ab obitu S. Paſtoris ſacrum ejus corpus translatum fuit *ad locum in quo habuerat Monaſterium*, ad montem ſcilicet Nerium, ut diſſerentes de S. Victorino conjecimus.

VII. Mons iſte per illa tempora credendus eſt undique arboribus coopertus, acceſſu difficilis, & propterea tutus. Illuc confugiſſe e Septempedanis permulti, Gothorum incurſione ſuperveniente, locumque ſelegiſſe eminentem, abſconditum, & opportunum ad eludendas barbaricas irruptiones credendi ſunt. Septempedani, non quidem diu, ſed illico, moras ſuas in Monte Nerio ſtatuiſſe, & excitatis ibi parvulis caſis fundamenta novi oppidi jeciſſe, quod deinde, amplificato caſtro, *Caſtrum regale*, ut fama eſt, dixerunt, probabili conjectura tenendum eſt. Translatio igitur Corporis S. Severini circa medium ſextum ſeculum, die videlicet xv. Maji anno 543., ad Montem Nerium origo fuit ortus novi caſtelli, quod pedetentim excrevit. Quomodo enim aſſurgere poterat novum Oppidum per illa tempora, quibus & bella truculenta, peſtifera lues, fameſque ſaeviſſima pene univerſas Italiae Civitates deſolabatur: Langobardicis paulo poſt ſupervenientibus incurſionibus, quae ad extremam redigerunt Picenum deſolationem?

VIII. Sancta Severini Lipſana ab Eccleſia Cathedrali Septempedana, non ab Eccleſia S. Laurentii, ut ſcribit Lilius (1) ad Montem Nerium translata ſunt, & condita poſt dies ab obitu S. Severini xx. Magnum id nobis exhibet argumentum ad Severini ſanctitatem celebrandam cultus iſte praeſtitus a populis Severino; ut retardata idcirco translatio & depoſitio dicenda ſit, quia, ut acta habent, *Velut ex omni orbe devoluta convenit multitudo, occurrunt plurimi Sacerdotes, ut & devotionem deferant, & benedictionem*. Anno ergo 543. emortuali S. Severini potuit tanta gens convenire ad illius ſacrum Corpus venerandum. Labente vero ſexto ſeculo, vel ante medium ſeptimum deſolatâ Provinciâ ob enunciatas calamitates, quae gens accurrere poterat ad cultum S.Severino praeſtandum? Poſthac vero Picenum, & vicinae regiones iterum frequentatae ſunt, Caſtrum S. Severini aedibus auctum, oppidumque conſtitutum. Quo enim loco tutius, & commodius Septempedani ad res domeſticas reſtituendas, ad culturam campis adhibendam, quos vel aquis inundatos, vel vepribus, arboribuſque refertos repererant, figere ſedes ſuas potuerunt, quam in Monte Nerio, a quo tota vallis, ubi deſolata jacebat Septempeda, longe lateque perluſtratur, & prope tu-

(1) Part.1. Lib. IV. pag. 110.

tumulum Sancti Severini Pastoris sui, erga quem praecipuum fovebant studium, & pietatem? Sic in dies amplificatum est Castellum, sylva dissipata, & *Castrum*, ut perhibent, *regale* populosum factum.

VIIII. Septempedani exinde videntes vel nimis angustum Templum, in quo exuviae S. Severini quiescebant, vel forte vetustate labens voluerunt illud vel restaurare, vel novum aedificare. Memoria, ubi venerabiles Severini reliquiae jacebant, erat omnino deperdita, locusque manebat ignotus. Hinc forte evenit, ut venerabile Severini Corpus in illo templo conditum fortuito repertum sit (ut posteriora acta habent) & inventum integrum incorruptum, venustum, summamque praeferens religionem, & majestatem, tunc, & non prius tam mirificae inventionis fama undique personante = *De tota Marchia omnes infirmi certatim ad S. Severini Corpus accedentes optatae sanitati restituti ad propria cum gaudio remeabant* (1). Post seculum utique unum Marchia, non ut prius desolata, & populis vidua, sed frequentata potuit ad S. Severini Corpus venerandum convenire. Origo igitur amplificationis Oppidi S. Severini per haec tempora figenda est. Quae quum ita sint auctoritate antiquorum actorum S. Severini, evanescit *translatio* illa, quam factam dictitant a Plebe S. Mariae olim Septempedae Ecclesia Cathedrali labente seculo sexto, vel septimo ineunte ad Montem Nerium; quum revera una tantum *translatio* facta sit viginti ab ejus obitu circiter diebus. Sic vera, & unica *translatio* facta Corporis S. Severini ad diem XVI. Maji anni 543. spoliata remanebit a nonnullis fabellis, quibus fuit sequioribus seculis exornata, quaeque fingitur facta mense Novembri contra Ecclesiasticam illorum temporum disciplinam.

X. Postquam vero S. Severini Corpus in nova Ecclesia fuit reconditum tanto miraculorum apparatu, populorumque frequentia factum est, ut turba illa languentium populorum coeterorumque, qui religionis voto illuc accedebant, non ad *Castrum regale* accessisse, vel ab illo redisse dicerent, sed *a S. Severino* redire, & *ad S. Severinum* ire exclamarent. Proinde ejus Oppidi incolae *Castri regalis* appellatione sensim deficiente, Castrum illud *S. Severini* nomine subinde dixerunt. Id nobis aperte innuere videtur Eudonis carta fundationis Templi *in bonore B. Mariae Virginis in Castello, qui dicitur ad Sanctum Severinum* spectante ad annum 944.; immo & altera sub Ugonis I. Episcopatu anni 1061., in qua memoratur *Castellum ad Sanctum Severinum*, quod Septempedani incolebant; perdurante etiam Eudonis, & Ugonis temporibus vulgo dictum *Castel-*

*lum*

(1) Boll. Act. SS. ubi sup. & Gentil. Diss. di Settemp. n. LVII. pag. 60.

*lum ad Sanctum Severinum*, quod etymon nostri Castelli perbelle designat. [1]

XI. Superest nunc alias confusiones a scriptoribus superinductas diluere in subsecutis illius sacri Corporis *inventionibus*. Duas *inventiones* recolit Ecclesia Sancti Severini, primam ad diem XXVI. Aprilis, quam dicunt factam anno 586; alteram ad diem XV. Maji anno 1576. Haec *inventio* in dubium revocari nequit: patet enim innegabilibus documentis. Prima vero *inventio* ad annum 586. non alias probatur quam somniis adhibitis. Animadvertimus tamen diem XXVI. Aprilis, qui dicendus est emortualis S. Severini, datum esse illius sacri Corporis primae *inventioni*, & sic confusa memoria *mortis* cum *inventione*. Insuper Severini *depositionis* memoria recolenda die XV. Maji confusa pariter est cum festo *secundae inventionis*. Prima igitur *inventio* assignanda est non anno 586. sed aliis longe posterioribus annis. Nova templi reparatio Sancto Severino sacri fieri non potuit, nisi longe post seculum septimum: at de hoc nihil certi: certe tamen ante annum 1059., quo Ugo primus Episcopus S. Severino novum templum construxit, deditque suum diploma, quod in Appendice damus ad annum 1059., quo Ecclesiam ab ipso aedificatam multis privilegiis, & largitionibus locupletavit; idque nos in suspicionem adducit, non longe ab illis temporibus inventum fuisse Corpus S. Severini, & in caussa fuisse, cur Episcopus Ugo novum illud Templum a fundamentis erexerit tot privilegiis decoratum. Docti San-Severinates curas impendant suas ad acta S. Severini illustranda, & a nonnullis fabellis, queis posteriora acta commixta sunt, expolianda.

[1] Corrigendus videtur Lilius qui P. I. Lib. IV. pag. 110. suae historiae asserit Septempedam, vel vivente S. Severino, vel vita functo excidium evitasse aut S. Viri consilio, & auxilio, aut intercessione; & Septempedanos ad se gratos probandos S. Episcopo suo commutasse Septempedae nomen, & a *S. Severino* voluisse illam imposterum nuncupatam.

# LIBER SECUNDUS

## SECULUM AMPLECTITUR XI.

## DE REBUS A S. ROMUALDO GESTIS IN DIOECESI CAMERINENSI

## CAPUT I.

### *De primo adventu S. Romualdi ad Vallem de Castro.*

*I. S. Romualdus Abbas mittit nuncios ad Comites Comitatus Camerini pro obtinendo loco ad solitariè vivendum. Agitur de iis Comitibus in notis.*

*II. In Valle Castri Eremum seligit. Quid ibi S. P. egerit a S. Petro Damiano recensetur. Acta S. Romualdi a Damiano òrdine chronologico dantur, & prima tabula chronologica stationum S. P. disponitur.*

*III. Statuitur aera primae stationis S. Romualdi in Valle Castri.*

*IV. Quantum adlaboraverit Vir Sanctus in Valle Castri, & ejus viciniis pro animarum salute.*

*V. Discedit e Valle Castri, & progreditur ad Urbem veterem Ungariam profecturus: prius tamen condit tria monasteria.*

I. FAusto quidem omine nostram forte regebat Ecclesiam Episcopus *Romualdus* sub initio XI. seculi, quum ad ejus Dioecesim sanctificandam alter Romualdus Vir Sanctissimus anno circ. 1006. suos misit nuncios ad *Comites* [1] Comitatus Camerinensis, seu, ut acta habent Sancti Romualdi, (Ca-

(1) *De Comitibus Camerinensibus* DISSERTATIO.

OPpportunum nobis hic est perquirere quinam *Comites* essent jurisdictionem habentes in provincia Camerinensi, ad quos suos misit nuncios beatissimus Romualdus, (Dam. in Vit. S. Rom. Cap. XXXV.) ut locum ab illis impetraret ad Ereniticam vitam ducendam accomodatum. Animadvertendum propterea est, regimen Camerinensis provinciae seculo XI, quo S. Romualdus florebat, obumbratum nos habere in illo, quod Aegidius Cardinalis Albutnotius *jurisdictionis morem solitum, & veteres consuetudines in hac parte sequens* in Marchia provincia voluit constitutum. Quemadmodum igitur seculo XIV. laudatus Cardinalis Marchiam Anconitanam in plures praesidatus divisit, quorum cuilibet judicem, seu praesidem dedit, ut videre est in suis Constitutionibus [Lib. II.

(Capite xxxv.) *Ad Camerinae Provinciae Comites, ubi terram potuisset ad proferendos animarum fructus idoneam invenire.* Solitudinem *Vallis-Castri* reperit; ubi Eremum prius, mox Monasterium fundavit, in quo sese iterum, iterumque restituit, intentus semper

P 2 ad

II. Cap. v. pag. 54. edit. Rom. ann. 1571]; ita ni me mea fellit opinio, tempore S. Romualdi erat distributa, in plures scilicet comitatus, & in horum quolibet proprius *Comes* jus dicebet: ea pariter lege, qua potestates, coeterique minoree officiales in Aegidianis Constitutionibus enunciati Praesidi regionis illius, ubi eorum Oppida sita erant subjiciebantur, ea, inquam, lege minores judices, qui singulis oppidis, & pagis Camerinensis provinciae praeerent, seu *Comites*, seu elio quolibet nomine vocarentur, Comitatuum Comitibus in majoribus forsan oppidis residentibus, parebant.

In tres igitur classes seculo xi. in provincie Camerinensi videntur *Comites* dividendi. Alii erant *Comites*, qui hoc titulo ornati *Ducum*, & *Marchionum* Spoleti, & Camerini in Civitate *Marchionis* vicem gerebent, & precario nomine inibi jure dicebant, qui *Comitis* titulo erant decorati. *Ne pares Domino suo, qui Ducis, & Marchionis titulo ornabatur, & a quo beneficium acceperant, baberi possent*, ut advertit Pratillius. (nota 119. ad Paul. Diac. excerp. hist. Tom. I. Cap. xxix. hist. princip. Langob. Pellegr.) *Comitis* etiam titulo ii erant insigniti in nostra Provincia per illa tempora, qui precario pariter nomine jurisdictionem habebant in *Comitatibus* inibi constitutis, quibus ipsi praerant, ut jus suum unicuique tribueretur. Ab Episcopo Bellovecensi lata fuit sententia anno 1230. die 3. intr. mense Sept. indic. iv. in quaestione inter Archiepiscopum Revennatem, & Commune Auximi, cui inter alios testes adfuit *Manens Comes Camerinensis*. Quis fuerit *Comes* iste, non liquet. Habemus nos in excitate lite inter San Severinates, & Pyranos meos *Manentem de Trevio Judicem Curiae*, utique *Camerinensis*, qui mendevit Castri Cesavollae vastitatem, ut asserit unus testis enno 1236. examinatus. De hoc Castro infra. Vastitas Casavollae referenda est ad annum 1234, quo fuit lis delata ad Curiam generalem Vicarii Pontificii. Quid, si conjiciamus *Manentem* in charta Ravennate enno 1230. *Comitem Camerinensem* dictum, esse hunc *Manentem de Trevio*, qui *Comes* seu *Judex* Camerini pro Marchione praeerat? Quid si *Comes Comitatus*? Alii erant qui *territoriales* dicebantur, quorum numerus erat copiosus. De his consule Annales Camaldulenses [Tomo II. lib. xxiii. num. x. pag. 75. ad ennum 1098, & etiam anno antecedenti 1097. num. vii. pag. 73.] & isti *Comites* nuncupabantur etiam *suburbani*, & in Castellis, pagis, emplisque territoriis dominabantur absoluta auctoritate ipsis ab Imperatoribus attributa, & ii tot erant, ut pene impossibile videatur, ad hos suos misisse nuncios S. Romualdum. Idipsum dicendum videtur de *Comite* Camerini residente: quum aperte Damianus scribat, non ad *Comitem* Camerini, sed *ad Camerinae provinciae Comites* suam direxisse legationem Venerabilem Romualdum. Superest ergo conjicere nuncios a S. Romualdo fuisse missoe *ad Comites Comitatuum*, qui numero tot putandi non sunt. Hi *Comites*, ut diximus, tenebantur jura tueri sui Comitatus vel armorum vi, vel legum auxilio; & isti *Comites* in nostra Camerinensi provincia, si sermonem referamus ed montuosas regiones, in quibus solummodo reperiuntur recessus ad Eremos constituendos, perpauci forsen erant; & in nostrorum montium vicinitatibus *Fabriani*, *Mathilicae Camerini*, *San-Severini*, *Cinguli*, & in *Valle S. Clementis Comitatus* possumus argumentari constitutos. Omittimus *Comitatus* perquirere trans Cluentis fluvii oram, ubi elios Comitatus conjicere fas est, solumque *Comitatum Vebis - Salviae* juvat memorare ex infra dicendis. Ad *Comites* igitur horum *Comitatuum* nostra opinio est S. Romualdum nuncios suos direxisse;

&

ad Peccatores revocandos; ad Monasticam disciplinam in tota Marchia Camerinensi in Coenobiis undequaque sparsis restituendam, & simoniacam luem inoffenso pede crassantem extinguendam, ut jure, ac merito Provinciae Camerinensis Apostolus sit nuncupandus summoque in honore semper habendus.

II. Res

& hi *Comites* subjecti forsan erant Cutiae *Marchionis* Camerioansis, ubi princeps ista dominabatur, a cujus jurisdictione axempti forsan non erant *Comites* minoras, quamvis Impararorum privilegiis ab omni *Comitum Comitatuum*, aliorumque subjectione liberati: quia ut plurimum Marchiones eb Imperatoribus saligebantur, val saltem Imperatorum patrocinio Marchiam Cemerioensem, & Spoletaoem regabant. *Comitatum Camerinensem* ab hujusmodi *Comite*, qui *Comes Comitatus Camerinensis* dicebetur, fuisse tectum documentis proberur. Idipsum dicimus *de Valle S. Clementis*, in qua *Comes* paritar praesidebat documantis infre producendis. Fatemur taman documenta ad id probandum non excedere XIII. seculum: attamen argumante non habamus ad alitet sentiendum de antiquioribus.

Ad morem hunc illustrandum injucundum sueta non erit antiquitatum medii aevi ametoribus historiam hic profarra a mais antiquitatibus Vallis S. Clementis extractam tutis, sincerisque documentis innixaio, atque firmatam. Pyranus populus labente XII. seculo axemple saquutus Italicarum Civitatum, agrum suum undequaque frequantibus Castris e suis dominis gubernatis angustiatum videns, quoquo modo poterat dilatare contendit, & Dominos Castrorum ad sese Pyrum tecipiandos, & intar nobiles, ut dicebent, Castallanos edscribendos, illuc daductis subditis, axemptionibus, privilegiis, publicisqua honoribus daeorandos invitabat. Ex iis nonnulli ut *Bonus-Comes de Fajetis* (da hoc Castro disstarimus sub Ugone I. Episcopo nostro hoc Lib. II. Cap. VI. n. V. in notis) & domini Castri *Umbriani*, qnod a Pyro D. pass. eberat ultro se Pyranis dedisse argumentemur; nullam anim contre haec Castre hostilem irruptionam factam fuisse scimus. Castrum vero *S. Urbani de Asinante*, da quo sub endem Ugona I. infra disseremus, a Monachis illius Coanobii dominatum multas e Pyranis perpessus est calamirates. Quamvis enim Monachi Castrum suum Pyranis vendiderint anno 1224. ut pater ex documento, quud in Appendice profarimus, Sanct-Urbanenses gentes subjectionam tacusarunt; Unda incursiones, rixae, contentiones ortae sunt, quas sub Raynaldi Episcopatu seculo XIII. memoramus. Idipsum milites Domini Casavollae facerunt (da hoc Castro sub andem Episcopo Raynaldo) qui quamvis ultro se Pyreno populo subjecissent anno 1215; attamen enno 1216., subjectione datestarâ, ed Sanseverinatee consugerunt, spetantes nobiles illi Cesasavollae Domini Pyranos, ne antiquam inter ipsos, & San-Saverinates emicitiam, sociateremque violarant, non habare aversos. Artamen, in dias illorum nobilium elternante fortuna, forte a Pyranis assidue vaxatorum, post decem decursos annos, nobiles illi Castrum Cesavollee Pyranis vandiderunt publicis confectis tabulis, cum obligarione sese in Oppidum recipiendi, Castri destruendi, agriqua Casavollae cum suis habitatoribus Communis Pyri in potastatam redigendi, quod illico parsactum est. Quid inde actum sit lagas sub eodem Episcopo Raynaldo. Balla, incursiones, & hostilitatas cum Sansaverinatibus ed annum 1234. pardurarunt, quo lis coram Cardinali de Columna Vicario Pontificio in Marchia Anconitana judiciali ordine coepta fuit; & cum vastitate Casevollae anno 1236. tandem confecta.

Dum autem lis judiciali ordine coram Pontificio Vicario persequebarur a testium dictis ad facti veritatem probandam habemus Johannem de Vico anno 1226. in Valle S. Clementis praesedisse *Comitem*; ab il-

II. Res a S. Romualdo gestas in Dioecesi Camerinensi recensere pendet a duabus aeris statuendis, quibus bis in ea regione Sanctus ille permansit: illa exceptâ, qua ad *Vallis Castri* monasterium obiturus regressus est. Duas vero illas aeras, quibus ad animarum pro-

illis vocatum = *Comes Vallis S. Clementis*. Anno postea 1234. eundem Johannem de Vico fuisse *Comitem Comitatus Camerinensis* aliis documentis, scimus. Quando Johannes praesidebat Comes Vallis S. Clementis, a Casavolle expulit San-Severinates, quod Castrum ab istis paulo ante refectum iterum Johannes dissipuit. Quum vero Johannes de Vico praeesset *Comes Comitatus Camerinensis* anno 1234. Domino Rugerio Comiti Potestati San-Severini, & d. Marcho Judici, & Communis San-Severini Sindico litteras exhibuit Cardinelis de Columna prohibens Casavollae restaurationem, quod cum fidejussione Potestas, & Sindicus promiserunt. Tandem eb uno teste anno 1236. ad examen vocato idem Johannes dictus est *Nuntius Curiae d. Johannis Card. de Columna*. Ex his patet eundem Johannem anno 1226. fuisse *Comitem Vallis S. Clementis*: anno 1234. *Comitem Comitatus Camerinensis*; & anno 1236. *Nuncium Curiae Card. de Columna*. Haec sunt notis digna ad illustrandos pes illa tempora nostrae provinciae mores. Insuper hujusmodi *Comitum* munus argumentamur temporaneum fuisse non perpetuum: vel forte Johannes de Vico a Comitatu Vallis S. Clementis transiit ad majorem Comitatum regendum, qualis erat Camerinensis, ut etiam leudatus Muratorius [Diss. lxx. antiq. italic.] animadvertit. At de his sententiam suam proferant eruditi. Ad rem nostram redeamus.

Ex hucusque dictis eperte probatur, *Vallem S. Clementis*, & *Comitatum Camerinensem* suos hebuisse *Comites*: ideoque ed hos utrique *Comites* S. Romualdum nuncios misisse recte possumus argumentari; & praesertim ed *Comitem Vallis S. Clementis*, & ad illos parvulos *Comites* in Castellis in ea Valle dominantes. Quum enim Venerabilis Pater in Coenobio Sancti Urbani de Asinante forte moraretur, ut optimè conjiciunt doctissimi Chronistae Camaldulenses [Tom. I. Lib. VIII. n. III.] opportunum tunc illi fuit perquirere per illos montium recessus locum ad solitarie vivendum accommodatum, quem reperisse comperimus in *Valle Castri* a Monasterio Sanct-Urbanensi IV. circ. mill. pass. dissito, in cujus viciniis Castra erant *Civitellae*, *Montis Ferrati*, & *Montis Martis*, in quibus dominabantur *Comites* absoluta forsan auctoritate ab Imperatoribus, illis attributa; ideoque ad *Comites* istos misisse nuncios suos Sanctum Romualdum probabilius videtur concludendum. Veritas in facto patet, quia infra horum *Comitum* jura S. Romualdus prius Eremum, mox Asceterium constituit, in *Valle* nempe *Castri*, cujus erat dominus Farolfus Comes *Castri Montis Martis*; ut probatur donatione a Farolfo S. P. facta, & a laudatis Chronistis relata (in App. tom. I. num. LXXIV. col. 178.) Aliud etiam condidit Romualdus Monasterium ad oram Aesii fluvii, & illud est, quod à *S. Helena* nomen habet; in iisdemque partibus unum parthenonem, de quibus infra disseremus; & Asceterium *S. Helenae* in Valle S. Clementis situm fuisse in dissertatione proemiali diximus. Tertium quoque Monasterium condidit S. Romualdus *prope Oppidum Esculanum*, & ad hoc exequendum facultatem forte obtinuit a *Comite Comitatus Urbis-Salviae*, in cujus agro forte jacebat tunc *Oppidum Esculanum*, cujus situm Cap. II. hujus libri detegemus conjecturis non contemnendis: nisi velimus suspicari a *Comite Comitatus Esculani* in nostra Dioecesi constituti veniam ibi Coenobii constituendi obtinuisse. Has nostras animadversiones aequo animo excipiant Eruditi, quorum judicio meam, quam de *Comitibus*, ad quos suos misit nuncios S. Romualdus, in provincia Camerinensi constitutis protuli sententiam, libenter subjicio.

profectum Vir sanctus operam dedit statuere melius non possumus, quam ad illius acta confugientes a S. Petro Damiano scriptore docto, sancto, sincero, & coëvo exarata, quaeque a probatis testibus, ab egregiis nempe S. Romualdi discipulis, se collegisse professus est; *Ut fidelium devotioni satisfaciens ad communem utilitatem recitanda legivo Sanctae Ecclesiae tradidisset*. Asserit propterea se quasi breve *commonitorum* (1) facere, quod tamen historiae ordinem non perturbat; quum Sanctus Scriptor aperte asserat, actorum S. Romualdi *initium*, *cursum*, & *finem* se velle contexere; ideoque falsa illa opinio est. Petrum Damianum confusa nobis, & sine ordine haec acta tradidisse videturque *imperiti historici* Damianus turpi nota vindicandus: quin immo in iis Chronologicum ordinem constanter persequutum fuisse tenendum est, ut fuse in notis ad acta S. Romualdi illustrantibus aperte probamus. Sancti igitur scriptoris viam nos tenentes non a natali S. Romualdi die chronologicam tabulam hic damus, sed ab anno, quo illum reducem fuisse scimus a Coxanensi Coenobio ad S. Severi Monasterium, Sergium patrem monastico habitu jam indutum correcturum, anno nempe 982; illam prosequimur ad alterum ad Vallis-Castri Coenobium reditum; & hanc aeram, alias S. Viri perpendentes stationes alibi prius factas, investigare debemus.

## TABULA I. (2)

982 E Coxani solitudine Ravennam regreditur.
Pergit ad classenses paludes, mox
Ad S. Martini in sylva.
Apud Baleneum manet.
Non longe a Catria stationem figit.
Redit ad Monasterium Classense.

In

(1) *Commonitorium* a verbo *commoneo*, sonat italicè: *esortare*, *istruire*. Ab hoc ergo *Commonitorio* non est eliminandus *ordo*, ille, quem Damianus asserit se velle servare in actis S. Romualdi, cujus vitae *initium*, *cursum*, & *finem* exactè describere Damianus protestatur. Quod vero *Commonitorium* sonet *adhortatio*, *instructio*, & quid simile, ab illis patet verbis Damiani profitentis acta se S. Romualdi exarasse *Fidelium devotioni satisfaciens ad communem utilitatem legenda*. Canonicus Dominicus Magrius in libro = *Notizie de' vocaboli Ecclesiastici* = ad verbum = *Commonitorium* = illud explicat = *istruzione* = Damianus iterum, iterumque in prologo ad haec acta *narrationis ordinem* se asserit servare: ideoque haec acta *miscellanea* non sunt habenda; sed exacta, & continuata historia, ordine Chronologico ducta; ut in meis observationibus apologeticis ad Venerabilis Viri acta pene ad evidentiam, ni fallor, probare contendo.

[2] Ubi ad S. Romualdi stationes anni affixi non sunt, illarum aera nobis incerta est.

In Pereo habitat.
996 Otto III. designat Romualdum Abbatem Classis.
998 Abbatiae Romualdus nuncium mittit.
Ad montem Casinum pergit; mox
Ad Pereum redit.
Navigat Parentium.
Ad Bifurcum progreditur.
In Valle Castri stationem figit.
Ad Urbis veteris regionem proficiscitur:
Hungariam versus iter arripit; mox
Ad Classense Coenobium.
Iterum navigat Parentium.
Fauces Callenses, Montem Petranum, illasque regiones perlustrat.
Ad Monasterium Vallis-Castri revertitur.
Manet in Aqua-bella.

III. Prima ergo S. Romualdi statio in solitudine Vallis-Castri in Provincia Camerinensi fuit, quando, relicta Bifurci solitudine, missisque *ad comites* [1] *Provinciae Camerinae* nunciis, illam impetravit. Accessus igitur S. P. ad hanc solitudinem figendus est, postquam anno 1004. a Parentio regressus ad Bifurcum pervenit; ideoque circa annum 1006. figenda est S. Romualdi in Valle Castri prima statio, ut optime docti Camaldulenses conjiciunt. [2]

IV. Quantum in illis viciniis adlaboraverit Romualdus pro animarum profectu audiamus Damianum = *Coepere*, ait, *homines ad poenitentiam hinc inde confluere, sua pauperibus misericorditer erogare, alii seculum omnino relinquere, & ad sanctae conversationis ordinem spiritu fervido festinare ..... Inter coeteros autem praecipue singulares clericos, qui per pecuniam ordinati fuerant, durissima severitate corripiebat, & eos, nisi ordinem sponte desererent, omnino damnabiles, & haereticos asserebat. Qui novam rem audientes occidere illum moliti sunt ..... Constituit vir sanctus plures Canonicos, & Clericos, qui laicorum more seculariter habitabant, Praepositis obedire, & communiter in congregatione vivere docuit. Nonnulli quoque Episcopi, qui per symoniacam haeresim sacras sedes invaserant, ad eum causa poenitentiae concurrebant*. [3]

V. Discessit deinde e Valle-Castrensi Coenobio, & progressus est ad Urbem-veterem; ubi, audito Bonifacii discipuli sui martyrio,

[1] De his comitibus egimus in observatione numeri praecedentis.

[2] Annal. tom. I. Lib. VII. n. XLV.

[3] Acta S. Rom. Cap. XXXV.

rio, *nimio desiderii igne succensus, ut pro Christo sanguinem funderet, Ungariam mox ire disposuit; interim tamen, dum in ipsa intentione persisteret, brevi tempore tria constituit monasteria, unum videlicet in Valle de Castro, ubi nunc sanctissimum Corpus ejus est conditum, alium prope Insinum fluvium, tertium juxta Oppidum condidit Esculanum*. Haec habet Damianus. [1] Ad haec Monasteria constituenda S. Romualdus forsan iterum in nostram Dioecesim regressus fuisse credendus est.

## CAPUT II.

### *De Monasterio juxta Oppidum Esculanum.*

I. *Perquiritur quale sit hoc Monasterium* juxta Oppidum Esculanum.
II. *Conjicitur in agro San-genesii in Castro Insulae.*
III. *Describitur Monasterium Insulae, & argumentatur fundationis Romualdinae.*
IV. *Et hoc Monasterium fuisse illud conditum* juxta Oppidum Esculanum *forte tenendum ex historiae Genesinae auctoritate,*
V. *Et alterius Scriptoris;*
VI. *Qui exhibent collem Esculanum in San-genesio ex schedis archivii illius Oppidi.*
VII. *Agitur de origine Oppidi San-genesii.*
VIII. *Firmatur Monasterium juxta Oppidum* Esculanum *fuisse illud S. Mariae de Insula in agro Genesino, non juxta Asculum.*
IX. *Fundavit S. Romualdus unum Parthenonem in iisdem partibus. Argumentatur in quo loco.*

I. PEropportunum nobis hic est perquirere, quanam regione tertium hoc Coenobium juxta *Oppidum Esculanum* S. Romualdus condiderit: communi enim scriptorum sententia illud conditum censetur prope *Asculum* Civitatem, quae medio aevo *Asculum*, & *Esculum* dicta est. Nos vero non solum duo illa priora Coenobia in Camerinensi Dioecesi, sed & tertium istud conditum fuisse argumentamur.

II. In agro Genesino, (vulgo *S. Genesio*) situm erat castrum *Insulae* a S. Genesii Oppido IV. mille pass. circ. distitum ad Meridiem, & ad radices pene montium Apenninorum, qui una cum Insula

[1] Cap. XXXIX.

ſula ad jura tranſierunt Populi Geneſini in illo Caſtro hodie disjecto dominantis. Erat ibi Monaſterium cum templo *S. Mariae ſacro* in illis partibus adeo venerabile, & illuſtre, ut *Monaſterii ſancti* nomen ſibi, ut fama hominum eſt, a populis vindicarit, quod incolebant Monachi Ordinis S. Benedicti a S. Romualdo, ut pariter perhibent Reformati *Camaldulenſes* poſtea nuncupati. Id nos conjecturis forte non contemnendis infra probabimus.

III. Habemus utique hoc Monaſterium inter ſylvas, horrendamque ſolitudinem, ubi hodie Pagus ſupereſt, qui *Monaſterium* nuncupatur a celebri illo, ac venerabili Monaſterio S. Mariae penitus diſſipato. Supereſt templum S. Mariae ſacrum omnino integrum cum confeſſione affabre conſtructa, & columnis innixa, in eoque Sacerdotium illius Pagi eſt conſtitutum. Prope Monaſterium ad mille paſſus reliquiae ejuſdem Eremi ſuperſunt; in ipſius montis radicibus murorum rudera viſuntur, quae nonnullas cryptas claudebant, quaſi cellulas in illius montis ſcopulis a natura efformatas, in quibus forte *incluſi* diverſabantur eremitae. Nemo eſt, qui neſciat, prope Monaſterium Eremum conſtituere, Romualdinae fuiſſe inſtitutionis. Sanctitas ergo Monacorum illud olim incolentium Coenobium; loci aſperitas, & ſolitudo, ubi illud eſt conditum, & Eremus Monaſterio proxima, & illarum gentium traditiones Romualdinae inſtitutionis illud eſſe non inepte firmant. (1)

IV. Ego vero ab ipſomet S. Romualdo Monaſterium iſtud fuiſſe fundatum, ni certis, ſaltem probabilioribus argumentis conjicio, & illud eſſe, quod acta volunt a S. Romualdo conſtitutum juxta *Oppidum Eſculanum*. Marinus Angelus Severinus in hiſtoria ſua Geneſina, [2] Oppidi nempe *S. Gineſii* nuncupati, in noſtra Camerinenſi Dioeceſi ſic habet = *Erat tunc* (anno ſcilicet 1230.) *in Oppido S. Geneſii diſtans per ſtadia fere viginti Monaſterium Divi Benedicti in Cippo, modo Villa Vallimaſtra, in qua Moniales ejus ordinis vigebant, quae petierunt a Philippo Epiſcopo Camerinenſi ejus protectionem, ut haberent in eorum neceſſitatibus, quo confugerent, quam gratioſe reportarunt pro cenſu annuo Epiſcopali duobus ſolidis Raven., & Ancon. impoſitis. Anno deinde* 1249. *ab eodem Epiſcopo ſupplicationem obtinuere, poſſe bona, & oblationes Parochialium dicti Monaſterii libere percipere; propterea quod illic diſcedentes volebant ire ad habitandum Collem Eſculanum Oppidi S. Geneſii in Divi Valentini, cui nomen S. Joannis applicavere, prout etiam modo nominatur. Anno* 1270. *a Vidone Epiſcopo Camerte ad earumdem mo-*

Q *nia-*

[1] Annal. Lib. VII. tom. I. n. XVII. pag. 255.

(2) Sever. hiſt Geneſ. mſ. Lib. 1.

*niolium petitionem supradictum Monasterium annexum &c. novo Monasterio D. Joannis Collis Esculani, adhucque ejus fruitur bonis* = Haec Severinius scribens seculo XVI.

V. Alterum habemus scriptorem sequentis seculi pariter Genesinum Fr. nempe Genesium Ravignanium Tertii Ordinis S. Francisci, qui in historia sua ms. in archivo illius Ordinis in Monasterio extra moenia S. Genesii *Fioleo* nuncupato sic habet = *Di S. Ginesio* = *Il Monastero delle Suore di S. Giovanni, dove ora sono, si chiamava a quei tempi Collesculano, Chiesa di S. Valentino &c.*

VI. Ecce nos ad novam regionem, quae *Esculani* nomen habet apud Genesinos. Collis iste *Esculanus* non esset utique documentis probandus in illo Oppido: Situs enim *Collis-Esculani*, seu *Esculeni*, vel etiam *Asculani* (sic enim promiscue nuncupatur) apud illas gentes notissimus est; & extat in sublimiori oppidi parte; ubi propugnaculum, seu Arx erat munitissima, duplici muro undique vallata, cujus rudera hodieque supersunt, & in ipsa antiquissimum templum S. Valentino sacrum, quod postea a S. Joanne nomen habuit; quando Moniales praedictae *S. Benedicti in Cippo* in illud sese receperunt, & Monasterium aedificarunt; & collis iste *Esculanus caput Castelli* (vulgo *Capo Castello*) hodie nominatur; unumque est e nobilioribus Oppidi S. Genesii quarteriis. Chartam habemus in publico archivo Genesino, quae *Esculani*, seu *Asculani* Collis situm aperte describit, in eaque continetur electio Cappellani facta a Monialibus S. Joannis die 25. Maji anno 1536. per acta Ser Marini Bilacqua, in qua sic legitur = *Supradicto anno (1536.) & die 25. Maji in terra S. Genesii ante portam majorem Monasterii S. Joannis positi in Colle Asculano, seu S. Joannis in contrata Capitis Castri justa ortum superiorem dicti Monasterii, & res dicti Monasterii undique proesentibus &c.* = Si ergo apud Genesinos in *Colle Esculano*, seu *Asculano* reperitur regio *caput Castri*, seu *Castelli* vocata; quodnam erit Castrum illud, quod *Colli Esculano* nomen dat, nisi *Castrum*, seu *Castellum Esculanum*. Revera *Collis Esculanus* vocata non fuisset regio illa *Capo Castello* dicta, nisi castrum *Esculanum* in illis viciniis fuisset olim constitutum, quod *Colli Esculano* nomen dedisset. At ubinam *Oppidum Esculanum* ante medium undecimum seculum jacebat, quod Colli illi nomen dabat in quo princeps Oppidi S. Genesii est constitutum (ut dicunt) quarterium, ubi nobiles tantum Cives, seclusa plebe, suas aedes habebant? Ad id assequendum perpendamus oportet, veram, & fabulis spoliatam *Oppidi S. Genesii* originem. E Falerae, & Urbis-salviae ruinis oppidi S. Genesii finitimorum originem suam habuisse tot illa Castella, quae circum-

qua-

quaque jacebant sparsa circa elevatum illum collem, ubi nunc situm est amplum, & nobile S. Genesii Oppidum, asserit Severinius. [1] Domini, qui in Castellis illis dominabantur ad dirimendas contentiones inter ipsos in dies excitatas; perspecta collis amoenitate, aeris salubritate, & planitie illa, quae in vertice collis latissime patet, illud consilii coeperunt, ut vastatis tot castellis, unum constitueretur, quo, deductis populis sibi subjectis, amplissimum efformarent Oppidum, quod ab Aede ibi reperta, & in honorem *S. Genesii* jamdiu excitata, specialique cultu habita *S. Genesii* nomine esset insignitum. Res illico confecta fuit. Castella fuerunt eversa, populi deducti: & Castrum in quinque, ut vocant, quarteria distributum. Princeps quarterium in *Colle Esculano caput Castelli* dictum fuit; alterum *Brugiani*; alterum *Alvaneti*; alterum *Transani* a populis illorum Castrorum ibi deductorum vocata; postremo *Burgi* nomen haesit, ubi, ut ego conjicio, a sparsis undique vicinis Castris gentes collectae sunt ad illud suburbium incolendum. Situs, ubi *Brugianum*, *Alvanetum*, *&* *Trensanum* castra jacebant notissima hodieque sunt. Ubi vero *Oppidum Esculanum* jaceret, quod *Colli Esculano* nomen dedit, clarissima nobis supersunt indicia. Ad radices enim illius Collis, quibus imminet *Collis Esculanus* pingue patet ad ejus meridiem latifundium in illa vicinia, quae *Mariotta* nomen habet, quod PP. Clerici Regulares Minores illius Oppidi possident, & in quo publica patet via, a cujus sinistro latere praeterfluit fluvius *Fiastrella* nuncupatus, & ad dexterám habet collem, qui recta via a sua radice ad summitatem desinit *Collis Esculani*. In illa planitie detecti sunt, & in dies deteguntur muri praegrandes desinentes ad radices *Collis Esculani* antiquissimae, & fortissimae structurae, illisque similes, qui apparent adhuc, ubi sitas fuisse scimus Civitates Faleram, Urbem-Salviam, & Recinam: quamvis in hac planitie ob culturam camporum penitus dissipati sint, & humo tecti: attamen praegrandium vestigia murorum hinc inde sparsa apparent per ascensum illius Collis. Hinc aperte conjicimus ibi antiquissimum fuisse constitutum *Esculanum*, quod *Colli Esculano* nomen dedit. Supersunt in hoc colle vestigia illa munitissimae Arcis, disjecto *Esculano oppido imminentis* illius oppidi forte propugnaculi; Cujusmodi propugnacula habuisse comperimus Faleram, & Urbem-Salviam, in quibus illarum Oppidani ad barbaricas effugiendas irruptiones se se receperunt, & in quibus vastata illorum oppida renata, ut ita dicam, sunt. Id propemodum evenisse *Oppido Esculano* conjicimus.



[1] Sever. ubi supr. Lib. 1.

VII. Attamen, quo tempore Damianus scribebat, *Esculanum* non fuisse adhuc dirutum, & Oppidi *S. Genesii* originem non medio XI., sed medio XII. seculo esse forte figendam, argumenta, & quidem gravissima nos in suspicionem inducunt. Castri enim *S. Genesii* prima memoria in laudata Severinii historia [1] habetur ex diplomate Marquardii expedito sub Ripae Transonae obsidione favore Warnerii Ducis, & Marchionis anno 1199. Indic. 1. die 29. Augusti anno Manfredi regis I., quo perpetuo jure illi, ejusque haeredibus in infinitum beneficiario nomine firmat Castra *S. Genesii*, *Plecae*, *Montis Franchi*, & Ecclesiam *S. Mariae de Storaco*. (2) Muratorius vero in suis antiquitatibus italicis (3) alterum profert documentum favore Warnerii, & Altrudis ejus uxoris (fuit hic Warnerius, vel avus, vel pater supradicti Warnerii) datum anno 1117, quod continet cessionem, & donationem factam Warnerio a Berardo filio Massarii de rebus suis, quas habet infra comitatum Camerini, *Et in loco, qui nominatur in monte S. Genesii*. (4) Et quis nam erit *mons* iste, vocatus *Monte S. Genesii*, nisi forte mons ille, ubi hodie jacet *Oppidum S. Genesii*? Sic propterea mons ille dictus ab Aede

[1] Sever. ubi supra, & Compagn. Reg. Pic. P. I. Lib. II. pag. 78.

(2) Haec Ecclesia sita est in agro Montisfilottrani Auximanae Dioec., habebatque annexum Monasterium Ordinis S. Benedicti omnino nunc disjectum. Templum integrum est amplum, & magnificum. *Storacum* Castrum erat Auximanae genti subjectum, a qua Auximanae Ecclesiae donatum est; & ad illud regendum Episcopus mittebat rectorem, ut scribit Martorellius (Lib. III. Cap. VII. pag. 190.) & documentum profert ad annum 1271. ad amplificandum Montam fil'ottranum fuit *Storacum* eversum, fide ejusdem Martorellii. In Monasterio S. Mariae Coenobiticam vitam professus est S. Bonfilius, qui anno 1078. Cathedram Fulginatem obtinuit. Acta hujus S. Pastoris, quem suae Civitatis voluerunt patronum Cingulani, qui sacras illius exuvias in Ecclesia S. Benedicti Congregationis Silvestrinae venerantur, scripsit S. Silvester illius Congregationis fundator, eamque habes in Chronica ejusdem Congregationis a Sebastiano Fabrino Italice scripta pag. 62. In Ecclesia *S. Mariae de Storaco* corpus requiescere B. Silvestri de Pyro Ordinis S. Benedicti illatum partium gentes dictitant; & est constans apud illas traditio. Nil de hoc venerabili Viro compertum habemus; reticere autem traditionem nolumus, ne forte videamur patrias res omnino negligere. Posset enim aliquando documenta prodire ad hanc traditionem firmandam.

[3] Tom. I. Diss. V. col. 173. & 174. edit. Ven. quod in App. damus.

(4) Haec verba = *In loco, qui nominatur in Monte S.Genesii* = nullam habent vim ad exprimendum *Castrum S. Genesii*. Sic, ubi legimus S. Romualdum secessisse a *Valle Castri* ad *aquam-bellam*, nemo ubique argumentabitur ibi aliquod Castrum fuisse, dum legit stationem S. Virum fixisse = *In loco qui dicitur aqua-bella* = Hujusmodi exempla pene innomera habentur in monumentis, & schedis horum temporum. Et propterea si Berardus donat Warnerio terras, & sylvas positas *in loco qui dicitur in monte S. Genesii*, Castrum S. Genesii ab illo monte omnino patet exclusum, quod clarissime deprehenditur ab illius diplomatis lectione, illudque consule in Appendice. Et propterea *San-Genesii* oppidi fundatio ad sequiora tempora est referenda.

Aede *S. Genesio* sacra, quae postea novo Oppido S. Genesii nomen dedit, ut nos superius argumentati sumus. Anno igitur 1117. *Sancti Genesii* Oppidum non fuisse adhuc constitutum, & infra hunc annum, & annum 1199. illius originem figendam esse argumentamur, explosa fabulosa illius oppidi origine ab *Avio* in Piceno somniato, a *Cupramontana* alibi tutissimè reperta, & ab *Esculano* in illis viciniis, & non in monte, ubi nunc S. Genesii Oppidum jacet, a nobis forsan invento. Vastitatem vero oppidi *Esculani* possumus nos refundere ad Normannos ante ann. 1079, quando *Marchiam Firmanam, seu Camerinam* divexarunt, contra quos S. Gregorius VII. excommunicationis sententiam dixit. [1] Forsan tamen errabimus.

VIII. Ita re se habente, quis *inficiabitur* Monasterium a Sancto Romualdo prope oppidum *Esculanum* conditum illud potius fuisse *S. Mariae de Insula*, in quo Romualdinae institutionis tot signa praelucent in Camerinensi Dioecesi positum, quam aliud longiori in parte prope Civitatem *Asculanam*, in cujus viciniis nil certi habemus ad illud firmandum. Comitum Camerinensium amor erga S. Patrem aperte ab ejus actis ostenditur. Breve tempus, quo illa tria monasteria a S. Romualdo constructa sunt, probat magis propinquitas, quae inter *Vallem Castri*, & *Castrum Insulae* intercedit xx. circ. mill. pass., quam inter Vallem *Castri*, & *Asculanum*, quod supra L. mill. pass. a Valle Castri distat; ideoque monasterium prope oppidum *Esculanum* illud esse in Camerinensi Dioecesi conditum ad *D. Mariae de Insula*, quasi ad evidentiam firmat. Haec ego de Romualdina fundatione tertii Monasterii prope oppidum *Esculanum* conjicio. Auderem id tutissime asserere, si antiquiora documenta è tabulariis Genesinis, quae sane non deficiunt, quaeque legisse, & a quibus historiam suam se excerpsisse Severinius sincere fatetur, obtinere potuissem.

IX. In hac igitur prima statione in Valle-Castri, praeter tria illa Monasteria, fundavit etiam Romualdus alterum Parthenonem; nescimus quo loco: Ni forte velimus fuisse illud *S. Benedicti in Cippo*, de quo supra; sane probabilius, quam illud a cl. Abbate Grandio excogitatum in Dioecesi Firmana, quo S. P. an aliquando progressus sit, nil certi habemus. Canonicas Ecclesias potuit reformare, illam *S. Severini*, *Cinguli*, *Canonicam S. Coronati*, *Montecchianam*, aliasque; si quae per illa tempora in nostris partibus erant fundatae. Accurrere potuit ad reformandos Monachos *S. Urbani*, *Vallisfucinae*, *S. Clementis*, *S. Victoris* in Agro Cingulano, *S. Eustachii de Domoris*, *S. Laurentii in Doliolo*, *S. Mariae de* Ram-

(1) Labb. Tom. x. Collect. Concil. Murat. Annal. ad ann. 1078.

*Ramboua*, *S. Mariani*, aliosque plures in aliis Coenobiis in hac parte Cisapennina sparsis degentes.

## CAPUT III.

### *De Aqua-bella ubi* S. Romualdus *mansit*.

I. *Stationes S. Romualdi a Valle-Castri ad* Aquam-bellam *designantur*.
II. *Diluuntur objectiones, quae possunt aeras illarum stationum perturbare*.
III. Aquam-bellam *non longe a Valle-Castri reperimus; illamque conjicimus in Agro Fabriani in regione Tadini, & quidem duobus documentis*.
IV. *Assertum nostrum probamus, & reprobamus* Aquam-bellam Vallisumbrosae.
V. *Acta S. Romualdi a Damiano scripta sententiam nostram confirmant*.
VI. *Immo & aetas S. Romualdi, & ipsa Chronologia favet conjecturis nostris*.
VII. *Rejicitur opinio illorum, qui volunt* Aquam-bellam *idem esse ac Camaldulum*.
VIII. *Aliis argumentis chronologicis, & serie actorum S. P. nostra opinio firmatur*.
IX. *Recensentur stationes S. Romualdi*.
X. *Producitur II. Tabula Chronologica actorum, & stationum S. Viri*.
XI. *Explosa* Aqua-bella *Vallisumbrosae datur locus* Aquae-bellae Tadinati.
XII. *In Agro Fabrianensi prope Albacinam forte alia* Aqua-bella *reperitur: & sic potioribus argumentis* Aqua-bella Vallis Umbrosae *rejicitur*.
XIII. *Res gestae a S. Romualdo recensentur, dum mansit in nostra* Aqua-bella.

I. ALteram Stationem fecit Sanctus Romualdus anno circiter 1011. a Pannonia reversus ad Vallem-Castri, quando ab illa solitudine a Monachis turpiter ejectus, *progrediens non longe ab Apennino monte, in loco, qui dicitur Aqua-bella manere constituit*. (1) At quisnam erit locus iste *Aqua-bella* nuncupatus non lon-

[1] Vit. S. Romualdi Cap. xlvi.

longe ab Apennino monte, in quo S. P. manere constituit? Acta S. Romualdi ejectionem a Valle Castri referunt Capite XLV; accessum ad *Aquam-bellam* Capite XLVI; discessum vero S. Romualdi ab Apennino monte Capite XLIX.

II. At enim: quare Cap. XLVII, in quo *Camaldulensis* eremi fundatio habetur, & miraculum ibi a Deo ad S. Viri custodiam patratum ego non recolo? Quare Caput XLVIII. etiam ommitto, in quo de *Monte petrano*, & de alio miraculo nihil produco? Ratio, & forsan clara a Sancti Damiani textu, si attentè perpendatur, apparet. Vix Romualdus ad *Aquam-bellam* pervenit, Presbyterum a dentium dolore liberavit; quo miraculo tot illi encomia data sunt. Hoc enarrato prodigio, Damianus aliud refert miraculum in Eremo Camaldulensi factum *alio tempore*, tempore scilicet incerto, & a Deo factum ad custodiam S. Romualdi: quo viso, omnes obstupefacti loetas ad coelum voces tollunt, & immensas Deo gratias agunt. Capite denique XLVIII. affert Damianus aliud miraculum de ilice lapsa super quemdam rusticum, ad quod enarrandum sic Damianus progreditur = *Sed quid nos de divina circa venerabilem virum custodia dicimus, cum & alios saepe per ejus praesentiam ex magnis ereptos fuisse periculis non ignoramus* = Sic doctissimus, & accuratissimus scriptor Damianus tria haec miracula in tribus capitibus perbellè connectit. Quapropter si hoc ultimum caput locum non habet in Chronologico ordine actorum S. Romualdi, nec alterum *alio tempore* in Camaldulensi Eremo a Deo factum locum habere debet, quia tempore incerto perpetratum; & neutrum istorum miraculorum assignare potest S. Patris stationes: alias S. Senem annorum circ. 106. obligatum haberemus ad importunum, irrationabile, & pene incredibile iter, ut mox aperte probabimus.

III. *Ad Aquae-bellae* situm patefaciendum veniamus, quum *Aquam-bellam* non longe a Valle-Castri sitam esse suspicemur. Clarissimus Canonicus Butus toties in hac opella celebratus fuit a me superioribus annis enixe rogatus, ut si quam per illas regiones Apennini montis Fabriano proximas aliquam expiscaretur regionem cui *Aquae-bellae* nomen, vel aliud huic nomini simile haereret, me certiorem redderet: suspicabar enim S. Romualdum a Vallis Castri solitudine ejectum, & *non longe ab Apennino monte in loco, qui dicitur Aqua-bella* constitutum, non utique processisse ad *Aquam-bellam Vallis-Umbrosae*, sed Fabriani Agrum non fuisse praetergressum; ut exinde, *relicto Apennino, montem Sitriae babitaturus ascenderet*: Quum montes Fabriano proximi *Apennini* nomen haberent, in quibus insignis Abbatia *S. Mariae de Apennino* sub initio XIII. seculi flo-

florebat, cujus Monachi amplam jurisdictionem habebant *a summitate montium Apennini Fabrianum versus*: (1) & non longe ab illo Coenobio situm erat Castrum, seu *Rocca Apennini*, cujus Domini anno 1226. sese Fabriano submiserunt [2] & propterea mons ille, cujus lateri adhaerent & Monasterium *S. Mariae de Apennino*, & *Rocca Apennini*, mons *Apenninus* est certissime nuncupatus. Nullum praetermisit studium, ut votis meis faceret satis, amicus solertissimus: Attamen nil tunc assequi potuit. Quum vero exinde suae Ecclesiae Cathedralis chartas forte revolveret spectantes ad Abbatiam *S. Mariae de Apennino* suae mensae Capitulari ab Eugenio IV. unitam, in duas incidit schedas scriptas sub initio XIV. seculi, in quibus memoratur *Eremita S. Salvatoris*, *& S. Petri de Aqua-albella* sita in Monte madio (vulgo *Montemaggio*), quae tunc juris erat Monachorum *S. Mariae de Apennino*; coepitque suspicari *Aquam-bellam* a me quaesitam esse illam *Aquam-albellam* in illis schedis enunciatam, ad quam S. Romualdus secessit (quicquid sit de alteratione vocis *Aquae-bellae* in *Aquam-albellam*; id enim evenire potuit a corrupta rusticorum pronunciatione.) Hac acquisitâ notitia perrexit Vir humanissimus ad illam regionem; & ab annoso sene intellexit in ea parte *Montis madii*, qua *Tadinum* versus descendimus [3] suae adolescentiae annis vidisse nonnulla cellularum vestigia omnino tunc disjectarum hinc inde per *Montis Madii* [4] declivitates spar-

[1] Arch. Fabr. prior. libro rosso pag. 83. sunt verba diplomatis cessionis relati a Nintoma Accademico Litt. III. annot. A. pag. 41.

[2] In eodem lib. pag. 47.

[3] Diruta Tadini vestigia prope Gualdum Nucerinae Dioeceseos videntur, unde ortum habuisse dicunt illud Oppidum.

(4) *Mons* iste *Madius* (*Monte Maggio* vulgo dictus) unus est e subliminribus montium *Apennini* in agro Fabrianensi, in cujus radice sita est *S. Maria de Apennino*; ibique pariter erat constiturum Castrum, seu *Rocca Apennini*, loci a Fabriano V., vel VI. mill. pass. dissiti ad Occidentem hyemalem. *Mons Madius* (*Monte Maggio*) est in Montes Apennini, qui se protendunt ad Occidentem aestivum, omnium sublimior, & in sua opposita parte, ubi jacebat *Eremita S. Salvatoris*, *& S. Petri de Aqua-albella* respicit Tadinum. Suum vero nomen est *Apenninus*; in quo dominabantur jurisdictione etiam temporali, ut supra dictum est, Monachi *S. Mariae de Apennino*, qui se ipsos & *homines* ...., *cum universis mansis & tenutis eorum quos habent* (nota) *a summitate montium Apennini in versus Fabrianum*. Non dicitur ibi = *Montium Apenninorum*, sed *Apennini*. Cur vero mons iste vere *Apenninus* appellandus, dictus sit *Mons Madius*, dicam, sed forsan errabo; si argumenter *Monte Maggio* illum vulgo dictum, quasi Mons major *Monte maggiore* aliorum, qui in Fabrianensi agro siti sunt. Quia vero solent, ut plurimum rustici nostrarum regionum voces deturpare, & obtruncare ultimas vocum syllabas, *Monte Maggiò*, cum gravi accentu in ultima syllaba illum pronunciarunt, idest *Monte maggiore*. Gens magis culta gravem accentum ab illa ultima syllaba auferentes, montem appellarunt *Monte maggio*; quam vocem cum imperiti notarii, aliique illorum tempo- rum

ſparſarum. Haec ab illo annoſo montivago ſene accepit noſter Butus, qui poſtea gravi preſſus infirmitate non potuit mecum omnia haec communicare.

IV. Vix haec ab amico ingeuuo comperi, ſtatim deprehendi *Aquam-bellam*, quo Sanctus Romualdus progreſſus eſt, fuiſſe potius *Aquam-albellam* in Agro Fabrianenſi repertam (hanc *Aquam-albellam Tadinatem* nuncupabimus) quam illam Vallis-Umbroſae, rationibus utique non contemnendis. Primò quidem hanc *Aquam-albellam* ſitam habemus in *Apennino*; & hoc neceſſariò; ut verum ſit, quod ſcribit Damianus de diſceſſu S.Romualdi, *qui relicto Apennino montem Sitriae habitaturus aſcendit*. Item ejectus Romualdus a Valle-Caſtri, & ad *Aquam-albellam* Tadinatem progreſſus XII. circ. milliaria confecit, iter utique percommodum, quod etiam pedeſtris Venerabilis ſenex conficere poterat. Tertiò in hac noſtra *Aqua-bella*, ſeu *Aqua-albella* habemus Monaſterium S. Mariae, & huic proximam Eremum *S. Salvatoris*, *& S. Petri*; & in hac ſtatione S. P. praelucet ſpiritus, qui proximam Monaſterio ſemper voluit Eremum. Ad hanc *Aquam-bellam* progreſſus Romualdus, concurrentibus ad eum undique viris ad Monaſticum habitum impetrandum, fundare potuit Coenobium *S. Mariae de Apennino*. Accedit ad hoc argumentum firmandum, noſtramque conjecturam roborandam auctoritas Chroniſtae Gualdenſis, [1] quaecumque illa ſit, qui ſcribit S. Romualdum manſiſſe in *regione Tadini*, non longe ab *Eremita S. Salvatoris*, & *S. Petri de Aqua-albella* conſtituta. Tandem ſi diſceſſum ab hac *Aqua-bella* ad montem Sitriae perpendamus, videbimus pene ad evidentiam in hac Tadinate *Aqua-albella*, non in Vallumbroſana Romualdum manſiſſe. A Tadinate utique *Aqua-albella* ad Sitriam milliaria intercedunt circ. XV. ad Occidentem aeſtivum.

V. Repetamus nunc quomodo Damianus diſceſſum ab hac Aqua-bella deſcribat = *Poſtmodum vero, cum Apenninum dereret, montem Sitriae habitaturus aſcendit* = Igitur hic non memoratur *Aqua-bella*, ſed *Apenninum*; & S. Romualdus credendus non eſt incoluiſſe *Aquam-bellam Vallumbroſanam*, quum P. Soldanius V.C. ponat *Aquam-bellam Vallis-Umbroſae* pluribus milliariis ab Apenninis moutibus diſſitam, illamque locet in Valle. Ideoque ſi S. P.

R man-

rum in latinum vertere vellent, exiſtimantes vocem illam *Maggio* praeferre ſignificationem menſis *Maji*, qui menſis barbaris illis temporibus *Madius* dicebatur, *Montem madium* latinè, vulgo *Monte-maggio* exinde dixerunt. Sed hae nugae ſunt.

[1] Hic codex ſervatur in Vaticana Bibliotheca. Videndum quid ſcribent de mora S. Romualdi in regione Tadini Analium Camal. Scriptores Tom. I. L. VIII. num. II. pag. 288.

mansisset in Valle-Umbrosa, non potuisset manere in Apennino; & quando discessit ab Apennino, discessit utique a Monte, & non a Valle; & propterea Damianus scribens S. Romualdum reliquisse *Apenninum*, debebat potius scribere reliquisse *Aquam-bellam*, seu *Vallem-Umbrosam*; quum *Vallis-Umbrosa*, & *Aqua-bella* sitae sint in Valle, & non in monte; & pluribus milliaribus ab Apennino dissitis. E contra vero discedens beatus Vir ab *Aqua-bella*, seu *Aqua-albella* Tadinate ab *Apennino* monte discessit, ad cujus radices & Monasterium *S. Mariae*, & *Eremi S. Salvatoris*, & *S. Petri* sitae sunt.

VI. Progressurus vero S. Vir aetate circ. annorum 106. a Valle-Castri ad Vallem-Umbrosam debuisset arripere iter 130. saltem milliarium, quae inter Vallem-Castri, & Vallem-Umbrosam intercedunt. Debuisset transgredi Umbriam, & Tusciam penetrare; & non longe a Florentia stationem ponere. Nescio, qui sedulo haec reputans suadere sibi possit tantum iter a sene tam longaevo arreptum, quod, etiamsi equitando perfecisset, gravi ei fuisset incommodo; propterea nulla nobis ratio relinquitur ad id credendum.

VII. Neque vero admittenda est opinio credentium, quando Damianus scribit Capite XLVIII. Romualdum deseruisse *Apenninum*, intelligere voluisse de *Camaldulo*, cujus meminit S. Scriptor praecedenti Capite XLVII: nam Scriptores illi, qui haec autumant, admitterent in Damiani commentario illum ordinem chronologicum a me constanter acceptum, & ab aliis usque adhuc reprobatum, & quem in coeteris partibus illius operis neglectum volunt, hic admitterent prosequutum. Si ergo chronologico ordine acta S. Romualdi disposuit, consequens est, & est certissima consequentia, S. Romualdum a *Valle-Castri* progressum ad Vallem-Umbrosam confecisse milliaria 130. a *Valle-Umbrosa* ad Camaldulum milliaria 30. a Camaldulo ad *montem Petranum* millia 50. A monte Petrano iterum ad *Camaldulum* rediisse, & confecisse alia 50. milliaria; & a Camaldulo ascendisse *montem Sitriae* confectis milliaribus 60. (1) At quaenam tam importuna, inordinata, & iniqua itinera fingimus nos facta ab illo sene tam annoso? quae necessitas urgebat ad illa suscipienda? quae prudentia ad illa admittenda? quae sententia ad illa conjicienda?

VIII. Attamen ultro haec itinera admittamus. Inspiciamus modo quanto tempore S. Romualdus potuit illa complere ab anno circ. 1009., quo relicto Vallis-Castri Coenobio, *montem Sitriae habitaturus*

[1] Hanc locorum distantiam posuimus ad communem hominum opinionem; & propterea non est distantia haec adeo certa, ut correctione non egeat.

*rus ascendit*. Utique ni velimus Romualdum cursorem effingere, nullibi sistentem, & huc illuc in similitudinem fulguris coruscantis euntem, & redeuntem haec itinera conficere non potuit nisi spatio IV, vel V. annorum, & ad Sitrlam illum reducere non possumus nisi anno 1015., vel anno 1014., ut argumentatur doctus Abb. Collina. (1) Alias in subsequentibus S. Patris actis spatium non haberemus congruum ad illa disponenda, quemadmodum nobis exhibet accuratissimus Damianus.

IX. Stationes nunc S. Romualdi recolamus ad hoc manifestè probandum. Vix S. Pater martyrium Bonifacii discipuli sui intellexit = *Nimio desiderii igne succensus, ut pro Christo sanguinem funderet, Ungariam mox ire disposuit* = Haec acta. [2] Nuncium vero passionis Bonifacii quandonam ad Romualdi aures potuit pervenire? Forte eo ipso anno 1009; quum ad diem XIV. Februarii martyrium consummasse Bonifacius censeatur. [3] Et a regione Urbis-veteris, vel a Valle-Castri ad fines Russiae (4) quot milliaria intercedunt? Ad Bonifacii mortem S. Romualdo enunciandam non fuerunt celeres equites expediti. Labente forsan anno 1009. Romualdum facti certiorem credamus. Post acceptum nuncium non illico venerabilis vir Dei Ungariam versus profectus est: *Interim tamen cum ipsa intentione persisteret, brevi tempore tria constituit monasteria*: sic Damianus capite supra citato. Has fundationes admittamus factas intra integrum annum 1009. Brevius ne tempus possumus assignare ad tria Monasteria constituenda, ad Monachos destinandos, ad Abbates instituendos; & fundato Coenobio in Valle-Castri progredi ad flumen Gini, quod Aesii flumen est, ibique Monasterium S. Helenae construere; mox ad oppidum Esculanum juxta San-genesium Monasterium S. Mariae de Insula constituere, quod a Valle-Castri 30. circ. mill. pass. abest? His factis fundationibus Camerinensem provinciam Romualdus deserat; (nescimus tamen definire an S. Bonifacii passionis certior sit factus Romualdus in Valle-Castri., an in regione Urbis-veteris) alterum apud hanc urbem condat coenobium. Mox cum sociis Monachis Romam probabiliter pergat, ibique duo ex ejus discipulis Archiepiscopi sint ordinati; & tandem Pannoniam versus iter arripiat. Haec omnia an unius anni curriculo possint expleri discretus lector judicet. Ecce igitur Romualdum anno 1010. hisce curis expeditum Ungariam versus progres-



(1) Vit. di S. Romoal. Part. I. Cap. XXXV. pag. 153.

(2) Cap. XXXIX.

(3) Annal. Camal. Tom. I. Lib. VIII. num. XVI.

[4] Laudati Chronistae eodem tomo, & libro num. XV. auctoritate Ditmari Bonifacium passum fuisse firmant in confiniis Prussiae regionis & Russiae.

greſſum circa initium anni 1011. In finibus Ungariae aegrotet; convaleſcat, ulterius progredi tentet, iterumque in morbum incidat: revertatur, & iterum convaleſcat, & ad regionem Urbis-veteris, ubi jam Monaſterium condiderat, ſe reducat. Ibi moretur, & multa perſecutionis ſcandala patiatur; & tandem *locum cum ſuis diſcipulis deſerens, non longe a Caſtro praedii in virtute Rainerii, qui poſtmodum Thuſciae Marchio factus eſt* (1) *habitet*. Ad haec agenda quantum, quaeſo temporis vultis aſſignare? Saltem integrum annum 1011. labente anno 1011. ad conſtruendum Coenobium non longe a Maſſiliano proficiſcatur, quo facto ad Claſſenſe aſceterium pergat correcturus illum Venetum Monachum, qui per ſimoniam Claſſenſem Abbatiam invaſerat, & quem aliis criminibus praeſciverat obnoxium. Hinc fugiat, ut mortem evitet, & iterum Parentium naviget, unde a Romano Pontifice revocatus, in Italiam ſe reducat. Pergat ad fauces Callenſes, *aliquandiu* ibi moretur; deinde progrediatur ad Montem Petranum: ibi Eremum conſtituat, & maneat perficiendo ea, quae Damianus Cap. XLIII, & XLIV. commemorat, & ſic compleat totum annum 1012., & non prius, quam anno 1013. ad Vallem-Caſtri ſe iterum reſtituat.

X. Stationes igitur S. Romualdi, quas priori in tabula nulli conſignavimus anno; hac altera tabula, conjecturis ſupra datis, ſic illas figimus.

## TABULA II.

| | |
|---|---|
| 1004 | Pergit ad Bifurcum; hinc |
| 1006 | Progreditur ad Vallem-Caſtri: mox |
| 1010 | Ad Urbis-veteris regionem per haec tempora condit tria Monaſteria. |
| 1011 | Ungariam verſus iter arripit. Redit<br>Ad Urbem-veterem ſe reſtituit |
| 1012 | Moratur non longe a Caſtro. Condit Coenobium non longe a Maſſiliano.<br>Claſſem vadit. Fugit Parentium: redit. Moratur in faucibus Callenſibus & in Monte Petrano. |
| 1013 | Redit ad Vallem-Caſtri; a qua ejectus manet *in Aqua-bella; Poſtmodum vero, cum Apenninum deſereret, montem Sitriae habitaturus aſcendit*. Nemo non videt quam rationabiles ſint, & tam annoſo ſeni commode hae ſtationes; & commoda etiam itinera ad illas exequendas ſuſcepta. |

Con-

(1) Act. S. Rom. Cap. xxxix.

Contra tamen hanc chronologicam stationum seriem urget *fundatio Camaldulensis Eremi*; quam factam plerique volunt anno 1012. Hanc tamen difficultatem in sequenti Capite diluere studebimus.

XI. Tot ergo argumentis, explosa *Aqua-bella Vallumbrosana*, admittatur oportet *Aqua-bella*, seu *Aqua-albella* Tadinas in agro *Fabrianensi*: &, si haec non admittatur, ad aliam expiscandam *Aquam-bellam* operam navare debemus, quae stationem S. Romualdi probabiliorem in illa reddat, & actorum S. P. seriem chronologicam non perturbet; exclusa semper Vallumbrosana: eo magis quia, si Romualdus *ad Vallem-Umbrosam* fuisset progressus, non utique Damianus scripsisset Venerabilem Virum progressum fuisse *ad Aquam-bellam*; sed ad *Vallem-Umbrosam* per illa tempora satis celebrem, omnibusque notam: quum, quo tempore Damianus Romualdi acta scribebat, illam incoleret S. Joannes Gualbertus cum florida familia ibi ab anno 1039. constituta; & Damianus illa acta disponebat anno 1042., nec aliquando Damianus *Valli-Umbrosae Aquae-bellae* nomen dedisset, etiamsi idem fuisset *Aqua-bella*, ac *Vallis-Umbrosa*, quia haec erat omnibus nota, illa penitus obscura.

XII. Sed ad aliam *Aquam-bellam* in eodem agro Fabrianensi conjiciendam progrediamur. Regioni illi apud Albacinam, de qua alias (1) in Agro Fabrianensi *Aquarellae* nomen haeret, ubi parvula Aedes hodiedum visitur Beatae Mariae Virgini sacra inter sylvas in Apennini Montis Albacinae Castro imminentis media declivitate ad ejus Orientem, ubi primum suum habuit generalem Conventum nascens Fratrum Minorum, quos Capuccinos vocant, Congregatio. Haec solitudo a Valle-Castri 1500. pass. abest. Eremus illuc constituta viget adhuc, illamque unus Eremita custodit. Vocatur utique *Aquarella*, non *Aqua-bella*. Sed nullius est momenti hujusmodi variatio. Quid si tempore Damiani regio haec *Aquabella* esset dicta? Quid si in autographo Damiani scriptum foret *Aquarella*, & non *Aquabella* Amanuensium culpa textu corrupto? En igitur alterum locum, in quo S. Romualdus percommode potuit manere ad Sitriam progressurus. In Agro Albacinensi Monachi Camaldulenses ad Divi Blasii Fabriani pinguia latifundia possident. Princeps illius Castri Ecclesia S. Venantio sacra cum Sacerdotio ibi constituto juris est Coenobii Vallis-Castri, cujus Monachi diu Paroeciam illam curarunt; & ea ratione Abbas S. Blasii jurisdictionem habet in Ecclesia Albacinensi, illiusque Ecclesiae fruitur bonis, quia utra-

(1) Lib. III. Cap. II.

utraque Abbatia Valle Castrensis, & Blasiana sunt simul unitae. Pietas ergo Albacinensis populi erga S. Romualdum ad haec usque tempora praelucere videtur; & hanc argumentari possumus suam traxisse originem a statione S. P. in proxima ista *Aquarella*, ubi Vir Dei manere constituit. En alteram *Aquam-bellam*, ad quam percommode S. Romualdus abire poterat a Valle-Castri ejectus; a qua progredi S. Senem facillime ad Sitriam possumus argumentari. Quid ergo juvat expiscari alteram *Aquam-bellam* adeo longinquam, quum duas regiones habeamus, in quibus Aquabellae nomen praelucet? Tutius tamen argumentabimur si Aqualbellam Tadinatem Albacinensi Aquarellae praeferamus. Illa enim documentis, haec conjecturis extitisse probatur.

XIII. Ad rem nostram nunc redeamus. Dum igitur S. P. Romualdus in *Aquabella* vel *Tadinate*, vel *Albacinensi* alteram suam stationem fecit, ibique per annum unum cum dimidio, ut conjicimus, mansit, potuit suas curas impendere ad reformandas, & instituendas Canonicam *S. Venantii Fabriani* jam sibi constitutam, illam *Mathilicae* si per illa tempora vigebat adhuc, pervenire *Camerinum*, ibique reformare Canonicam Ecclesiae Cathedralis *Sanctae Mariae*, illamque forsan *S. Venantii* in Suburbio illius civitatis, cujus antiquitatis documenta loculentissima damus Cap. 1. Libri 1. num. VIII, ubi de *Leontii* Episcopatu, & sanctitate, deque antiquissimo cultu Sancti Venantii disserimus. Monasterium vero *S. Victoris de Clusis*, ni velimus illud a S. Romualdo fundatum, saltem reformatum possumus argumentari. Asceterium *S. Mariae de Apennino* fundationis Romualdinae habendum forsan est una cum *Eremita S. Salvatoris*, *&* *S. Petri de Aqua-albella*: in hac enim *Aqua-albella Tadinate* potius, quam in illâ *Albacinensi* Romualdum ejectum a Valle-Castri mansisse conjicimus. Monachi etiam *S. Mariae de Rotis* in Agro Mathilicano & *S. Michaelis infra ostia* in agro S. Anatholiae reformati, & instituti pariter credendi sunt a S. P. cum aliis pluribus in illis partibus forte constitutis. Processisse etiam Apostolicum Virum ad Sentinatem regionem, in eaque, quemadmodum in Valle Mathilicana Divini Verbi praedicatione ad poenitentiam peccatores reduxisse, aliosque plures ad amplexandas S. Benedicti, suasque institutiones hortatorem Romualdum habuisse asserere tutissime possumus. Forsan etiam Atto ille Comes in Comitatu Camerinensi, ejusque uxor Berta Comitissa hortatorem habuerunt S. P. ad dotandum Coenobium *S. Michaelis infra ostia* in Agro S. Anatholiae; cujus fundatio patet jam facta ante annum 1015. ex scheda, quam damus: aliique deinde Comites operam de-

de-

derunt ad illius Monasterii censum amplificandum ex aliis documentis in Appendice ad annos 1040. 1156., & 1157. productis. (1)

[1] Monasterium S. Michaelis infra ostia fuisse ante annum 1015. jam constitutum aperte ab ipso Attonis diplomate comprachendimus. Quo enim tempore ab Attone donatio facta fuit, illud Coenobium regebat Abbas Petrus. Consule accuratissimos Chronistas Camaldulenses Tom. I. Lib. v. pag. 191. Ad hoc Asceterium potuit S. Romualdus progredi ante annum 1015. *ab Aqua-bella Fabrianensi*, vel a Monasterio *S. Mariae de Apennino*; vel etiam ab *Aqua-bella Albacinensi*, si haec admittatur *Aqua-bella* inter stationes S. Romualdi a Valle-Castri ejecti.

# C A P U T IV.

## *De aera fundationis Eremi Camaldulensis.*

*I. Fundatio Eremi Camaldulensis asseritur facta non anno* 1012., *sed anno circ.* 987. *quod probare intendimus.*
*II. Fortunius, admissa nostra hypothesi, non erravit scribens hanc fundationem factam tempore Helemperti Episcopi Aretini florentis anno* 986.
*III. Damianus nil habet de hac fundatione.*
*IV. Nostram hypothesim roborant acta S. Romualdi.*
*V. S. Romualdus perrexit ad Camaldulum cum quinque sociis, qui omnes vestibus albis erant induti.*
*VI. Ad examen revocantur acta S. Romualdi ad aeram hujus fundationis definiendam.*
*VII. Datur III. tabula chronologica ab anno* 982. *ad* 1001.
*VIII. Post hunc annum spatium habemus, quo S. Romualdus fundare potuerit Eremum Camalduli.*
*IX. Auctoritate diplomatis Henrici II. Imperatoris expungitur ab anno* 1012. *fundatio Camalduli.*
*X. Vel saltem probatur anno* 1012. *Romualdi institutum fuisse jam propagatum.*

I. SUperest nunc de *Eremo Camaldulensi* disserere, & Aeram illius fundationis investigare, ut conjecturas nostras de *Aqual-bella* firmemus. Fundatio Eremi *Camaldulensis* censetur facta anno 1012; quae revera facta esse non potuit, si S. Romualdus *ab Aqual-bella Tadinate*, quam incolebat circ. anno 1013., transisset ad *Sitriam*, ut ejus acta testantur. Quum vero annus, quo *Camaldulensis* Eremus fundata fuit, incertus nimis sit; & acta Sancti Romualdi nihil nobis certi dent; ego ab iisdem actis conjicio lon-

longe ante annum 1012. factam fuisse illam fundationem. Acta habent (1) *Alio quoque tempore, dum in quadam Eremo valde speciosa, & egregia, cui nomen est Camaldulensis, quam ipse aedificaverat, in Cella resideret* = Ab hac brevi narratiuncula aperte colligimus duo tempora. Anterius unum, & est fundatio Eremi, & posterius alterum, quando contigit miraculum Fagi super Cellam S. Romualdi corruentis. Igitur, etiamsi hoc miraculum fuisset factum anno 1012., fundatio Eremi ad aliud anterius tempus esset omnino referendum per illa verba = *quam ipse aedificaverat* = quae exprimunt tempus anterius a miraculo in illo Capite narrrato; & propterea non levibus ego conjecturis suffultus ad gloriam Sanctissimi Patris Romualdi, & ad majus decus Camaldulensis Congregationis *fundationem Camaldulensis Eremi* figo ad annum 987. circ. postquam a Vergaretano Coenobio adeo foede expulsus est, tantisque affectus contumeliis, ut fide Damiani (2) *hoc ipsum apud semetipsum deliberat, ut jam de coetero sua contentus, alienae salutis curam omnino postponat* =. Quod utique S. Vir exequutus fuisset, ni Deus ad Doemonis fraudes eludendas, *qui* (sic acta [3] habent) *videns, quia per semetipsum contra Dei famulum prevalere non posset* (recolantur acta Cap. XVI. & XVII.) *ad callida argumenta conversus, quocumque Vir Sanctus ibat, discipulorum ejus animos adversus eum in malitiam excitabat; ut quia retentari eum ab accenso sui fervoris impetu impossibile fuerat, saltem ab alienae salutis cura compesceret* =, famuli sui mentem irradiasset, illumque a concepto retraheret proposito, *ut jam de coetero sua contentus, alienae salutis curam omnino postponat*. E Vergaretano igitur Coenobio tristis nimis digressus = *Cum pervenisset ad partes Arretini locum idoneum huic proposito* (an illum apud semetipsum deliberatum?) *cupiens invenire, occurrit ei quidam vir nomine Maldolus, dicens se campum habere amoenum in alpibus positum, ubi cum aliquando dormiret instar Jacob Patriarchae scalam vidit excelsam Coelum suo vertice tangentem, per quam splendentium, atque albescentium videbatur ascendere multitudo. Quo audito vir Sanctus tamquam divino illustratus oraculo* (ad Doemonis fraudes agnoscendas) *mox campum petiit, locum vidit, Cellas ibidem construxit, & allocutus Praesulem Arretinum suffragium hujus operis quaesitum impetravit* = Sic B. Rodulphus Prior IV. Eremi Camaldulensis Cap. IX., & X. suarum constitutionum quas anno 1080. dictitavit.

II. Fortunius, quamvis, nullo producto documento, asserat Epi-

[1] Cap. XLVII.
(2) Cap. XVIII.
[3] Cap. XVII.

Episcopum Aretinum fuisse Helempertum, qui fide Gerardi Can. Aretini floruisse dicitur ab anno 986, ad annum 1010, admissa nostra hypothesi de fundatione Camaldulensis Eremi ad annum 987. circ. non erravit, sicut errasset, si haec fundatio anno 1012. esset figenda, quo florebat Willelmus. [1]

III. Nil habet Damianus de tam insigni fundatione: quare non liquet: attamen B. Rodulphi fidei standum omnino est scriptoris nempe Sancti, eodemque, quo S. Romualdus obiit seculo, florentis; ideoque tanti scriptoris auctoritate S. Romualdi acta sunt illustranda.

IV. Has nostras conjecturas argumentis roboremus ab actis Sancti Romualdi desumptis. E *Valle-Castrensi* Coenobio fuit S. Pater ejectus. A *Sitricasibus* Monachis impie, dire calumniatus, insultatus, mulctatus; A Monachis *Montis Ammiati* gravia pertulit scandala; e *Vergaretano* Coenobio hostiliter est saevissime verberatus, & expulsus est, at Deus ille moerentium consolator, qui *Sanctos suos neque tribulationes, neque jucunditates sinit habere continuas, sed tum de adversis, tum ex prosperis justorum vitam quasi admirabili varietate contexit*, ut scribit Chrisostomus (2) quid egisse putatis ad angustias tanti Viri, sibique apprime chari sublevandas, & diluendas? Accipite. Expulsus a *Valle-Castri*, & ad *Aquam-bellam* progressus, miraculis illustratur, *Angelus Dei*, *Propheta Sanctus*, *lux magna occulta mundo* proclamatur. In *Sitria* quot scandala passus sit Damianus profitetur: *Non est nostrae facultatis evolvere* [3] Calumniatur ut immundus; insultatur, mulctatur: *Senem impium laqueo debere suspendi* alii dicunt: alii *dignum judicant cum ipsa Cellula ignibus concremari*. Tandem *imposuerunt discipuli S. Viro, quasi de ommisso crimine poenitentiam, & celebrandi sacra mysteria penitus abstulere licentiam*. Quid ad haec Deus; ut puritatem, & servi sui sanctitatem coram patefaceret? *Divinitus sibi jussum est, ut sacra Missarum solemnia celebraret: Postera die sacrificare incipiens ...... in extasi raptus tam longo temporis spatio siluit, ut omnes qui aderant, mirarentur. Raptus in Coelum, divina voce praeceptum est, ut Psalmos exponeret* (4) *Tandem anima Romualdi delata ante Deum est splendida velut nix*. (5) Sic Deus gravem illam injuriam compensavit. Quomodo vero persecutionem illam omnium severiorem, a Romualdo in *Vergaretano Coenobio* sublatam temperaverit Deus, quando discipuli *facta conspiratione unanimiter Cellam ejus cum sudibus, & pha-*

S

(1) Annal. Camal. Tom. I. Lib. VIII. n. V. pag. 343.
[2] Hom. VIII. in Math.
(3) Cap. XLIX. & Cap. L.
(4) Cap. L.
[5] Cap. LI.

*& phalangis irrumpunt, verberibus eum multis afficiunt, & direptis omnibus turpiter dehonestatum de finibus suis expellunt*, (1) incompertum nobis est. Rectissime igitur possumus argumentari rependisse justissimum Deum tam impiam, soevam, & atrocem ab illo Coenobio ejectionem, inenarrabili illo, quo fuit perfusus gaudio, quando Maldulum vidit coram processisse summa benignitate illum excipientem, ad Eremum statuendam in illo vicino tam amoeno colle illum invitantem; audivitque ab eodem Maldulo stupendam scalae visionem; qua audita tamquam divino illustratus Oraculo, infernales fraudes agnovit, campum petiit, locum vidit, & Eremum illam constituit toto Orbi clarissimam; quaeque Romualdinae Congregationi Camaldulensis nomen promeruit.

V. Ab hisce observationibus, quae quamvis piae videantur meditationes, abjiciendae non sunt, & ad hanc Aeram illustrandam non videntur importunae, duo sunt elicienda ad acta S. Romualdi illustranda valde accommodata. Alterum est, S. Romualdum ad Malduli montem ascendisse quinque sociis associatum, quum quinque Cellulas ibi construxisse ejusdem B. Rodulphi testimonio nobis compertum sit: Alterum S. Patrem ejusque socios non vestibus nigris indutos fuisse, sed albis, quemadmodum in scalae visione ii Sancti Viri ipsimet Maldulo apparuerunt. Ideoque ab hac scalae visione credendum est, S. Romualdum non immutasse, ut nonnulli putant, colorem nigrum in album, sed colorem album fore a suis asseclis retinendum statuisse; quum per ea tempora Benedictinus ordo colorem uniformem non usurparet in vestibus, sed illo uteretur, quem dabant lanae armentorum illius regionis, quam Monachi incolebant, nullo adhibito ad tingendas vestes colore. [2]

VI. His praelibatis ad definiendam Aeram Camaldulensis Eremi, ad trutinam revocemus acta, & stationes Romualdi, quas pariter incertas habemus ab anno 982. ad annum 996. Anno igitur 983. incoluit S. Pater *paludes Classenses*; ob aëris malignitatem sollicite *ad S. Martini in sylva* perrexit; & tandem ad *Balneum* in Thusciae ducatu profectus est, ubi *Vergaretanum* condidit Coenobium, & stationem suam fixit; ideoque apud *Balneum* stetisse Sanctum Virum vel labente anno 984, vel sequentis initio argumentamur. In Coenobio *Vergaretano*, *non pauco tempore* mansit, ut scribit Damianus; [3] ergo moram S. Romualdi apud *Balneum* ad annos circ. IV. extendimus. Post stationem in *Vergareto* apud Balneum, alteram refert Damianus factam *non longe a Castris*, ubi aliquandiu perman-

(1) Cap. XVIII. num. 1. pag. 50.
[2] Annal. Camald. Tom. 1. Lib. II. (3) Cap. XVIII.

mansit, donec jussu S. Apollinaris ad *Classem* regressus est. Quia vero Ven. Vir solitariam sibi vitam proposuerat (annuente utique Abbate Classis) *ad Origarium* secessit, quo abire coactus est ob pestiferum aërem, & declinavit *ad Pereum* loca Classensi Abbatiae subjecta. In *Perei* solitudine sine sociis non vixit. Haec acta esse a S. Romualdo conjicimus ab anno 990. ad annum 992; quo anno in *Pereo* figimus ad annum 996., quando Otto III. Imperator S. Virum Classis Abbatem esse voluit. Igitur ab anno 985. ad annum 990. habemus spatium v. annorum, in quo *fundatio Camaldulensis Eremi* facta esse potuit, & a *Vergaretano* Coenobio pulsus, ad illam fundandam, Deo duce, pervenire; & eremum constituere circa annum 987. Subsequentibus enim annis sic S. Romualdi acta sunt inter se unita, & concatenata, ut rationabilis locus haberi non possit ad illam deinceps statuendam. Videamus. Anno, ut supra dictum est 996. S. Romualdus fuit selectus Abbas Classensis. Tenuit hoc munus ad annum 998, & hoc anno Ottoni Tiburem obsidenti Abbatiam remisit, & ad Casinum cum Sammo, & Bonifacio mox martyrio coronato, aliisque conversis Theutonicis perrexit, ubi egrotavit, sed cito convaluit; & ad *Pereum* rediit, ibique diu mansit. Stationem itaque *Perei* ad annos IV. extendimus; & propterea ab anno 998. ad 1001. in *Pereo* mansit. Die vero IV. Aprilis hujus anni Ravennae S. Pater manebat a *Pereo* forte revocatus. [1] Hoc ipso anno 1001. mense circ. Junio navigavit *Parentium*; ubi tribus annis vixit: & circa medium annum 1004. ad *Bifurcum* progressus est. In *Bifurco* aliquandiu stetit: ergo circa duos annos: potuit propterea ad *Vallem-Castri* pervenire circa annum 1006., ut doctissimi Chronographi Camaldulenses conjiciunt; & argumentatur eruditissimus Abbas Collina (2) & anno 1008. Monasterium fundare, quo Farolfi donatio facta fuit. Reliquas S. Viri stationes habes in Tabula II. Luce propterea clarius apparet S. Romualdum spatium habere non potuisse magis accommodatum, & rationabile ad fundationem *Camaldulensis* Eremi, quam illud, quod intercedit inter stationem factam in Coenobio *Vergareti*, & illam *non longe a Catria*. Accuratissimi Chronographi Camaldulenses [3] optime animadvertunt Romualdum a Monachis Vergaretanis anno 986. ejectum, quo se receperit, Damianum omnino reticuisse. *Otiosum nihilo secius, & desidem per haec tempora mansisse putare*, inquiunt, *non debemus*; & quidem optime. Referunt propterea S. Romualdum a *Vergareto non longe a*



(1) Annal. Camal. in App. docum. Tomo I. Docum. LXVI. pag. 161.

[2] Annal. Tom. I. Lib. VII. n. XLV. Collin. Vit. di S. Romuald. Tom. I. Cap. XXVIII. pag. 197. & Cap. XXX. pag. 222.

(3) Lib. V. Tom. I. n. IX. pag. 186.

*Catria* mansisse; nos vero ad constituendum Camaldulense Coenobium processisse. Laudati scriptores (1) perpendunt verba illa, quae sparsim Damianus usurpat = *Quodam tempore* = *alio quoque tempore* = Quae verba indicare dijudicant actorum S. Romualdi narrationis successivam seriem S. Scriptorem non fuisse prosequutum. Idipsum dicendum est de particula illa = *aliquando* = quo initium habet Caput XIX. = *Aliquando autem Vir Sanctus non longe mansit a Catria* = cui particulae non videtur unitum antecedens Caput XVIII, in quo continetur expulsio S. Viri a Monasterio *Vergareti*. Intermediam igitur ponamus fundationem Eremi Camaldulensis; & hanc fundationem Damianus indicavit, quando miraculum Fagi in illa Eremo non tacuit, immo enunciavit per illa verba = *quam ipse fundaverat* = sane longe prius a miraculo ibi narrato.

VII. Tertiam producamus Tabulam stationum S. Patris, ut sub oculis haberi possit chronologicus ordo illius actorum ab anno 982, ad annum 1001, quo navigavit Parentium, unde anno 1004. regressus est.

T A B U L A III.

982 Ravennam reversus est
983 Manet in paludibus Classis, & ad S. Martini in sylva.
984 Apud Balneum condit Monasterium Vergareti. Manet ibi quatuor circ. annos: fugit turpiter ejectus & vapulatus.
987 *Camaldulensem condit Eremum*.
989 Manet non longe a Catria
992 Redit ad Classem: pergit ad Origarium.
993 Pereum incolit
996 Ab Ottone III. ad Classem revocatur, & illius Coenobii Abbas dictus est.
998 Abbatiae nuncium remittit.
999 Redit ad Pereum.
1001 Navit Parentium, & statim redit.

VIII. Acta deinceps S. Romualdi ab anno 1004. ad 1005, quo *Sitriae montem habitaturus ascendit* habemus sic inter se unita, & fideliter producta, ut nullus pateat hiatus, quo suspicari possimus illum ad fundationem Camaldulensis Eremi fuisse progressum. Ideoque rationabilior omnium nobis videtur Aera anni 987. circ. ad figendam in ea Eremi Camaldulensis fundationem. Prae oculis etiam a nobis habendum est compendium illud actorum S. Romualdi factum

(1) Ubi sup. num. XIV. pag. 189.

ctum a Damiano Cap. LXIX. ubi legimus = *Vir Sanctus per multa alia habitavit loca : multa alia a discipulis perpessus est mala*. Miracula omittamus. Non debemus igitur tam angustis temporum spatiis includere S. Patris stationes, queis alia loca potuit incolere, Eremos, & Monasteria alibi fundare ; ut locus non sit ad haec exequenda. Hujusmodi angustias evitamus, si ordinem stationum a nobis dispositum non omnino contemnamus.

IX. Ex huc usque dictis Lector animadvertat queis nos argumentationibus innixi Camaldulensis Eremi fundationem assignemus ad annum 987 ; ideoque *Aquae-bellae* statio, & ad *Sitriae* montem S. Romualdi progressus ann. 1013. nil officere nostrae hypothesi videtur, quum Camaldulensis Eremi fundationem ab hoc anno removeamus, eamque anticipemus annis XXV ; & figamus anno 987. Alterum tamen argumentum ad expungendam ab anno 1012. Camaldulensis Eremi fundationem nobis dat Henrici II. Imperatoris diploma datum prid. Kal. Jan. anno 1012. (1) cujus summa haec est = *In nomine Patris &c. Henricus Imperator Augustus. Dignum videtur nostra imperiali clementia religiosorum virorum congruis petitionibus justè, ac rationabiliter acquiescere. Quapropter noverint omnium Ecclesiae Sanctae Dei &c. qualiter nos &c. pro interventu religiosi viri Sancti Romualdi Monachi, & Eremitae quandam Abbatiam ad honorem S. Benedicti super res nostri juris constructam &c. constituimus, eamque permanere in provisu, & disciplina ejusdem Venerabilis Viri D. Romualdi, suorumque successorum in ipsa Eremo persistentium vitam, & religionem ejusdem servantium, modo ipsa tamen provisio, & disciplina contra regulam S. Benedicti non fiat, confirmantes &c. Volumus itaque & disponimus, ut liceat D. Romualdo suisque Successoribus, & Abbati ipsius Monasterii advocare quemcumque Episcopum ad Ecclesias consecrandas &c. Dat. Ann. Dom. Incar. MXII. Ind. x. D. Henrici II. regnantis xxi. Imperatoris vero* VIII. *Actum prid. Kal. Jan. Ravenne feliciter Amen*. Hujus diplomatis notae Chronologicae apertè illud datum fgunt non anno MXII, sed MXXII. Attamen Cl. Jo: Lamius in Synopsi rerum ab Imperatoribus &c. in Etruria gestarum figit datum pag. 78. anno 1015. pagina deinde 298. corrigit illum annum, & diploma expeditum affert anno 1012. (2) Tam docti Viri fide ad annum 1012. expeditum profero.

(1) Hoc diploma habetur apud Ughellium in Episcopis Faventinis Tom. II. Ital. Sacr. & apud P. Soldanium in quaest. Vallisumbr. Illud etiam producunt in suis Annalibus cl. illorum Scriptores Camaldulenses in App. ad num. CIX. col. 250. Tomo 1. suasque ad illud animadversiones ejusdem Tom. Lib. x. n. 22. pag. 407. doctissimè proferunt.

[2] Sic cl. Lamius corrigens annum,

quo

fero. (1) Cui certe patuerunt notae illae Chronologicae, quae ab hoc anno datum diploma illud expungunt; & tamen in correctione annorum, non illud refert ad annum 1022., sed ad ann. 1012. Si ergo hoc anno die ultima Dec. S. Romualdus manet Ravennae; nemo non videt non potuisse hoc eodem anno fundare Camaldulensem Eremum; cum illum videamus stantem in Regione a Camaldulo tam longinqua.

X. Si vero hoc S. Henrici diploma nullum robur habere contendatur ad statuendum Imperatorem illum Ravennae prid. Kal. Jan. MXII., maximum tamen robur habet ad firmandam Romualdi reformationem factam sub regula S. Benedicti ante annum millesimum. In *Bifurco* enim, cujus favore datum est diploma illud, vivebant jam Monachi *in provisu, & disciplina S. Romualdi*; & jubet Imperator, ut inibi Monachi vivant *vitam & religionem ejusdem &c. modo ipsa provisio & disciplina contra regulam Sancti Benedicti non fiat*. En Imperatoris voluntatem, ut Monachi servent regulam Sancti Benedicti; attamen *sub provisu, & disciplina Sancti Romualdi*, & *vitam, & religionem ejusdem profiteantur*: quo apertissime patet S. Romualdum jam tunc novi sui instituti methodum jamdiu propagasse; & propterea Thebaldum Aretinum Episcopum Romualdum *Pium Eremitarum Patrem* (2) nuncupasse diplomate suo anno

1027.

quo datum fuit diplome, pag. 298. sub tit. = *Male a nobie anne 1015. in Syncpsi id adnotatum fuerat; sed ab αντιγραφω quodam deceptis.*

[1] Saotentiam doctissimi Lamii sequitur etiam Vallemontius *Elementi della Storia*. Lib. VII. cap. 1. ubi ad annum 1015. figit Hanricum a Benadicto VIII. Imperatorem coronatum ad S. Patri.

[2] An Avellaoitarum? & quae difficultas? In Romualdom splendidissimum sanctitatis loman, totique Orbi celebarrimum Monasticus ordo, & praesertim severioris observantiaa Monachi oculos intantos habebant, & quinam faveriores Avallaoitis Sitriae solitudini proximis, in quorom sacassu Monastica simul, & Eremitice vita colabatur, quod erat praecipuus Sancti Romualdi spiritus & character? Sanctus Joannas Laudensis Monachus erat Avallanitas, & de eo scribit Anonimus illius vitae scriptor cap. VII. *Si quos aliquando peregrinos, ut mos est, Monachos aliqua nobis occasio applicaret, feriatim mox ille* [Joannas] *illorum mores, & ordinem sagax attenderes; & si quod in eis agnoscerer imitandum praesto ab eo, ac si divinitus oblatum fores apprehensum* = Si ergo Sancti illi Monachi Avellanitae ab aliis Sanctis Monachis ad illos forte adveniantibus, virtutas carpebant, moresque imitandos; quid conjiciandum est illos parfecisse contemplantas Romualdi admirabila vitae genus & virtutas: quum, in Sitrisa Monte parmanante Romualdo, vel illi ad Sitriam accedercnt, val Romualdus ad Avellanam? Possumus hinc tuto conjicere Romualdum Avallanitas parsaepe invisisse, praaceptis solitariae vitaa illos iostituisse, & ad conceptum vitae fervorem farvandum confortasse. An non licat etiam argumantari S. Romualdum ab Avallanitis ad proximum illorum Coenobium invitatum, & frequanter visitarum & coelestis ejus doctrinaa pabulo refectos? Haec & alia hujusmodi, & quicquid doctissimi Chronographi Camaldulenses

ses

1027. expedito. Quotquot enim per illa tempora Eremitae florebant omnes veluti Patrem suum Virum hunc sanctissimum venerabantur. Haec satis sint circa res in Dioecesi Camerinensi a S. Romualdo gestas. Judicio tamen 560. doctissimorum Monasticae historiae cultorum, & praesertim CC. VV. Chronographorum Camaldulensium, cum quibus mihi dulcissima amicitiae consuetudo est, quibus meam hanc dissertatiunculam offero, illorumque correctionem libentissime amplector, paratus semper meam vel corrigere, vel retractare sententiam. [1]

CA-

ses de Romualdo scripsarunt Tom. t. Lib. v. in ealee pag. 186., & 187. prosequuntur, tamqusm rationi consonum libenter admitto. Si quis veto me earpere vellar, quia Cap. vi. actorum S. Dominiei Loricari, quando exponens verba illa Vitae S. Romualdi = *Aliquando Vir Sanctus, non longe mansit a Catria* = apartà negavi in Avellanensi Coenobio Sanctum Romualdum fuisse tunc diversarum, sad *non longe a Catria* illum fixi, & non in Catria; rationam hie proferam, eur id ausua sim assarae; & illa fuit; quia quo tampore Sanctus Romualdus *non longe mansit a Catria* Avellananse Coenobium nondum erat aadificatum: santentiam amplaxus illorum scriptorum, & quidem optimà notaa, quoa Abbas Collina produeit in suis actis S. Romualdi Cap. xviii. pag. 126, & 127; qui Congregationis Avellanensia fundationem sub Silvastro II. anno eire. 1000. figunt. Si argo Romualdi statio *non longe a Catria* figenda vidatur eirca ann. 989. ad annum 991, & a Catria ad Classensa Coenobium illius transitus anno 992, ut in supariori III. Tabula signavimua quis non vidat Sanctum Romualdum x. eire. annis, antaquam Avellananfis Conventua ast fundatua, juxta laudaros Seriprotas manare non potuisse in Coenobio Avallanse nondum fundaro idaoque mansissa *non longe a Catria*. Mirandum ideireo non est, si Damianus scriptoa accuratissimus nil de suo Avellanensi Coenobio in actia Sancti Romualdi scriptum raliquerit? Coaterum in Avellanitia Eaamiris praaluceta spiritum S. Romualdi apertà scripsi in actis S. Dominiai Lotieati, in quibus Cap. I. pag. 75. Sanctum Romualdum Eremitarum *Patrem*, & Eramitieae vitae *restauratorem* dixi; & Cap. vii. pag. 98. vitaa genua commune, & Avellanansibus, & Romualdi disaipulis non taaui; eundamqua in iisdem praaluaare Romualdi spiritum aperte assarui. Ultarius progradi non potuit. At nonne satia supeaque illud est, ex iia, quae spatsim in mea opalla scripsi, ad firmandos Avellanitas, Eremitas morum & institutionis Sancti Romualdi fuisse sectatoras? Haec utique maa seutautia est; idque palam effero ad patafaciendam summam meam erga S. Patrem vanarationem; ad attestandum erga illiua illustres filios, & alumnoa, quo valut Angeloa illos a Maldulo per sealam visoa honora prosequoa amoram. Si quid contra S. Patrem, ejusque filioa incautè forsan protuli, alacer retracto; & ad veri sansum reduao.

[1] Integrum hoc meum Commentarium da actis S. Rumualdi, & praasertim maam da *Aquabella* conjacturam Camaldulanses PP. aequo animo exceparunt, illamqua iisdam monumantis probarunt ab humanissimo Buto postea receptis Tom. III. Lib. xxix. num, xxiv. Annal.

# CAPUT V.

## *De Episcopis* Romualdo, Azone, *&* Attone.

I. *Romualdus interfuit canonizationi S. Vlderici anno 993. De nostro Romualdo affertur quicquid scribit Vghellius, & Coletus. Sub nostro* Romualdo *supremum clausit diem in Valle-Castri S. Romualdus Pater Camaldulensium.*

II. *Vghellii, & Coleti sententiae non admittuntur. Chronistarum Camaldulensium opiniones de Romualdo nostro, & S. Romualdo illorum Patre referuntur.* Romualdus Camerinensis *a Damiano dictus diversus & a* Romualdo *nostro inter Sanctos non habito Lilii opinio de* Romualdo Camerinensi *rejicitur.*

III. *Romualdi fuit in Episcopatu successor* Azo, *qui interfuit Romanae Synodo anno 1229.*

IV. Azoni *successit* Atto *obsi natus in Canonizatione S. Gherardi Episcopi Tullensis. Nescimus definire an idem sit ac* Azo.

I. REdeamus aliquando ad nostrum Antistitem *Romualdum*; postquam Sanctissimo Camaldulensis familiae Patri aequissimas grati animi laudes persolvimus. Labente seculo x. anno scilicet *993.* florebat *Romualdus* in Cathedra Camerinensi; illiusque nomen obsignatum legimus in actis illius solemnis Conventus, in quo Sanctorum fastis adscriptus fuit Uldericus Episcopus Augustanus enunciato anno *993*. Idipsum refert Lilius (1) in sua historia. De nostro Romualdo scribit Ughellius in serie nostrorum Antistitum num. XII. = *Romualdus anno 993. subscripsit Canonizationi S. Vlderici Episcopi Augustani. Item anno* 1027. *ejusdem nominis Episcopi habetur memoria apud Baronium qui tamen anno* 1052. *meminit etiam cujusdam Romualdi item Episcopi Camerini. Itaque mihi injecit scrupulum, an duo Romualdi essent, an unus qui L. annos Camerinam Ecclesiam administraverit. Quod cum non videatur impossibile, commodius erit asserere ejusdem semper meminisse Baronium; quando nullum omnino tempus occurrat medium, in quo alterius nominis Pontifex Camerinam obtinuerit sedem. Ad Romualdum Episcopum Camerinensem scribit S. Petrus Damianus.* Haec Ughellius. Eruditus vero Coletus in nova sua Ughelliana editione producit *Azonem* Episcopum Camerinensem ad annum 1029: *Quo prodeunte Episcopo* (scribit ille) *nullum amplius est dubium, quin duo fuerint Romual-*

(1) Lil. P. I. L. v. pag. 144.

*mualdi, quorum memoria habetur ab anno 993. ad 1052. Hinc post Azonem adnumerandus alter Romualdus* = In sequenti §. sensus nostros proferemus. Interim nos extremum producamus actum S. Romualdi in nostra Dioecesi omnium excellentissimum, & sui in illam amoris incomparabile monumentum; & illud fuit; quum, sedente adhuc in Camerinensi Cathedra *Romualdo*, ad Vallem-Castri anno 1027. S. P. regressus, in illa solitudine extremum obiit diem; suique beatissimi Corporis Camerinensem Ecclesiam fecit haeredem.

II. Duos igitur *Romualdi* nomine Episcopos suspicatur Ughellius; quos in nostra Ecclesia floruisse asserit Coletus. Nos ea quam decet hos Scriptores reverentia aliter sentimus. Ansam laudatis Scriptoribus ad haec suspicanda dederunt verba Damiani, quae leguntur in Opusculo VI, nempe in libro a Damiano = *GRATISSIMUS* appellatus = quae sunt hujusmodi = *Nostra quippe aetate beati viri, videlicet Rondaldus Camerinensis, Amicus Rambonensis* [1] *Guido, Pomposianus, Firmanus Firmensis, & quamplures alii sanctae conversationis studio floruerunt, super quorum videlicet veneranda Cadavera ex Sacerdotalis auctoritate Concilii sacra altaria sunt erecta &c.* quos memorat Baronius ad annum 1052. Romualdum tamen clarissimus hic scriptor Episcopum Camerinensem non appellat. Mabillonius [2] hos Sanctos sic illustrat = *Primus ex illis est Sanctus Romaldus, vulgo Romualdus in editis Constantini Cajetani mendosè Rondaldus, apud Baronium Ronaldus, dictus hoc loco*



*Ca-*

[1] *Amicus* iste a Damiano memoratus est celebris ille abbas Rambonensis (corrupte *Rambibonensis* dictus) cujus exuviae in Monasterio Rambonae venerantur; ut diximus in Dissertatione praelim. (cap. ultimo num. 5. in not. pag. 72.) P. Camerinius V. C. in suis additionibus ad Lilii historiam (Part. 1. lib. VII.) nonnulla profert de nostro S. *Amico*, quae indigent castigatione. Asserit enim *Guidonem Ronaldum* seu *Romualdum*, *Firmanum* & *Amicum* Episcopali honore fuisse insignitos; quod nequit sustineri. Damianus idcirco hos recolit Ss. Viros ad probandum: quod, quamvis ii a simoniacis Episcopis fuissent ordinati, inter Sanctos tamen ab Ecclesia recenserentur. Insuper *Amico* sedem Episcopalem, immo & patriam laudatus Scriptor dat Ratisbonam: quod si verum esset, quae sedes danda foret *Guidoni*? num Pomposa? quae *Firmano*? num *Firmum*? In serie Episcoporum Firmanorum non habetur *Firmanus*, sicuti nec in serie nostra locum habet *Romualdus* Sanctus, ut probare contendimus. Quatuor ii Sancti Viri fuerunt Abbates, *Guido* Pomposae, *Firmanus* in Coenobio ad oram Potentiae in Dioec. Firmana, & *Romualdus* Vallis-Castri in Dioec. Camerinensi, ubi sanctissimè obiit; & *Amicus* in monasterio *Rambonae* de quo in Dissertatione praelim. (cap. 1. §. V. num. 3. in not. pag. 12.). Ex his colligimus, longe diversum esse *Amicum* nostrum ab illo Monacho Cassinensi, cujus acta scripsit Monachus Bernardus, & habentur m. ss. in Monasterio S. Petri de Avellano in comitatu Sagrensi in Samoitibus; cujus Lipsana venerantur in illa Ecclesia. Nostri vero S. *Amici* exuviae coluntur in Ecclesia Rambonensi, in qua supersunt adhuc de hoc S. Viro non obscurae reliquiae.

[2] Annal. Tom. IV. pag. 530.

*Camerinensis a Camerina Civitate, in cujus Dioecesi mortuus est, & sepultus Sanctus Romualdus, nimirum in Monasterio Vallis de Castro, quod ab ipso conditum erat* = & neque Mabillonius *Romualdum* alium fuisse dijudicat, quam Abbatem illum Sanctissimum Camaldulensis Congregationis praeclarissimum Patrem. Proferamus nunc doctissimos sensus Chronistarum Camaldulensium (1) quos, relata cl. Mabillonii opinione *de Romualdo Camerinensi*, proferunt = *Quid si diceremus, designari hoc in loco a Damiano Romualdum Camerinensem Episcopum, qui obiit ante annum 1029, quo reperitur ipsius successor Azo subscribens Synodo Romanae ejusdem anni, de quo Romualdo mentionem faciunt Ughellius, & Jacobillius, neque referenda esse verba Damiani ad Romualdum nostrum Abbatem Valle-Castrensem? Cur enim Damianus Civis Ravennas scribens ad Henricum Ravennatem itidem Archiepiscopum Romualdum nostrum non appellasset Ravennatem a Ravenna, in qua urbe habuit ortum, commorationem plurium annorum, atque regimen Abbatiarum Classensis & S. Adalberti? Praeterquamquod, cum in eo libro loquatur Petrus de Sanctis Viris, quos constabat ab Episcopis simoniacis ad Sacerdotium provectos fuisse, id forte non contigit Romualdo Ravennati, qui probabiliter in partibus Venetiarum, aut Ravennae ordinatus fuit Sacerdos medietate seculi x. antequam semen pestiferum Simoniae in Italia tam altas radices figeret. Ceterum Romualdos binos Camerinenses Episcopos distinguit Nicolaus Coletus continuator, & emendator Ughellii; primum Episcopum jam ab anno 993, quo subscriptus reperitur canonizationi Sancti Udalrici Episcopi Augustani; Secundum vero, cujus meminit Baronius ad annum 1052. Ughellius insuper ait, Petrum Damianum scripsisse ad Romualdum Episcopum Camerinensem, quod tamen incertum ducimus, cum in serie epistolarum editarum Damiani nulla reperiatur, quae data sit Romualdo Camerinensi Episcopo. Facile Ughellius, loco mentionis factae de Romualdo a Damiano, arbitratus est hunc illi epistolam scripsisse. Si quis autem velit suspicari praelaudatum testimonium Damiani intelligere de Romualdo Camaldulensium institutore, ipsum ita explicare poterit, ideo scilicet appellatum fuisse Romualdum Abbatem Camerinensem, quia in Camerini dioecesi abbatiam condidit, & rexit Valle-Castrensem, in qua etiam sepulcro fuit donatus, Altari decoratus & miraculis illustratus; eodem nimirum modo, quo Guidonem ab abbatiae Pomposianae regimine Pomposianum appellat, licet origine sua esset Ravennas, & sicut ceteri, quos Damianus nominat, sunt omnes Monachi, ita & sub Romualdi nomine non Episcopum, sed Monachum & Abbatem designari. Quibus*

(1) Annal. Lib. x. Tom. II. num. xxviii. pag. 36.

*bus admissis*, *licentia Apostolica erigendi altare super venerandum Romualdi Corpus roborata fuisset auctoritate etiam Sacerdotalis Concilii*, *ut colligitur ex supralaudato Damiani testimonio* = Haec habent disertissimi scriptores de Romualdo. Alteram e duabus horum scriptorum opinionibus tutius amplectendam esse dijudico. Floruit utique *Romualdus* anno 993. Episcopus Camerinensis; & post hunc anno 1029. *Azo*: Post Azonem vero in mea serie habeo *Actonem* ad annum 1049; qui forte idem erat ac *Azo*. Forte etiam non ex infra dicendis; & *Romualdus* ille, quem Baronius recolit ad annum 1052. ille ipsissimus est, cujus meminit Damianus in laudato Opusculo VI; qui *sanctae conversationis studio* erat insignis; nec Episcopali caractere apparet ornatus; quod etiam fatetur Lilius [1] qui tamen asserit illum esse unum e divis Camerinensibus, & *Ranoldum* vocat, quod aequè falsum est. Nunquam enim Camerinensis Ecclesia *Ranoldum*, seu *Ronaldum*, sive *Romualdum* aliquem, veluti suum vel Antistitem, vel Alumnum venerata est. Nullum templum, nulla ara, nullum monumentum inveniuntur, quae id comprobent. Quamvis Lilius [2] ingenio magis quam veritate fisus studeat aliquale templum apud Montulmenses expiscari *S. Rainaldo* Ordinis Cruciferorum sacro, de quo Bollandus (3) ad diem XXIII. Januarii; & illud suspicetur S. Ranoldo sacrum. Sed hae nugae sunt. Unum igitur Romualdum admittamus in nostra serie Episcopum, omnino diversum ab illo a Damiano memoratum. Si enim idem esset, inter Sanctos Romualdus noster esset recensendus, quemadmodum recensetur Romualdus Camerinensis: at Camerinensis Ecclesia praeter *Leontium* & *Ansovinum* nullum alium probare potest Episcopum sanctum.

III. Romualdi successor fuit *Azo*; quem nobis exhibent acta Romanae Synodi habitae mense Decembri anno 1029. Indict. VIII, seu XIII. (4) tempore Joannis XIX. Rom. Pont., in qua privilegium Popponi Patriarchae Aquilejensi concessum irritatur, & Gradensis Ecclesia Venetiae, & Histriae Metropolis confirmatur.

Forte Episcopus iste suam contulit operam, ut S. Romualdus

 Ab-

[1] Lil. P. I. Lib. VII. pag. 199.

(2) Lil. ubi sup. pag. 200.

(3) Act. SS. Tom. II. Jan. ad diem 23. Jan.

[4] Animadvertit Labbeus (in Collat. Conc. Tom. XI.) datum videri ex Indict. VIII. Synodale decretum non anno 1029, sed 1024. *Verum in ea indictione*, ait, *mendum inesse oportet. Siquidem privilegium Popponi concessum est indict. X., seu mavis XI., ut vult Pagius. Fortasse pro indictione viij. reponenda est indictio xiij; adeo ut coacta Synodus sit, & emanarit sententia jam anno labente 1029.* = Illi ergo sententiae ita se subscribit Antistes noster = *Ego Azo Episcopus Camerinensis*: Videndus de hac sententia Bernardus de Rubeis monumentorum Ecclesiae Aquilejensis Cap. IV. n. VII. col. 522.

Abbas anno ab ejus obitu quinto 1032. ſuper illius Venerabile Corpus altare ad ſacra peragenda elevaretur, publicoque cultui donaretur Apoſtolica implorata auctoritate, ut habet Damianus. (1)

IV. In diplomate S. Leonis IX. (2) qui inter Sanctos retulit Gherardum Epiſcopum Tullenſem anno 1049 apparet obſignatus *Atto Camerinenſis Epiſcopus*. Cl. Manſius (3) Concilium, in quo datum fuit diploma illud, figit ad annum 1050. poſt albas circa diem XXIX. Aprilis. An *Azo*, cujus ſupra meminimus, & *Atto* iſte ſit unus idemque Epiſcopus definire non audeo. Recentior enim memoria, quam habemus de *Attonis* ſucceſſore, qui fuit *Vgo*, eſt de anno 1059. ad annum 1094; & vixiſſe comperimus Epiſcopum annos ſupra XXXV. Non ergo poſſumus *Vgonis* Epiſcopatum excogitare multo priorem anno 1059. Ab hoc anno ad annum 993. quo *Romualdi Azonis* praedeceſſoris poſtrema memoria habetur intercedunt anni LXVI. Fieri vix poteſt, ut unus *Azo*, qui idem ſit ac *Atto* medius inter Romualdum, & Ugonem tandiu vixerit. Ideoque, ni velimus inter hos ſpatium aliquod excogitare alteri ignoto Epiſcopo aſſignandum, ab *Azone Attonem* diverſum eſſe ſuſpicor; quamvis ab anno *Azonis* 1029, ad illud *Attonis* ſucceſſoris 1059. anni tantum intercedant XXX, queis *Azo*, ſeu *Atto* potuit ſolus Eccleſiam gubernare. Viderint id Eruditi.

(1) Dam. Vit. di S. Rom. Cap. LXXII.

[2] Mabillonius diploma vulgavit ex Codice ms. Divi Manſueti Tom. IV. pag. 739. Anec.

[3] Tom. I. pag. 1291.

# CAPUT VI.

## *De Vgonis I. Epiſcopatu.*

*I. Vgo anno 1059. intereſt Concilio Romano ſub Nicolao II.*

*II. Obiit ſub hoc Epiſcopo S. Dominicus Loricatus anno 1060.*

*III. Aedificat novum Templum S. Severino Epiſcopo Septempedano, & favore illius Eccleſiae dat Diploma anno 1061.*

*IV. Illius Eccleſiae Canonicos Parochos Vgo conſtituit. Multis privilegiis Rom. Pontificum, & Imperatorum illi Canonici decorantur.*

*V. Conſecrat Vgo Altare Eccleſiae S. Vrbani in ora Eſinantis in Agro Pyrano. Datur inſcriptio. De Coenobio S. Vrbani, & Vgonis multa proferuntur.*

*VI. Deſcribitur Templum S. Vrbani, & ejus Confeſſio. Exhibetur an-*

*antiquissima, & obscura inscriptio. Dantur vicissitudines hujus Monasterii.*

*VII. Confert Ugo aliqua privilegia Coenobio S. Mariani prope San-Severinum, & unit Ecclesiam S. Abundii Ecclesiae S. Severini.*

*VIII. Ughellius, & Lilius scribunt Ugonem fuisse amicum S. Petri Damiani: id est incertum, sed probabile. Si verum, Ugo noster a Damiano laudatur.*

*IX. Investigatur, qua aetate erat Damianus anno 1061. Hinc argumentatur dies natalis ejusdem Damiani.*

I. POst Attonem Episcopus Camerinensis habetur *Ugo*, de quo multa nobis supersunt documenta; diu enim Ecclesiam sibi commissam administravit. Anno siquidem 1059. in Concilio a Nicolao II. Laterano habito legitur *Ugonis* obsignatio: idque non solum ex actis in Chronico Farfensi a Muratorio (1) vulgato, sed ex Codice Vaticano ab Ughellio producto, & ab iisdem actis a Labbeo (2) relatis apertissime constat.

II. In magnam incidisse moestitiam *Ugonem* nostrum credimus, quum insequenti anno 1060. ad radices Suavicini Montis, & in Monasterio SS. Trinitatis supremum obiisse diem intellexit die XIV. Oct. admirabile illud poenitentiae miraculum Dominicum Loricatum, in cujus actis a me jam publici juris factis non paucas impendi curas ad aeram emortualis Dominici anni definiendam, quam doctissimi, & amicissimi Chronistae Camaldulenses (3) sunt amplexati; omnesque difficultates contra illas excitatas novis argumentis diluerunt. Lilius expiscari non potuit Coenobium illud ad radices Suavicini Montis a Damiano fundatum; illudque corruisse suspicatus est. Asserit tamen in hoc sibi ignoto Monasterio stationem fixisse Bonifacium Ducem, & Marchionem, [4] quando anno circ. 1050. ad Camerini expugnationem processit; & tunc Damianum suas ad Bonifacium scripsisse litteras, in quibus inter alia haec habentur = *De Monasteriis autem, quae nunc tibi vicina sunt ex Dei parte deprecor ..... Ut manus illis tuae defensionis adhibeas, & ab exercitus multitudine, qui tecum sunt, non depredari permittas &c.* Lilius tamen nil certi profert: & Monasterium a S. Damiano conditum statio esse non poterat opportuna ad ducem illum excipiendum. Quemadmodum igitur locum stationis Bonifacii nescimus; sic Monasteria stationi illi proxima penitus ignoramus.

III. In-

(1) Rer. Ital. Part. II. pag. 647.
(2) Collect. Concil. Tom. XII.
[3] Part. I. Lib. VII. pag. 201.
[4] Lil. ubi sup.

III. Insignem Ugonis memoriam habemus anno 1061, quo Ecclesiam, *regnante D. Enrico Imperatore, & Gottefredo Dux & Marchio in mense Octub. per indicione tertia .... in onorem Beate Marie Virginis & omnium celestium aminum in onore beatissimi Sancti Severini edificare cepit in Castello, qui dicitur ad Sanctum Severinum*; & a fundamentis magnifice excitavit. Quum enim templum Deo in honorem S. Severini sacrum jampridem a Septempedanis in vertice Montis Nerii constructum ad populum excipiendum evasisset angustum, *Ugo* novum templum magnificentius erexit; pluribusque immunitatibus, ac privilegiis exornavit. Quo magis enim decreverat timor desolationum a Gothis prius, deinde a Langobardis illatarum, eo magis dispersorum Septempedanorum in novo Castello creverat numerus. Incolae propterea novi Castri *ad Sanctum Severinum* nuncupati ad radices collis commodiore scilicet in loco sedes figere coeperant, ibique Septempeda Civitas Sancti Severini circa VII. seculum refloruit, sine tamen pastore suo ut supra cap. VI. lib. I. §. VI. fusè disseruimus. Integra in tabulario Ecclesiae Cathedralis San-Severinatis servatur *Ugonis* scheda pro aedificatione novi templi, quam refert etiam Lilius (1) sed parum castigatam, & a suo autographo discrepantem, quam propterea damus in Appendice fidissime exscriptam.

IV. Habes ab illo Ugonis diplomate ante illius tempora Canonicorum collegium in Ecclesia Sancti Severini fundatum. Ibi enim legimus Ugonem Sacerdotum illi Ecclesiae ordinatorum occurrentem indigentiis, constructo novo templo, assignasse *Omnem parochiam, & decima ipsius Castelli Sancti Severini*. Deinde sese obligavit *Ugo = quod nullam Ecclesiam facimus, nec permisserimus aliquem facturas nisi consensu & voluntate beatissimi Sancti Severini Confessoris; & Sacerdotes, & alii, qui sunt ordinati in ipsa Ecclesia Sancti Severini* =. En ab Ugone Sacerdotes ordinatos in Ecclesia Sancti Severini constitutos Parochos, quo munere hodieque funguntur Canonici *veteris Capituli* nuncupati. Quo vero tempore ante Ugonem Canonica, & quidem regularis, ut conjicit Muratorius [2] esset ibi constituta, utpote vetustissima, non liquet. Quum tamen a recentioribus actis Sancti Severini compertum nobis sit, Virum hunc sanctissimum Canonicum ordinem in sua Dioecesi passim restituisse, atque ab iisdem actis constet vixdum excitato Sancti Severini templo in vertice Montis-Nerii, quod factum est post illius Sacri Corporis illuc translationem, Sacerdotes quamplures, qui e suis aedibus ejecti errabant, eo loci confluxisse; ibique eversum

(1) Part. I. Lib. VII. pag. 203.

(2) Antiq. Ital. Diss. LXII.

sum Septempedanae Ecclesiae Clerum reflorescere coepisse, vix dubitare audeo, quin initium Collegii Canonicorum Ecclesiae Septempedanae, quod nunc est, quodque Ugonis beneficentiam expertum est, ad ea tempora sit referendum. Romani Pontifices, & Imperatores (1) specialibus dein privilegiis decorarunt Collegium istud, quorum diplomata in tabulario San-Severinatis Ecclesiae servantur. Alterum ex iis in Appendicem amandamus.

V. Vivebat adhuc *Ugo* anno 1086, quo insignis templi Coenobii S. Urbani (2) ad fluvii Asinantis oram in agro Pyrano aram so-

(1) Alexander III, Clemens III, Caelestinus, & Innocentius pariter III. specialibus protectionis diplomatibus Canonicam Sancti Severini decorarunt, & multa privilegia concesserunt, quae postea Gregorius IX. suis Apostolicis literis dat. Perusii Indict. t. Idib. Aug. per manum Martini S. R. E. Vice-Cancellarii confirmavit. Alia privilegia ab Imperatoribus Friderico I. Ottone IV. & Henrico IV. reportavit. Census hujus Canonicae, praedia, Sacerdotia, aliaque stabilia bona erant: Ecclesiae xxI. cum eorum pertinentiis, Campus Cesani [forte erant latifundia illius pagi hodie *Cesolo* dicti a San-Saverino supra M. pass. dissito] quem Fridericus I. eidem Canonicae largitus est: tota Curia & homines Castri *Pallioriti* cum sylva in Agro Septempedano; praedia multa in Valle Mathilicana, & Tolentinate, praeter alia honoraria jura, praedicta Canonica a laudatis Rom. Pontificibus cumulata.

(2) Vetustum sane fuit Coenobium Sancti Urbani. Florebat enim ante xI. seculum. Ab archivo Monachorum Montis Olivati Fabrianensium ab amicissimo Domno Gabriellio Maria Guastucio Camaldulensi schedam accepi, integram in Appendice exemplatam; quae continet concordiam inter *Gisbertum* Abbatem S. Urbani, & Attonem Abbatem S. Victoris de Clusis in agro Fabrianensi, de quo alias, confectam anno 1033. cujus initium est = *In nomine Patris, & Filiu, & Spiritu Sancti anno Deo propiciu pontificatu domno tusclatu, & universali papa &c. anno ejus primo: & sunt anni Domini mille trenta tres & regnante domno corradu &c. anno ejus sexto & die mense ma.... per indicione prima* = Hoc insigni documento in suis singulis partibus authentico, & synceto manifeste paret nostri Coenobii vetustas. Insuper magnum emolumentum habet Ecclesiastica historia. Illo enim & obitum Joannis XIX, & electionem Benedicti IX. propius possumus definire, quam antea fuerit tentatum. Obiisse siquidem Joannem anno 1033. plerique scriptores conveniunt cum Pagio. Joanni datum fuisse successorem Benedictum Nonum certa res est. At quo die, & quo mense obierit Joannes, & electus fuerit Benedictus penitus ignoratur. Glaber (lib. Iv. hist. Franc. cap. 5.) scribit Benedictum IX. subrogatum fuisse patruo suo Jo. XIX. v. Idus Decembris. Bosius in Roma Subterranea [Lib. II. Cap. vI. pag. 40.] obiisse Joannem vult vI. id. Nov. anni 1033. Muratorius in Annalibus ad annum 1033. asserit Joannem successorem habuisse Benedictum mense Junio; & hac ratione suspectum habet diploma a Hieronymo de Rubeis clarissimo scriptore Ravennate relatum [lib. 5. hist. Rav.] in quo hoc anno legitur annus tertius pontificatus Benedicti ad diem 25. Junii. Item in Bullario Cassinensi, & in Annalibus Benedictinis Mabillonii documenta referuntur, queis Benedictus ad Petri clavum ascendisse credendus foret anno 1032. sic scriptores circa annum, & mensem Joannis obitum & Benedicti electionem fluctuant. Nostra tamen charta scimus *Tusclatu*, idest *Theophilactum* fuisse jam papam ante mensem ma.... idest *Martium* anni 1033. sic enim legendum est illud *Ma ....* quamvis importuna tinea reliquas litteras roserit. Fuit expeditum illud diploma *sexto anno* Conradi Impe-

solemni ritu consecravit, cujus rei testis est inscriptio haec ad aram ipsam posita,

✠ A. D. MVIII. ✝ VI. T. D. C✝. P. P. (1)
C. A. D. VG. EPO. IN. H. S. VRB. P. P.
STVDIO. D. ACT. Abb. IND, VIIII.
HEC ARA SCA. ✠

Hujus Monasterii Abbas, & Monachi ampla possidebant latifundia, pingues census multarum Ecclesiarum jura, & Sacerdotia (2) triumque Castellorum principatum: totius nempe Castri Sancti Urbani ad

peretoris. Atqui Conradus fuit coronatus Romae die 26. Martii anni 1027, ut habet Muratorius in Annal. ad huoc annum: igitur sextus imperii Conradi annus complatur die 25. Martii 1033; ideoque mense Majo dicti anni non VI, sed VII. annus ejusdem foret imperii; & ab hac Caesaris Chronologiâ sillaba illa *Ma* non *Majum*, sed *Martium* mensem indicare depraenditur. Asserendum propterea est Joannem obiisse, & Benedictum alectum fuisse infra mensem Januarium, & Februarium anni 1033. non modico chronologici puncti lucro.

(1) Pontifex iste alius non est nisi Gibertus Archiepiscopus Ravennas electus Pontifex a fautoribus pessimi Henrici III. a S. Gregorio VII. excommunicati; Fuit Gibertus pseudo Pontifex, qui sibi nomen posuit Clementis III. Forte Monachi Sanct-Urbanenses Henrico adhaerebant; anno 1086. Sedes vacabat; & non nisi post annum Desiderius Abbas Casinensis, qui constanter iterum iterumque summum Pontificatum abdicaverat, fuit R. Pontifex ordinatus; & vocatus Victor III. Timore forsan impii Henrici Monachi S. Urbani Clementi adhaeserunt; ni velimus potius credere Monachos Sanct-Urbanenses una cum *Ugone* Episcopo nostro Clementis III. fuisse fautores. Siquidem in Romano Concilio a S. Gregorio VII. celebrato anno 1079, quo Berangarius haeresim suam iterum ejuravit, & Henricus fuit imperio spoliatus, & excommunicatus, pari excommunicatione Gregorius mulctavit *Ugonem* Episcopum Camerinensem, & Episcopum Firmanum, *cum sequacibus suis tam clericis, quam laicis*, ut habet Harduinus (Concil. tom. VI. pag. 1. col. 1586., & Baron. Annal. Tom. XI. ad ann. 1079. o. 11.) In suis additionibus ad Lilii historiam [Par. I. Lib. VII.] P. Camerinius credit *Ugonem* ad fidem, & obedientiam veri Pontificis cito rediisse, quia insequenti anno 1080, iterum excommunicatis aliis Episcopis, de Episcopo Camerinensi nihil fuit dictum. Attamen aliter sentiendum videtur, & *Hugonem* Henrici partem non deseruisse suspicandum valde est, ob nostra inscriptione Sanct-Urbanensi, in qua Clemens Antipapa nominatur, & non Victor III; quamvis Victor iste sit celebris ille Desiderius Abbas Cassinensis Ordinis S. Benedicti; & propterea, an legitimum Pontificem sit *Ugo* sequutus, incertum nobis est.

(2) A tabulario S. Blasii de Fabriano Apostolicas literas Innocentii PP. IV. expositas Perusii anno 1251. magna ex parte igne consumptas accepimus, quas in Appendice damus, & exscripsimus ab exemplo vulgato a CC. VV. Chronistis Camaldulensibus ad annum 1251. in App. T. V. num. XVI. col. 17. e quibus nonnullae Ecclesiae Sanct-Urbanensi Coenobio subjectae apparent. Sacerdotia vero a schadis archivi Prioralis Pyri collegimus, quas pariter habes in eadem Appendice ad annum 1306.

[1] ad latus Coenobii siti ; item in quarta parte Castri de *Fajetis* [2] & tandem in tertia parte Castri *Rodoffae*. [3]

VI. Templum S. Urbani in duas partes divisum est. Superior pars, ad quam per gradus ascenditur in tres naves partita est. Unicam habet aram Divo Urbano sacram, cujus consecrationis memoria supra relata est. Saxea protenditur corona super epistylium si-

V ni-

[1] Cum potestate gladii dominabantur Monachi in toto Castello S. Urbani, quod centum ultra domos continebat. Id e publicis Pyrani Archivi tabulis perspectum habemus. Anno 1224. Vigilius Abbas Communi Pyrano Castrum vendidit. Populus Sanct-Urbanensis e fide defecit; & propterea Castrum diuturnas a Pyranis sustinuit incursiones, ad quas coercendas Sanct-Urbanenses opem imploratunt ab Aesinis, cum quibus tum bellicas cum civiles sustinuit contentiones Pyrum. Praetendebant Aesini se jus habere in Castro S. Urbani e tempore Attonis Abbatis, cujus memoria extat in supra data inscriptione, ad annum 1251; quo medio tempore Abbates ibi floruerunt, ante *Attonem* omnium antiquior *Gisalbertus* anno 1033, de quo supra; deinde *Abraham*, *Armannus*, *Vigilius*, *Ubaldus* & *Benvenutus*. Sub cujus regimine inter Pyranos & Monachos contentiones fuerunt omnino compositae. At de his alibi sub Episcopo Reynaldo. In Appendice Tom. v. Annalium Camald. num. vi. col. 12. Aesii jura super Castrum S. Urbani contra Pyranos producuntur.

[2] Situm erat hoc Castrum ad Occasum Aestivum Pyri, ab hoc III. mill. pass. circ. dissitum. A Monasterio S. Urbani II. mill. pass. in extrema parte Vallis S. Urbani inter Sylvas ad ejus Austrum; in finibus agri Massatiensis. In hoc Castro dominabatur Dominus Bonus Comes; Monachi in quarta parte dominationem habebant. Bonus Comes inter nobiles Pyri (ut dicebant) Castellanos adscriptus, & Praetor Castri selectus anno 1226. Pyrum incolendum venit, seseque, & Castrum suum Pyrano populo cessit; numquam enim a Pyranis vexatos fuisse Fajetanos nobis compertum est. Remanet Castrum hodie omnino dissipatum; quamvis Castrensium murorum vestigia non sint omnino deperdita. Prope hoc Castrum S. Franciscus Assisias, annuentibus Monachis S. Urbani, parvulum condidit Monasterium inter Sylvas, quasi Eremum; statione Sancti Patris, & miraculis ibi a Deo patratis adhuc percelebre, & religiosissimum; *Eremum Sancti Urbani* nuncupatum; de quo S. Bonaventura (de obedient. Creatur. & condesc. divin.) sermonem habet, miraculum referens de aqua in vinum conversa. Illud Fratres Min. quos Conventuales vocant ad annum usque 1651. incoluerunt; a quo fuit ob inopiam ab Inn. X. suppressum, illiusque bona ad Moniales Sanctae Mariae Magdelenae Pyri sunt assignata.

[3] Castrum hoc sic forte appellatum ab aliqua illustri foemine *Rodoffa* vocata, quae illud condidit, hodie *Rotorsium* in supercilio eminentis collis situm est in Valle S. Clementis a Monasterio S. Urbani M. pass. distens, a Pyro III mill. pass. ad illorum Occasum aestivum. Una cum Monachis Domini Rovelloni [gens erat ea tempestate in Valle S. Clementis praepotens, & illustris, de quibus alias] Castrum Rodoffae dominabantur. Contadi Gentilis de Rovellone filii seculo XIV. Rotorsii jure tenebant. Contadi nepotes, qui multi fuerunt, ob bonorum divisionem potentia defecerunt. Andreas Gentilis, cui in divisione contigit Rotorsium ab Egidio Card. Carillio Albornotio, quia Malatestae gentis Arimini dominatum tenentis Ecclesiae rebellis, adjutor fuit, spoliatus Castello suo, & a Cardinali venditur Colae Smedutii de Scala in San-Severino dominante (de quo infra ad annum 1365.) pretio florenorum 4500. A Scaligeris haereditario jure ad Stellutam gentem apud Fabrianenses clarissimam transiit, & manet adhuc.

nistri lateris hujus arae, in qua rudi quidem scalpro impressus aspicitur transitus Sancti Antonii Abbatis cum imagine S. Pauli Eremitae astantis, & leonis effodientis humum pro Sancti Viri aptanda sepultura. Inferior pars in tres pariter naves divisa, nil dignum visu habet praeter ambonem, qui supra januam, qua ad *Confessionem* descendimus, a superioris Ecclesiae pavimento protenditur. In eo ambone priscis temporibus in festo S. Benedicti interveniente Magistratu, & populo Pyrano illius panegyricus habebatur, ut a Conciliariis actis collegimus. Confessio satis elegans est. Marmoreis XXII. columnis innixa cum unica tantum ara; & in tres pariter naves divisa. Mensa hujus arae est pariter consecrata; & in mensae fronte legitur inscriptio, ad cujus sensum assequendum diu defaticati sumus; tandem divinando potius sic sumus interpretati: *Anni Domini sunt centum undecim*, (vel melius *Quadraginta*) (supple *mille*) *perdonansia tricesima martii. decem & septem annorum cum decem & septem quarantenis*. Inscriptionis etypon damus. Insequentibus vero seculis viduatum Monachis Coenobium corruit; idque anno factum est 1431, ut patet ex Apostolicis literis Eugenii IV. eo anno expeditis pro unione hujus Coenobii cum illo Vallis-Castri: quae tamen litterae exequutioni mandatae sunt anno 1451. Ea de causa Monachi, & Domnus Johannes Paulus de Palmeriis Abbas, & Nardus Palmerius Canonicus Neapolitanus illius germanus frater anno 1472. videntes *Monasterium*, *& Ecclesiam* (S. Urbani) *in suis structuris, aedificiis ac libris & calicibus, ceterisque ornamentis Ecclesiasticis reparationibus non modicum sumptuosis indigere* indulgentias obtinuerunt a quibusdam Cardinalibus in horum Diplomate in Appendice producto enunciatis a singulis Christifidelibus lucrandis; qui Ecclesiam certis diebus visitarent, & ad reparationem Ecclesiae, & Monasterii manus porrigerent adjutrices.

VII. Regebat interea *Ugo* suam Ecclesiam anno 1094. ex documento dato = *Anni sunt MXCIV. & temporibus* W*arnerii* [1] *Dux*,

(1) En *Warnerium* Ducem & Marchionem Cametini dominantem, qui anno 1094. sui principatus primum computabat annum. Anno 1070. die 25. Maji, ut vidimus in praeliminari Diss. Cap. I. §. VII, Beatrix Gothifredi uxor, & magnae Comitissae Mathildis mater Marchiam Camerinensem tenebat, & post ipsa Mathildes cum altero Gothefrido gibbo viro suo ad annum 1115, quo princeps haec foemina fatis cessit, illiusque principatus ad Sanctam Sedem ob percelebrem illius donationem sunt devoluti. *Warnerius* igitur inter legitimos Marchiones non est recensendus, & principatum Marchiae Camerinensis tenuisse Warnerius credendus est auctoritate Henrici Imperatoris [apud Murat. in Annal. ad annum 1106. documentum habes] Mathildis & Rom. Pontificis hostis infensissimi. (Murat. Annal. ad annum 1090.) Vix propterea intellexit Henricus Welfonem V, & Mathildem foedere junctos,



*Dux, & Marchio sede anno ejus primo, & factum est in mense Madii pro indict. II. in Civitate Camerina*, quod damus in Appendice, a Lilio productum, continens cessionem ab Ugone factam favore illustris Coenobii S. Mariani in Valle Fabiana apud San-Se-

V 2 ve-

ctos, perituras res suas pertimescens in Italia, Alpes trajicere, & Italiem bello opprimere potuit, eodemque anno 1090. obsedit Mantuam, & Mathildis principatus coepit vexare. (Murat. Annal. anno 1090.) Forte per ea tempora Marchiam Camerinensem occupavit Henricus, & anno 1094. Warnerium illi praefecit Marchionem. Anno siquidem 1095. ex documento, quod damus nostri *Ugonis*, Camerinum suum agnoscebat Dominum Henricum Imperatorem. De Warneriis, qui Marchiae Camerinensis, *Anconitanae* postea dictae dominationi successerunt, seriem doctissime proferunt eruditissimi Chronistae Camaldulenses [tom. III. Lib. XXVI. num. XXX.]

Ex his, quae ab Annalibus Camaldulensibus accipimus Lilii historie in nonnullis est supplenda, & corrigenda. Et primo quidem post duos Gothifredos inter Marchiones Camerinenses recensendus est *Rainerius* ad annum 1082, qui fuit ejus principatus primus. Amicissimi Chronistae documente dant in Appendice documentorum, illaque enunciant (Tom. III. Lib. XXI. num. XX. pag. 15.) & Rainerii memoriam probant continuatam in aliis chartis ad annos 1084, 1085, & 1086. Lilius igitur qui [P. I. Lib. VII. pag. 211.] affert chartam signatam = *Anni sunt MLXXXVI. temporibus Enrico Imperatore & .... Marchione, & dies .... mensis Fabruarii*, cujus Marchionis nomen temporum injuria deletum legere nequivit; is est *Rainerius* ope chartarum Victoriani Coenobii a nostris Chronistis feliciter detectus. ,, Robertus Guiscardus Dux Apu- ,, liae (solertissimi scriptores animadver- ,, tunt ubi supra) his annis Marchiam Fir- ,, manam, & Camerinensem, ac Ducatum ,, Spoletanum per vim tenebat; quare ,, anno 1078. Gregorius Papa VII. in ,, Synodo excommunicavit *Omnes Nor-* ,, *thmannos, qui invadere terram Sancti* ,, *Petri laborant, videlicet Marchiam* ,, *Firmanam, Ducatum Spoletanum* &c. ,, Post mortem utriusque Gothifredi Lo- ,, tharingi Ducum Thusiae, & Marchio- ,, num, Marchia Firmana seu Cameri- ,, nensis, & Ducatus Spoletanus repe- ,, riuntur ex monumentis paruisse Henri- ,, co Regi, Inde per vim invasa a Rober- ,, to mutasse dominium. Quare verisimile ,, est Rainerium vel ab Henrico Rege, ,, vel e Roberto Apuliae Duce constitu- ,, tum fuisse Marchionem Camerini, & ,, Ducem Spoletanum; obscura est per ,, haec tempora historia ejusdem Marchiae. Insuper Lilius, quoniam in enunciato *Ugonis* Episcopi diplomate habetur anno 1094. Guarnerius Dux, & Marchio, & in altero ad 1095, *Guarnerii* nomine neglecto, solum Henricus nominatur, conjicit [pag. 214. Part. I. L. VII.] *Guarnerium* a dominatione Camerini a Comitisse Mathilde deturbatum. Nulla tamen monumenta profert ad id argumentandum. Immo animadvertens idem Lilius [p. 215.] in altero documento anni 1108. Ducem & Marchionem W signatum; asserit duplex illud W exprimere *Welfonem* Estensem. Muratorius tamen a nostris doctis Chronistis productus ad annum 1095. exhibet documentum, [antiq. med. aevi Tom. II. col. 1045.] in quo habetur *Guarnerius* Dux & Marchio, & anno 1106. circ. idem Muratorius (Tom. II. Col. 258.) documentum aliud affert & est supplex libellus Beraldi Abb. Farfensis ad Guarnerium Ducem & Marchionem Anconitanum; ideoque non Welfonis sed Warnerii duplex illud W exprimit nomen; & hujus Guarnerii I. principatum ab anno 1094, qui fuit primus, continuatum habemus ad annum 1119. ex diplomate *Laurentii* Episcopi nostri a Lilio, & Ughellio ignorati; quicquid sit, quod in altero documento eodem anno 1119. a Lilio producto [p. 215.] Henricus Rex nominetur, & Guarnerii

no-

verinum constituti. Et tandem *Vgo* noster anno 1095. Ecclesiam S. Abundii univit majori Ecclesiae Sancti Severini, quae hodie Cathedralis Ecclesia est. De hac unione loquitur P. Gentilius in sua dissertatione num. LVII. In Diplomate hujus unionis notae chronologicae sunt *MVC. regnante Enrico Imperatore indic. IV.*

VIII. Fuisse Antistitem nostrum Damiano amicum, illiusque plures litteras ad *Vgonem* datas Ughellius & Lilius [1] dictitant, nil tamen certi proferunt; quum nullibi in Damiani vulgatis epistolis expressum Ugonis nomen legatur, quod non videntur dilucide exprimere verba illa = *V. Venerabili Episcopo* = ad quem litterae illae scriptae sunt: immo, quum, quo tempore nostram gubernat Ecclesiam *Vgo*, alii etiam Episcopi *Vgonis* nomine alias regerent Ecclesias, eorumque nomen illud V posset signare quales erant *Vgo Calliensis*, & *Vido Vmanatensis*, qui cum Ugone nostro se subscripserunt in Romano Concilio habito 1054. (2) ad quosnam ex iis datae sint ille litterae Chronistae Camaldulenses nesciunt definire. [3] Attamen si quid nobis conjicere fas est, si non omnes, aliquam, saltem ex illis epistolis *Vgoni* nostro datam fuisse non denegarem. Suam forte contulerunt operam Episcopi nostri pro fundatione Eremi Suavicini a Damiano constituti; facili propterea conjectura credendus est Damianus cum Episcopis nostris continuam habuisse familiaritatem. Anno 1059. sub Nicolao II, & anno 1062. duo Romae habita sunt Concilia, quibus cum Damiano interfuit *Vgo* noster. Anno 1060, quum ad Suavicinam Eremum Damianus se contulit, audito Sancti discipuli sui Dominici Loricati obitu, probabili conjectura agere potuit cum *Vgone* Episcopo nostro, & pertractare de Sancti Viri cultu promovendo, simulque forsan con-

nomen reticeatur. Profert etiam Lilius [pag. 218.] aliud documentum ad annum 1135, in quo Lotharii nomen habetur, & non nominatur quis sit *Dux & Marchio*, attamen anno 1134. ex Compagnonio (pag. 70.) *Fridericus* erat Dux & Marchio. Obierat enim ante haec tempora Guarnerius I. Anno vero 1142, & 1141. habentur diplomata Guarnerii II, quae seculo XII. sub *Actone* III. Episcopo nostro recolimus in notis, & ante Appendicem documentorum dissertationem proferimus, qua Clarae-Vallis Coenobium de Flastra illustrare contendimus; ibique Lilium, & post Lilium Vghellium corrigimus, qui agentes de fundatione illius Monasterii in multos lapsi sunt errores. Tandem Lilius ad ann. 1171. producit aliud diploma altero duplici W notatum, quo pariter Welfonis proferre nomen asserit; sed nostri doctissimi Chronistae probant anno 1170. Ducem, & Marchionem fuisse Guarnerium, nullumque monumentum nobis praesto est ad numerandum inter Camerinenses Marchiones, Ducesque Spoletanos Welfonem illum Estensem a Lilio inter Camerinenses Marchiones adscriptum, a Compagnonio verò nullibi nominatum.

(1) Lilius P. I. Lib. VII. pag. 204.

[2] Labb. collect. Concil.

(3) Annal. Tom. II. L. XIV. pag. 142. num. XVIII. & Lib. XVI. pag. 233. & alibi.

convenire praesertim, ut vicini Monachi coercerentur, ne venerabile Domini Corpus ab illis, ut meditabantur, raperetur; qui vicini Monachi alii esse non poterant, ut in actis S. Dominici conjecimus [1] quam Valle-Castrenses, Sanct-Urbanenses, Sancti Clementis, & S. Mariae in Valle-Focina, quorum Asceteria in Camerinensi Dioecesi continebantur. Si ad nostrum *Ugonem* Opusculum XL. seu Litteram *de fraenada ira, & simultatibus* scripsit Damianus, quod opusculum ad annum 1061. multis & quidem validis rationibus laudati scriptores Camaldulenses (2) scriptum argumentantur, & concludunt *Manifestum erit Epistolam hujusmodi pertinere ad hunc circiter annum* (1061.) = Non exigua laus datur a Damiano Ugoni nostro, hunc appellante *Ecclesiae Doctorem*; postquam enim *de fraenanda ira, & simultatibus* Damianus sua in littera luculenter disseruit, quasi excusationem ab Ugone petens de iis, quae scripserat, concludit = *Haec tibi Venerabilis Pater imperitè dictavi, non ut te doceam, qui es, auctore Deo, Doctor Ecclesiae, sed ut turbulentis, mihique similibus possem sub allocutionis tuae occasione prodesse. Non vereor, quo sancta prudentia tua molestè ferat, si quid sibi junior quisque suggerere cum humilitate praesumat* =

IX. His postremis verbis Damianus certiores nos reddit se *Ugone* juniorem esse; quod utique nobis argumentum exhibet ad investigandum, quanam esset aetate constitutus Damianus anno circ. 1061, quo illud opusculum scripsit. Attamen rem cito assequemur: & si Damiani natalem diem, ut plerorumque sententia est, anno v. post Ottonis III. obitum consignemus, ab anno 1007. ad annum 1061. quinquaginta quatuor anni intercedunt, ideoque Damianum anno 1061. constitutum esse compraehendemus aetate circ. annorum LIV. Haec autem sententia quomodo concordare poterit cum iis, quae Cluniacensis Coenobii Abbati scripsit Damianus anno 1063, ut nos in actis S. Dominici Loricati scripsimus; (3) vel anno 1062, ut probant doctissimi Chronistae Camaldulenses: [4] in qua Epistola haec habentur = *Non excidit sanctae prudentiae tuae Venerabilis Pater, quia cum jam me senectus incurva deprimeret, & effaeto viribus corpore nutabunda gradientis vestigia sub incertis gressibus vacillaret* = ? Quomodo ea quae in altera Epistola ab eodem Damiano ad ipsum Abbatem, & Monachos Cluniacenses eodem an-

(1) Vit. di S. Dom. Lor. Cap. xxi. pag. 142.

[2] Annal. Camaldul. Tom. II. Lib. xvii. num. 10. pag. 242., e 243.

(3) Discorf. Cronol. ann. MLXIII.

[4] Annal. Camal. Tom. II. Lib. xvii. num. x. pag. 252.

anno 1062, ad sensum laudatorum Chronistarum, [1] scripta concordabunt, in qua Epistola legitur = *Nostis praeterea dilectissimi pro tuenda salute vestra quatenus me labor attriverit, quod in ultima senectute mea &c.* Si duae illae litterae scriptae sunt anno 1062. Damianus annos aetatis computasset LV; & hac aetate Damianum *incurva senectus, ultima senectus opprimebat?* Has difficultates accrescit littera ad Damianum fratrem ante annum 1062. (2) data, in qua sic legitur = *Nam dum tam longaevos annos enumero, omnes penè infra meam aetatem esse considero* =, Damianus enim non attigisset annum LIV. Neque vero referenda sunt verba Damiani ad exprimendam sui corporis debilitatem assiduis vigiliis, corporis cruciatibus, laboribusque contractam: Sanctus siquidem Scriptor apertè loquitur de longaeva aetate sua per illa verba: *Senectus incurva*: *ultima senectute*: *longaevos annos*; &, quod omnes interpretationes tollit, illud potissimum est, quod fratri suo Damiano scribit se tam *longaevos annos* numerare, ut *pene omnes supra suam aetatem* fuisse rependat. Quid? Damianus aetate LIV. annorum senior omnium erat? nullus, aut pene nullus suam aetatem praecedebat? Tam brevis ergo per illa tempora vita hominum erat, ut nullus ad LIV. annum pervenisset? Quid ergo dicendum? Damianus Vir Sanctus ingenuus non fictus, verax non mendax *in senectute incurva*, *in ultima senectute* constitutus *longaevos* annos computabat; si natalem ejus diem non post V. annos ab Ottonis III. obitu, sed ab obitu Ottonis II, anno nempe 988. figamus; quemadmodum nonnulli suspicati sunt, ut scribit Laderchius, [3] & suspicatur Henschenius [4] & tunc Damianus non LIV, sed LXX. & ultra suae aetatis annos computasset, veri essent sensus Sancti Scriptoris; & *Ugo* Episcopus Senior Damiano, & forsan octogenarius esset suspicaudus. Haec fusius ad examen revoco ad primam observationem in prologo actorum S. Romualdi a Damiano scriptorum. Has meas animadversiones profero non ad evellendas aliorum opiniones; sed ad argumenta producenda forsan aliquando ad hanc veritatem assequendam probabiliter opportuna.

(1) Vbi sup. pag. 256.
(2) Lib. v. ep. II. Annal. Camal. Tom. II. Lib. xv. n. xx. pag. 181.
(3) Laderch. Vit. S. Petri Dam. Lib. I. Cap. I. n. v. pag. 7.
(4) Act. SS. Tom. III. die 23.

LI-

# LIBER TERTIUS

## EPISCOPOS AMPLECTITUR XII. SECULI

## CAPUT I.

### *De S. Venantio Albacinensi.*

*I. S. Venantius, cujus corpus repertum fuit Albacinae labente* XII. *seculo, ignoratur quis sit.*

*II. Exhibetur inscriptio, quae coaeva fuit inventioni Sancti Corporis. Traditio apud Albacinenses est hunc S. Venantium fuisse Episcopum Lunensem, ex altera inscriptione, quae despicitur.*

*III. Haec inscriptio ad examen vocatur. Ughellii opinio de Venantio Lunensi. Ferrarius nil habet in cathalogo SS. Italiae de hoc Venantio.*

*IV. Despicitur traditio Albacinensium. Et Ughellius nil certi profert quod Lunensis Episcopi Venantii probet sanctitatem.*

*V. Venantium Lunensem Episcopum recolit S. Gregorius Magnus:* Sanctus, & Sanctissimi *titulus antiquis Episcopis datus non sufficit ad probandam illorum sanctitatem antiquis temporibus.*

*VI. Debet probari cultus ab immemorabili illis praestitus; qui non probatur datus Venantio Lunensi.*

I. EXtremis XI. seculi diebus 26. nempe die Decembris anni 1100. in Camerinensi Cathedra sedente forsan *Ugone* apud Albacinam Castrum in agro Fabrianensi fuit repertum Corpus *S. Venantii*, quem volunt Episcopum, & Confessorem, cui memoria quotannis inibi solemnis recolitur die 7. Junii in Parochiali Ecclesia illius Castri, ubi hujus S. venerantur exuviae. Quis vero sit *Venantius* iste Episcopus & Confessor nobis hic perquirere opportunum est. Quamvis enim immemorabilis sit cultus ab Albacinensibus illi exhibitus; attamen de illo omnes Ecclesiasticae historiae, omnia Martyrologia prorsus reticent. Martyrologium Romanum a Ven. Cardinali Baronio notis vulgatum de uno tantum *Venantio* meminit Episcopo, & Martyre: cuinam tamen praefuerit Ecclesiae incertum nobis est. Ejus vero Corpus requiescit in Ecclesia Lateranensi in Oratorio, quod dicitur *S. Venantii* apud Baptisterium Constantini teste eodem Baronio.

nio. (1) Alterum *Venantium* claruisse in Africa titulo Confessoris illustrem, qui Carthaginensi interfuit Concilio seculo III. habito sub Cypriano, ut constat ex illius Synodi actis, scribit ipse Baronius. [2] Ubi vero Sanctus iste obierit plane ignoratur.

II. Inscriptio illa, quae Albacinae legitur sub imagine S. Venantii in Ara ejus nomini sacra haec est exactissime exscripta.

Ω

.VT RESONAT. PSALMNS. IACET. HIC. VENANTIVS. ALMVS.
CORPVS. NAM. SANCTVM. SATIS. EST. HIC. GLORIFICATVM.
IN. STEPHANI. FESTO. FVIT. INVENTVM BENE. PRESTO.
ANNO. MILLENO. ET. CENTENO. SIBI. PLENO.
IPSE. CVM. PRIMO. CORPVS. SERVATVR. IN. HVMO. (3)
AD. CHRISTI. VELLE. FVIT. INVENTVMQVE. NOVELLE.
NAM. MANIFESTVM. (4) VENANTIVS IPSE. VOCATVR.
EST. ALBACINE. DATA. SACRA. SPESQ. MEDICINE.

Et haec inscriptio, quae revera coaeva censenda est *S. Venantii* Corporis inventioni, non exprimit nostri *Venantii* characterem. Illum vero Episcopum fuisse, & Episcopum Lunensem in Liguria opinio est; & apud Albacinenses traditio viget, Episcopum istum per illas partes transeuntem apud ipsos aegrotasse, & extremum ibi con-

(1) In not. ad Martyrolog. die prima April.

[2] In not. ad Martyrolog. ubi sup.

[3] Ut leonini versus servetur lex non *humo*, sed *hymo*, legendum hic videtur: consonat enim cum *primo*. Sic *Ipse cum primo corpus servatur in hymo*. Priscis utique temporibus grecos imitantes latini Y in V persaepe immutasse novimus in antiquis inscriptionibus, in quibus habetur *Crupta* pro *Crypta*, *Sustus* pro *Systus*, *Saturus* pro *Satyrus* &c. facilius enim, magisque expedite V formatus quam Y. Ideoque, quamvis in antiquis illis inscriptionibus habentur V pro Y, attamen verborum pronunciatio retinenda est ac si cum Y nomina illa essent scripta. Hoc autem non solum antiquis temporibus sed medio etiam aevo factum esse exempla probant. Lege doctissimas P. Anselmi Costadoni observationes *intorno alla Chiesa Cathedrale di Torcello, e ad alcune sacre sue antichità* num. 13. relatas inter Opuscula Calogeriana.

(4) Doctissimi Camaldulenses Chronistae [Tom. III. Lib. XXIII. n. XXVI. pag. 93.] dictam proferunt Inscriptionem, & corrigunt verbum illud *Manifestum* voluntque lectum *Manifestatur* pro ratione leonini versus & pro integritate.

confecisse diem. Datam inscriptionem gothicis, ut dicunt, caracteribus fuisse exaratam asserunt doctissimi Camaldulenses Chronographi, qui litterarum reliquias viderunt, nunc omnino ob muri humiditatem deperditas. Unde factum est, ut antiquissima *S. Venantii* imago defecerit, & propterea superinducta antiquae picturae calce, anno 1649. nova imago fuerit picta, & sub illa in latere dextero (exscripta in sinistro antiquissima inscriptione superius data) picta fuerit altera inscriptio, cujus tenor est =

Ω
VENANTIVS. EPVS. LVNENSIS. FVIT.
TEMPORE. GREGORII. PAPÆ. ANNO. DO
MINI. 500. DE. QVO. IDEM. GREGORIVS
IN. TERTIO. DIALOGOR, LIBRO. SCRIBIT.
TACENDVM. NON. EST. QVOD. VENERABI
Ω
LIS. VENANTIVS. EPVS LVNENSIS. RE
Ω
TVLIT. DE. ERIDARIO. EPO. LVNENSI. (1)
QVI. SVA. ORATIONE. ALVEVM. ANSERIS
FLVVII. MVTAVIT. IDEM. VENANTIVS.
Ω Ω
EPVS. RETVLIT. SAVINVM. EPVM. PLA
CENTINVM. PADO. TERRAS. COLLÆSIO
INVNDANTI. IN. SCRIPTIS. MANDASSE.
VT. IN. ALVEVM. REDIRET. ET AD PRO-
PRIVM. ALVEVM. REDIISSE.

Fuit restauratum anno Dñi 1649. die
XVIII. mensis Maji.

Imperitus scriptor vel traditionem illarum gentium, *Venantium* nostrum fuisse alienigenam secutus est, vel forte auctor ipse fuit traditionis, Venantium Albacinensem fuisse Episcopum Lunensem. Tandem haec altera pictura murorum pariter humiditate pene obscurata fuit. Oportuit itaque ut imago illa iterum restauraretur an-

X no

(1) *Iridarius* nomine neque ante, neque post tempora Gregorii Magni fuit Lunensis Episcopus. Legendum itaque est *Frigdianus* Lucensis Episcopus, cui prodigiosum factum Auseris, seu Serchi fluvii in eadem Lucana Dioecesi alvei mutati tribuit Cap. III. Dialogorum libri idem Gregorius. Sic laudati Chronistae [eodem libro, & pagina.]

no 1715 non in muro, sed in tela cum Episcopalibus ornamentis, nempe cum mitra, baculo pastorali, & pluviali, quae in altera apparent adhuc; an in antiquissima, non liquet.

III. Novam hanc inscriptionem ad examen vocemus. Ughellius in sua Historia, seu Italia sacra inter Episcopos Lunenses recenset *S. Venantium* num. VI, cujus, ut ipse scribit, meminit Sanctus Gregorius Magnus in Epistola XXII. lib. II. ad Constantium Mediolanensem Episcopum; illique laudatus scriptor *Sancti* nomen ultro concedit. Monet tamen nonnullos esse, qui credunt *Venantium* istum non *Lunensem*, sed *Laudensem* Episcopum fuisse; ut ab ipso etiam Ughellio incerta adhuc hujus *Venantii* sedes habeatur. Addit etiam *Venantii Lunensis* mentionem fieri apud Ferrarium ad diem 13. Octobris, scribentem Abbatem fuisse, & apud Sarzanam vixisse, cui civitati post Lunae vastitatem translata fuit Lunensis Ecclesia ab Innocentio III. anno MCCIV. Quum vero Ferrarium in suo catalogo SS. Italicorum perlegerim, apud ipsum acta S. Venantii non inveni, sed acta S. Venerii Abbatis, omnino a *Venantio* nostro diversi, quique nullam praefert Episcopalis dignitatis notam.

IV. Si ergo in Ecclesiasticis fastis *Venantius* noster haberetur Episcopus Lunensis; & inter Sanctos adscriptus; si de illius in Cathedra Lunensi Sede nullus dubitaret possemus forsan Albacinensium credulae opinioni fidem dare: quum vero Lunensi *Venantio* nullus *Sancti* nomen attribuat praeter Ughellium, nullo producto illius Ecclesiae, seu alterius documento: quum de eo omnes Ecclesiasticae historiae, omnia Martyrologia sileant; quum de illius sede in Cathedra Lunensi nonnulli dubitent; putentque illum Episcopum potius Laudensem, quam Lunensem, apocripha Inscriptio illa existimanda est, & pro nihilo habenda, pro nihilo etiam habenda traditio populi Albacinensis, & *Venantius* Albacinensis alius fuisse credendus est ac hactenus fuerit habitus.

V. Mentionem persaepe faciat S. Gregorius de Venantio Episcopo Lunensi; erit ne propterea inter Sanctos recensendus? Papebrochii judicium, & quidem rectum, illud est quod affert in Exegesi de Episcopis Mediolanensibus. Illudque nos produximus agentes de sanctitate Leontii Lib. I. Cap. I. num. VI. [1] Quo docemur primorum seculorum Episcopos, dum adhuc in vivis erant, *Sanctos*, & *Sanctissimos* vocatos fuisse, talique honoris titulo illorum nomina adscripta erant in sacris diptychis, in illis nempe catalogis, in quibus vita functorum nomina alta voce in sacra Liturgia per ea tempora recitabantur, ubi hodieque fit de ipsis praecipua

[1] Dissert. Bolland. P. I. §. I. pag. 395.

pua, sed secreta, & mentalis recitatio. Hinc factum est, juxta laudatissimum Scriptorem, ut omnes fere Episcopi primorum seculorum censerentur in Sanctorum catalogo recensiti, etiam postquam voces illae *Sanctus* & *Sanctissimus* ab Ecclesiae usu fuerunt restrictae, & solummodo datae iis, qui propter notissimam sanctitatem, & miracula insignia, & martyrii lauream a fidelibus habiti sunt Cives Sanctorum, & domestici Dei, & *Sancti* propterea nuncupati.

VI. Hoc expenso Papebrochii judicio possemus nos *Venantio* Lunensi *Sancti* titulum facile tribuere, si probaretur immemorabilis cultus a sua Ecclesia illi praestitus; quo probato, *Venantio Sancti* titulus honor non esset denegandus. Quomodo vero *Venantius* Lunensis Sanctorum numero est recensendus, quum eum omnes Ecclesiastici Scriptores silentio praetereant, & de cultu apud Ecclesiam Lunensem illi praestito nulla nobis documenta supersint? Quonam modo de illius cultu apud Lunenses solus Ughellius certior est factus; Baronius vero id omnino ignoravit, ut de ipso ne nomen quidem in sua Ecclesiastica Historia proferat? eo magis quia non apud Lunenses in Liguria, sed apud Albacinam in Piceno *Venantius* iste extremum clausit diem. Si Episcopos suos speciali quodam cultu venerati sunt populi, & Dioeceses, id utique alia de causa evenire non potuit, nisi quia illorum pietatem, charitatem, catholicae fidei studium, & impensos pro illorum spirituali cura labores (forte etiam quia miraculis vitam illorum, obitumque illustraverit Deus) intellexerant. Albacinenses vero populi quonam modo uti *Sanctum* venerari potuerunt *Venantium* Lunensem per illa loca transeuntem, cujus sanctitas erat ipsis omnino ignota, sicut ignotus erat illis Episcopus transiens? Quid nostrae memoriae proditum est de cultu ab Ecclesia Lunensi illi praestito? Quid de studio Lunensis Ecclesiae pro Episcopi sui Lipsanis recuperandis? Fieri non potest, ut hujus Episcopi florentis in Lunensi Ecclesia sint acta omnino deperdita, testimonia de illius sanctitate perierint, nullaque argumenta reperta sint ad illius cultum firmandum, eo magis quia non tam cito Lunensis Ecclesia defecerit? (1) His ego ra-



[1] Jura Cathedralis Ecclesiae Lunensis Sarzanam transtulit ad Ecclesiam S. Andreae Inn. III. anno 1204. VII. Kal. Aprilis anno illius VII. ex Regest. Vat. epist. 24. fol. 116, ut scribit Stadel. Comp. Geograph. cap. III. lib. 1. §. 34. Anno tamen 1253. Lunensa Capitulum florebat adhuc, quia pro Inn. IV. ditioni Picenae praesidebat Archidiaconus *Lunensis*, & documentum dat Compagnonius in sua Regia Picena P. 1. Lib. III. pag. 118. Vide etiam cap. IV. num XII. hujus operis, ubi habes a Gregorio XI. die 31. Augusti anni 1374. selectum fuisse administratorem Adriensis, & Pinnensis Ecclesiarum Bernabeum Episcopum *Lunensem*, & Comitem.

rationibus ductus *Venantium* uti *Sanctum* Albacinae cultum diversum omnino conjcio ab illo, quem Ughellius exhibet in serie Episcoporum Lunensium. Quis igitur erit *Venantius* noster? Ad novas conjecturas veniamus, & nonnulla praemoneamus.

## CAPUT II.

### *Forte fuit Episcopus Tufficanus vel etiam non Episcopus, sed Martyr.*

*VII. Tufficum R. Colonia situm erat ad radices collis ubi jacet Castrum Albacina. Quando Tufficum fuerit vastatum, non liquet. Forte habuit Episcopos suos. Ex iis unus forsan Venantius.*

*VIII. Ante vastitatem forte Albacinam translatum, & absconditum Corpus S. Venantii.*

*IX. Si Tufficum fuit eversum, quando Mathilica, circa medium x. seculum translatio S. Venantii est forsan referenda.*

*X. S. Venantius Albacinensis forsan etiam fuit non Episcopus, sed Martyr una cum* Primo *repertus auctoritate antiquissimae inscriptionis jam supra productae.*

VII. Certa res est Albacinae Castrum situm esse pene ad radices illius montis, in cujus planitie jacebat Tufficum antiqua Romanorum Colonia. [1] Civitas haec, quando vastata fuerit, incertum adhuc est. Forte fuit eversa barbaricis sive Gothorum, sive Langobardorum incursionibus. Ante suam vastitatem Tufficum forsan habuit Episcopos suos, sicut aliae Romanae Coloniae. Quis ergo vetat, quin praesumamus *Venantium* Albacinae quiescentem unum fuisse ex Episcopis Tufficanis, sicut Septempedanus fuit *Severinus*, Auximanus *Leopardus*, *Exuperantius* Cingulanus, qui omnes floruerunt post medium IV. seculum, quo certa Sedes Episcopis assignatur, ut in praeliminari Dissertatione firmavimus? Et haec est una conjectura de *Venantio* Albacinensi, quam profert etiam cl. Abb. Sartius in suis Episcopis Eugubinis. (2)

VIII. Si Albacinae Castrum e Tuffici ruinis ortum habuit, ipsimet Tufficani una cum Corpore *S. Venantii* in illud Castrum, forsan cultum invexisse credendi sunt. Si autem Albacina cum Tuffico

(1) Vide quid de hac Colonia dictum sit in Diss. praelim. cap. IV. §. III. n. 5.

(2) Sartius Diss. prael. de Civit. & Eccl. Eug. cap. VI. n. IV. pag. LXXXIV.

ſico vigebat, ut nonnulli putant, potiori ratione Albacinenſes illum veneraii fuiſſent velut Epiſcopum, & Paſtorem ſuum, cujus ſanctitas illis perſpecta eſſe poterat, & debebat. Si quis vero opinetur *S. Venantii* exuvias Albacinam translatas ab ipſis Tuſſicanis Gothica, ſeu Langobardica imminente incurſione ſuae Civitatis ruinam, & excidium pertimeſcentibus, & Albacinae abſconditum contra illorum temporum Eccleſiae diſciplinam, [1] quam forte Tuſſicani negligere voluerunt ad reliquias Sancti Paſtoris ſui tuendas, non male, meo quidem judicio excogitaret. Quot enim Sanctorum Corpora ea ratione occultata, & alio translata leguntur a fidelibus: ut, vaſtatis exinde Civitatibus populiſque bello, fame, & peſtifera lue diſperſis, e vivisque ſublatis, locus ubi Sanctorum exuviae erant abſconditae poſteris ignotus remanſerit? Id evenit Corpori *S. Severini*, quod diu latuit, & poſtea fuit fortuito inventum. Idipſum repetendum eſt de Corpore *S. Philomenae* Septempedanae caſu in templo S. Laurentii in Doliolo repertum, ut exempla producam ab hoc opere meo.

IX. Potuit etiam alio tempore Tuſſicum ruinam forte perferre. In ſua regia Picena ſcribit Compagnonius [2] Berengarium II. incendio vaſtaſſe Matilicam, aliaſque plures Civitates anno *946*. Luitprandi coevi ſcriptoris auctoritas Compagnonii fidem tuetur. Non omnes igitur Civitates, & Coloniae in Piceno conſtitutae vel a Gothicis, vel a Langobardis dirutae credendae ſunt. Illas tamen vaſtatas forte fuiſſe poſſumus ſuſpicari, quae in viis conſularibus ſitae erant, a quibus abeſt Matilica. Si enim Matilica una ex R. Coloniis barbararum gentium effugit iram, opinari utique poſſumus, gentes illas barbaras in eas tantum irruiſſe Civitates, quas in viis conſularibus reperiebant; nec aliunde ad depopulandas, evertendaſque Civitates divertiſſe. Ideoque hac ipſa ratione Tuſſicum, Attidium.

(1) Ante S. Leonis II. tempora Sanctorum Corpora tangi & aliò transferri nequibant: Luculenter id probat amiciſſimus Raphaellius in actis S. Exuperantii Lib. II. Cap. VII. §. 1. pag. 119. Amiciſſimus tamen Coſtadonius in ſua erudita ms. diſſertatione = *Oſſervazioni intorno alla Chieſa Cattedrale di Torcello &c.* inſcripta ad num. 2. luculenter probat ante etiam ejuſdem S. Leonis tempora alio fuiſſe aſportata & abſcondita auctoritate Dandoli [Lib. VI. Cap. VII. Part. XI.] ſcribentis regem Rotarium armorum vi potitum fuiſſe Civitate Odercia. Qua re cognita, Paulus Epiſcopus Altinas pertimeſcens eadem ruina ſuam Civitatem vaſtari, ab illa citiſſimè abiit, ſecumque tulit ſacras reliquias, & una cum pleriſque ex Altinatibus ad paludes tranſiit Torcelli, ubi ſuam ſtationem fixit, novamque Civitatem cum Cathedrali Eccleſia fundavit anno 641. ut ſcribit Muratorius (Annal. d'Ital. Tom. IV. anno 641.) antequam mos in Eccleſia Dei eſſet inductus alio ſacras Sanctorum reliquias transferendi, qui mos ſub S. Leone II. anno 683. fuit introductus.

[2] Pag. 22.

dium, & Sentinum, quae a viis Consularibus aberant, credenda forte sunt desolata, quando ruinam sustinuit suam, fuitque eversa Matilica. Alias, quomodo potuisset Matilica hostiles effugisse irruptiones, quas non effugerunt alia illarum partium oppida; ut propterea a barbaris illa, una excepta Matilica, eversa adseveremus? Assignari propterea forsan potest aera vastitatum Tuffici, Attidii, & Sentini illo ipso tempore, quo fuit desolata Matilica. Et si haec opinio admittatur, Tufficum a gente non barbara, & etherodoxa fuit eversum, sed opera, & studio Berengarii II. Principis Catholici anno 946; ideoque translationem Corporis *S. Venantii* praesulis Tufficani, si per haec tempora factam intendamus, non furtivam fuisse, sed publica celebritate, solemnique pompa a diruta illa Civitate ad proximum Albacinae Castrum, celebratam: quare cultus sancto illi Episcopo putandus non est apud illas gentes imminutus, immo potius adauctus; & tunc ad honorem Dei, & memoriam beatissimi *Venantii* templum ibi conditum, Sacerdotium constitutum, & Albacinae Castri, populique Patronum *Venantium* proclamatum possumus argumentari.

X. Quid vero, si *Venantium* nostrum Episcopali charactere spoliatum velimus, & martyrem potius suspicemur, cujus exuviae repertae sint anno 1100. una cum Corpore *Primi* pariter Martyris forte in quinto versu inscriptionis nominati sic = *Ipse cum Primo Corpus servatur in hymo* =? Conjectura haec non est mea, sed doctissimi antistitis Pompeji Compagnonii toties a me celebrati, ut ad me suis datis litteris scripsit. [1] In illa utique inscriptione, si bene advertatur, *Venantius* noster nullam praefert Episcopalis dignitatis notam. Antiquissima pictura labente forsan XIII, vel sub initio XIV. facta obliterata omnino est. Altera pictura anno 1649. fuit efformata, quando sciolus ille somniavit S. *Venantium* Episcopum fuisse Lunensem, & propterea in hac pictura nondum obliterata fecit Venantium pingere Episcopalibus insignibus ornatum, ut quod sciolus ille opinatus est, magis credibile redderet. Nemo ergo non videt, quam dubius adhuc sit *Venantii* Albacinensis character.

CA-

(1) Maggior esame parmi, che si debba fare nella loro intelligenza ed esposizione. In primo luogo non vedo qui esser mai accannato, che questo Venanzio fosse stato Vescovo: perche dunque non potrà credersi un Martire, il cui sacro Corpo sia stato in que' tempi rinvenuto insieme con un altro di nome *Primo* forse nominato nel quinto verso &c. Osimo 30. Maggio 1755.

# CAPUT III.

## *Forte fuit Episcopus Africanus.*

XI. *Noster* Venantius *potest etiam conjici unus ex Episcopis Africanis in exilium pulsus sub Unerico Rege; quique obviam processit S. Exuperantio Episcopo Cingulano, cum appulit ad littus Humanae.*

XII. *Hanc conjecturam illustramus.*

XIII. *Et possumus etiam conjicere* Severinum *illum qui cum Venantio aliisque occurrit S. Exuperantio Romam eunti fuisse* Severinum *Septempedanum Eremitam nondum ad Septempedae Sacerdotium assumptum.*

XI. QUum vero non nisi conjiciendo de nostro *Venantio* disserere possimus, liceat conjecturis, conjecturas cumulare. Quid si suspicemur *Venantium* Albacinae quiescentem unum ex illis Episcopis esse ab Africa pulsis in immani illa persecutione contra ipsos excitata a Vandalis sub Unerico Rege, & in Italiam progressis: (1) summa animi voluptate acta beatissimi Exuperantii Episcopi Cingulani amicissimus Raphaellius, qui illa luculentissime, & doctissime illustravit mecum ipse communicabat. Quumque in illis Actis legeremus *Exuperantium* ad littus Humanae appulisse Romam progressurum; & *in via undecim invenisse fratres Florentium, Severinum, Venantium, & alios, qui videntes eum* (Exuperantium) *susceperunt cum magno gaudio, & genuflexo miserunt se ad pedes Sancti Exuperantii, & obsculati sunt inter se, &c. & dans pacem eis dimisit illos* = En inter illos fratres, qui obviam processerunt Exuperantio, unus nomine *Venantius*. Tunc Raphaellius, qui paulo ante, quae de nostro Venantio scripseram, perlegerat: Cur non possumus, inquit, *Venantium* Albacinensem suspicari fuisse illum *Venantium*, seu *Benantium* Episcopum Oppidonebensem in Mauritania Caesareensi, qui anno 484. Carthaginensi irrito Conventui interfuit, & ab Unerico Rege in exilium pulsus est cum altero e tribus Episcopis *Florentii* nomine, altero Episcopo Seminensi in Provincia proconsulari, altero Nobar Germaniensi, & tertio Centenariensi in Numidia? Haec obiter Raphaellius.

XII. Et revera, re intimè perpensa, quamvis clarissimus Actorum

[1] Ruinart. persecut. Vand. P. II. Cap. IX. pag. 523. & 546.

rum Illustrator non audeat asserere (ut ejus sententiam proferam) inter Africanos Monachos, qui tot praestarunt obsequia S. Exuperantio in via, qua Humana Romam progreditur, fuisse unum, aut alterum ex illis Episcopis ab Africa pulsis; perpendentes nos ab Ancona ad Prolaqueum tractum unum viae Flaminiae [1] esse apertum, qua Romam imus, possumus etiam non audacter argumentari *Venantium* illum Episcopum Africanum obviam stetisse Exuperantio juxta Septempedam, ibique Exuperantium excepisse omnibus obsequiis Exuperantii sanctitati debitis. Facillime enim *Venantius* perspectam habere poterat venerabilis Viri sanctam vitam, propagandae Fidei studium, & praedicationis zelum, queis forsan suam Exuperantius in Africa impendit operam pro grege *Venantio* commendato. Vide, qua ratione ducti possimus argumentari *Venantium* illum in Actis S. Exuperantii nominatum illum esse, qui deinde, relicto Exuperantio, e Septempedae viciniis iter arripuit per proximam vallem Matilicanam Albacinam versus, in quo Castro forte aegrotavit, & suos confecit dies.

XIII. Quid vero, si conjecturas prosequentes aliquid etiam argumentemur de *Severino* illo in laudatis S. Exuperantii actis commemorato; illumque conjiciamus fuisse *Severinum Septempedanum*, tunc prope Septempedam solitariam vitam in suo Monasterio ducentem? Accipite. Diligentissimus Raphaellius profitetur se omne studium impendisse ad assequendam notitiam illius *Severini*, cujus acta cum *Venantio*, & *Florentio* meminerunt, & certiores nos reddit nullum *Severinum* recoli in historia Africanae Ecclesiae seculi v, quo florebat *Severinus* Septempedanus; qui postquam diu solitariam vitam duxit in Monasterio suo non longe a Septempeda, ut alias dictum est [2] fuit ad Episcopatum Septempedanum assumptus, & tandem anno 543. inter mortales esse desiit ad Coelum evocatus. Nil ergo vetat, quin conjiciamus *Severinum* in actis S. Exuperantii memoratum fuisse Episcopum Septempedanum; & socios illos, qui cum *Florentio*, *Venantio*, & *Severino* S. Exuperantio obviam processerunt, ex discipulis fuisse *Severini* in Monasterio ab ipso constructo commorantibus. *Severini* sanctitas per illas partes erat celebris, & nota. Ad hunc invisendum adire potuerunt *Venantius* *Flo-*

[1] Iter quo ab Humanate littore Romam progreditur est rectum planum, & omnibus notum. *Humana* enim *Auximum* imus, *Auximo Trejam*. *Treja Septempedam*, & tandem *Septempeda* progrediendo viam Flaminiam ingredimur. Via haec a Bergerio describitur (de publ. & milit. Imper. Rom. viii apud Grevium Tom. x. col. 376.) & habetur in Antonini itinerario apud Suritam, Merulam, & Cluerium &c.

[2] Lib. 2. Cap. III. num. VI.

*Florentius*, aliique; & omnes *Exuperantium* Romam euntem, ut illius habent Acta, humanissime, & cum omni honore excipere; Forsan etiam in suo Monasterio a Severino hospitio recipi. Conjecturae, queis usque adhuc prolusimus, rationabiles sunt, nil arduum, nil historiae illorum temporum habent alienum. Ideoque *Venantium* Albacinae quiescentem, probabiliter possumus suspicari fuisse *Venantium*, seu *Benantium* Episcopum Africanum in Italiam appulsum, quem inter Sanctos adscribere non dubitamus; quia in odium orthodoxae Fidei in exilium ejectus est, & persecutiones sustinuit immanes; & ab Albacinensibus, & aliis finitimis populis immemorabili cultu honoratus.

## CAPUT IV.

### *Venantii cultus apud Fabrianenses propagatus.*

*XIV. Cultus Sancti Venantii forsan in oppido Fabriani propagatus. Tufficum & Attidium origo, vel amplificatio Fabriani.*

*XV. Attidiates Fabrianum invexerunt cultum S. Jo: Baptistae titularem Ecclesiae Attidiatis.*

*XVI. Tufficani cultum S. Venantii introduxerunt Fabrianum.*

*XVII. Haec conjectura roboratur.*

*XVIII. Cultus S. Venantii Tufficani permixtus forsan cum S. Venantii M. Camerinensis cultu.*

*XIX. Conjectura haec ab eversione Attidii, Taffici, & Mathilicae firmatur.*

*XX. Facilius cum S. Venantio Martyre Camerinensi poterat confundi cultus, si Venantius Tufficanus fuisset martyr, non Episcopus.*

*XXI. Confusiones cultuum SS. in ecclesia Dei rarae non sunt, sed frequentes.*

XIV. AT non hic immoror ego: &, quoniam de cultu *Venantii* Albacinensis occurrit sermo, meis conjecturis innixus, ulterius progredi contendo; existimando illius cultum non intra Albacinae solum moenia restrictum, sed aliò etiam forte propagatum, & a Tufficanis Fabrianum invectum. Ratio cogitandi hac super re nova, sed non despicienda. Si enim, ut diximus, singulae R. Coloniae suos habuerunt Episcopos, si Tufficum, & Attidium habuerunt suos usque ad illarum vastitatem, vel

VII. circa feculum, vel medium circa X, queis oppida illa defecisse conjecimus, his Oppidis everfis, fcimus ab Attidiatibus potius, quàm a Sentinatibus, ut quidam putant, vel ortum, vel incrementum fuum duxiffe Fabrianum; quod fub Guillelmi epifcopatu ad annum 1251. firmamus; & fententiam noftram hoc argumentum validiffimè comprobat, quod Fabrianenfes parvuli ufque ad Guillelmi tempora ad baptifmalem fontem Plebis Attidiatis afportabantur illo falutari lavacro regenerandi; idque apertiffimè firmat fuo diplomate Guillelmus his verbis: *Nobis funt conquefti fuis litteris rationabiliter Poteftas, & populus Fabriani, quod tum quia Plebs Attigii tribus fere milliariis diftet a Fabriano, a qua recipiunt baptifmi neceffarium Sacramentum* &c. Quod revera non leve argumentum eft ad conftituendam Oppidi Fabriani vel originem, vel amplificationem ab everfis Attidiatibus ductam; dum ad medium ufque XIII. feculum Plebem Attidii, ut Matrem agnofcebant populi Fabrianenfes.

XV. Alia nunc conjectura id confirmari poteft. Non ignoramus Attidiatem plebem Deo fuiffe, & effe dicatam in memoriam *S. Jo: Baptiftae*, cujus titulo princeps ipfa Attidias Ecclefia hodiedum eft infignita. Scimus item Fabrianenfes fuae civitatis Patronum multo abhinc tempore *S. Jo: Baptiftam* venerari. Quis modo inficiatur, & perperam opinetur exiftimans, cultum *S. Jo: Baptiftae* ab Attidiatibus Fabriani fuiffe propagatum, vel potius ad illud Oppidum invectum, quum Attidiates ad hoc vel conftituendum, vel amplificandum fe contulerint poft fuae Civitatis vaftitatem? Nunc ad Tufficum fermonem vertamus.

XVI. Everfo municipio Tufficano, quod ab Attidiate ad V. mill. pafs. circ. aberat, quo commodius potuit fe recipere gens Tufficana, nifi Fabrianum? Ad Orientem undique montes infoecundi, & abrupti. Ad meridiem Matilica agrum fuum ad Tufficum protendebat. Ad Auftrum nonnifi faxa, horrentefque montes obviam funt. Ad Occidentem folum amoena planities per decem ferme milliaria fefe protendit ad illos Apenninos montes, quibus Foffatum caftrum nomen dat, non longe a quibus fitum eft Fabrianum. Illuc igitur cum Attidiatibus ad amplificandum tam amplum, & populofum Oppidum Tufficanos fluxiffe oportuit: Utraque enim colonia & Attidias, & Tufficana cöaevam fuftinuiffe ruinam fatenda eft. Credibile propterea eft, ficut Attidiates *S. Jo: Baptiftae*, fic Tufficanos *S. Venantii* cultum Fabriani propagaffe (uterque enim Sanctus Civitatis Patronus eft) extruendo templum illius nomini facrum, hodieque S. Venantii titulo infignitum, & ubi Cathedra Epifco-

ſcopalis eſt noviſſimè erecta; eratque ibi inſigne Canonicorum Collegium, cujus antiquitatem probat Rodulphi charta, de qua mox, quamque in appendice damus ad annum 1046.

XVII. Haec opinio, quaecumque illa ſit, novis etiam poteſt argumentis comprobari. Non potuit gens Tuſſicana obſequium ullum, & religionem Eccleſiae ſuae tribuere; ad eamque parvulos ſuos exportare ſacris luſtralibus aquis abluendos, quemadmodum tribuebant ſuae Attidiates, tum ob univerſam, & Oppidi, & Cathedralis Eccleſiae vaſtitatem, ut de Tuſſico, deque illius Eccleſia nullae hodie ſuperſint reliquiae, tum ob itineris longitudinem, Tuſſicum enim ad v. mille paſs. a Fabriano abeſt. Honore autem *S. Venantium* afficere forte ſtuduerunt Tuſſicani a fundamentis aedificando Fabriani in ejus memoriam templum, parvulum quidem amplitudine de more illorum temporum, ut nos arbitramur: donec anno 1046. Rodulphus Conradi filius Vir nobilis, & praedives novum templum magnificentius aedificandum curavit, & Canonicam jampridem ibi fundatam munificentiſſime dotavit. Id propemodum innuit Rodulphi charta, qua cedit Eccleſiae *S. Venantii domum cum horto pro fabrica Ecclesie S. Venantii ad deſtruendum, & faciendum totum illud, quod ego facere poſſum, & quidquid vobis presbyteris placuerit. & promitto quod ad feſtum dicti ſancti ſolvam vobis x. libras auri ..... & dabo unum vitellum cum duobus modiis frumenti pro veſtra menſa quolibet anno uſque ad mortem meam*. Sunt verba diplomatis Rodulphi, queis certiores reddimur ante annum 1046. templum S. Venantio ſacrum, & in eo Canonicam conſtitutam jam fuiſſe: quum Rodulphus presbyteris ibi exiſtentibus donet domum cum horto, & quotannis decem libras auri, vitulum unum, duoſque modios frumenti pro illorum menſa. His rationibus ducti *Sancti Venantii* Epiſcopi Albacinae quieſcentis in Fabrianenſes cultum fuiſſe inductum, illumque cultum ſpectaſſe non ad alium Venantium, quam ad Albacinenſem probabili conjectura cenſemus. Animadvertimus, quod ſi Tuſſicani ſacra ſancti *Venantii* Lipſana tranſtuliſſent Fabrianum, cultus hujus Sancti ſolidiori fundamento fuiſſet innixus, & in illo Oppido felicius propagatus: qui ſcit tamen, cur id exequi Tuſſicani neglexerint. Forte *S. Venantii* lipſana jam erant abſcondita, forte etiam Monachi illa poſſidentes Fabrianum transferre recuſarunt. Recole quae ſcripſimus ſupra cap. III. n. XII.

XVIII. At enim: qui Epiſcopi *Venantii* memoria Fabriani poſtea ſic evanuit, ut templum jam S. Venantio Epiſcopo ſacrum, ilique erectum modo ſacrum ſit *S. Venantio* martyri Camerinenſi? Facilis reſponſio in promptu eſt, conjecturis ſemper adhibitis. Perie-

rierat ad annum forte 1046. memoria *S. Venantii* episcopi apud Fabrianenses, tum defectu Tussicanorum, qui omnes obierant, cum ob innumeras calamitates, quae nostras regiones afflixerunt. Quare evenire potuit, ut erecto a Rodulpho novo templo *S. Venantio* sacro, quem *Venantium* gens Fabrianensis jam venerabatur coeco quodam cultu, prorsus ignara an Venantius suus esset Episcopus, & Confessor, an Martyr. Venantium tunc venerari coeperunt apud Camerinenses clarissimum Martyrem, & Camerini, illiusque Dioecesos principem Protectorem. Sic cultus *Venantio* episcopo studio forsan Tussicanae gentis Fabrianum inductus transiit ad Venantium Martyrem Camerinensem, & alterius cultus cum altero confusus est.

XIX. Immo vero, si Tussicum excidisse velimus opera barbararum gentium seculo circ. VI, tunc quis non videt validissimum argumentum ab hac aera posse elici ad argumentandum *S. Venantii* cultum apud Fabrianenses ante annum 1046. fuisse potius tributum *Venantio* Albacinensi, quam Camerti? Matilica enim inter Tussicum & Camerinum habebat dioecesim suam, quam gubernarunt *Aequitius*, qui Concilio Romano anno 487. interfuit, & *Florentinus*, qui damnationem in Civitate Constantinopolitana contra Theodorum Episcopum Caesareae a Vigilio R. Pontifice latam, subscripsit, & Matilica non a Gothis, seu Langobardis, sed opera Berengarii II. fuit vastata anno 946, ut dictum est; ideoque usque ad hunc habuit Episcopos suos. Si ergo Tussicum, & Attidium vastata sunt seculo VI, harum Civitatum dioeceses, quando illis, ut probabilius est, Episcopos assignare velimus, non Camerinensi Episcopo, sed Matilicano debuerunt commendari, cujus Episcopalis Paroecia intermedia erat inter Tussicum, & Camerinum. Quomodo igitur cultus *S. Venantii* Camerinensis potuit propagari in Fabrianenses, si Fabrianum post vastitatem tantum Matilicae, seculo forsan XI, Camerinensis Antistitis fuit curae demandatum? Solidiori propterea conjectura credendum est cultum *S. Venantii* Albacinensis ab ipsis Tussicanis Fabrianum fuisse invectum post Tussici desolationem, vel seculo VI, vel VII; & aedificato Fabriani circa medium XI. seculum novo templo *S. Venantio* sacro, quando forsan Episcopi Camerinenses jura sua in illud Oppidum extenderunt, ibi deperdita jam memoria *Venantii Episcopi*, templum illud a Rodulpho excitatum sacrum fuisse dictum *Venantio Martyri* Camerinensi; & sic cultum *S. Venantii* Episcopi cum illo S. Venantii martyris mixtum, & confusum.

XX. Quod si *Venantius* Albacinensis esset martyr, non Episcopus, ut supra pariter conjecimus, quis non videt quanto facilius unius

unius cultus cum alterius martyris cultu potuit confundi ; & religio praestita a Fabrianensibus *Venantio* martyri Albacinensi, ad *Venantium* martyrem Camerinensem transferri. Si qua antiqua icon Fabriani in templo *S. Venantio* sacro reperiretur, quae martyrem *Venantium* repraesentaret, quanto facilius potuit, obliterata memoria martyris Albacinensis, cultus illius imaginis transire ad martyrem Camerinensem? His propterea rationibus ducti definire haud possumus an *Venantius* Albacinae veneratus Martyr sit, an Confessor, an Episcopus: nihilque aliud optandum nobis superest ad hanc veritatem perspectam habendam, quam sacra illa Lipsana, effossa humo, detegere: ut, si quae monumenta in loculo appareant ad Venantii characterem firmandum, definire possimus, quisnam sit *S. Venantius* Albacinae veneratus; & illius cultus confusiones adimere.

XXI. Neque vero hujusmodi Sanctorum cultus confusiones in ecclesiasticis fastis sunt admodum rarae; sed passim occurrunt. Accipite exempla ab nostra historia deprompta. Atto III. episcopus noster anno 1218. condidit ecclesiam in loco, qui dicitur de Buraco inter Pyrum, & Cingulum, eamque dicavit SS. Antonio, & Bartholomaeo, utique Abbatibus. Iste Bartholomaeus alius non est, nisi celeberrimus ille Abbas IV. Cryptae-ferratae: atqui hodie in Ecclesia, deperdita memoria, & cultu S. Bartholomaei abbatis, recolitur quotannis memoria S. Bartholomaei Apostoli, nullusque cultus exhibetur S. Antonio. E contra; extra moenia oppidi Serraesancti Quirici ad occidentem inter Sylvas ad montis scopulos surgit templum Deo, & S. Bartholo III. generali Abbati Ordinis S. Silvestri dicatum; quod templum ab ipsomet S. Bartholo abbate dicatum fuit S. Bartholomaeo Apostolo; & haec Ecclesia hodie Sancti Bartholi nomen habet, ibique praecipuo honore colitur. In agro Cingulano Canonica SS. Quatuor Coronatorum nonne sacra fuit Sancto Coronato? Id etiam evenit cultui S. Severini episcopi Septempedani permixto cum cultu S. Severini abbatis; & S. Victorini fratris ejusdem S. Severini, ut sub supposito S. Victorini episcopatu disseruimus, & de Sancto Severino episcopo Septempedano exposuimus. Idipsum potuit contingere in Fabrianensi oppido. Cultus *S. Venantii* Albacinae quiescentis omnino diversi a *Venantio* martyre Camerinensi, confusus fuit & permixtus cum illo Venantii Camerinensis; ut, obliterata primi Venantii memoria, hodie Fabrianenses solum honore, & veneratione *prosequantur Venantium martyrem Camerinensem*, Cujus tutela Camerinum, ejusque ampla dioecesis laeta congaudet. Haec ego de S. Venantio Albacinensi, haec de illius cultu argumentor. Conjecturas tamen meas ea animi

mi aequitate legentium oculis subjicio, ut paratus semper sim ad illas revocandas, quoties monumenta proferantur, quae illas vel enervent, vel omnino dissolvant.

## CAPUT V.

### *De Episcopis Laurentio, Terramundo, Ugone II, Todino.*

*I.* Laurentius *Warnerio Marchioni jure emphiteutico cedit Castellum San-Severini, & alia jura.*
*II.* Terramundus *quaedam bona concedit Coenobio S Mariani.*
*III. Gualterius quidam offert quaedam sua bona Ecclesiae S. Mariae Camerinensi, & pro ipsa* Ugoni *Episcopo. Ugo plura privilegia cedit Capitulo ecclesiae Sancti Severini.*
*IV. Episcopus N. N. florens anno 1146. argumentamur quis fuerit: probatur fuisse* Todinum, *seu* Teodinum.
*V. Difficultates P. Camerini diluuntur.*

I. Primus, qui XII. seculo praefuit Camerinensi Ecclesiae Antistes *Laurentius* est Ughellio ignotus; illamque regebat anno 1103. fide cl. Camerinii, qui in suis additionibus ad Lilii historiam asserit illius memoriam haberi diplomate ab eo expedito favore Monasterii de Domoris. Muratorius [1] alterum vulgavit *Laurentii* diploma datum anno 1119., quod habes in Appendice. Camerinensi Marchiae praeerat adhuc Warnerius; cujus favore *Laurentius* diploma dedit, quo illi, & Altrudae Comitissae uxori suae, & Warnerio filio jure emphiteutico ad tertiam generationem concessit *Castellum Sanctiseverini, & ejus curtem integriter, & integrum cum omnibus, que ad ipsum Castellum, & ad ejus curtem pertinere videntur cum ipsa Sanctiseverini ecclesia* (sunt verba diplomatis) Item *Castrum Pallioliti* (2) *cum omnibus sibi subjacentibus, & pertinentibus in integrum. Plebem S. Victorini* (3), *& Mona-*

(1) Antiq. medii aevi Tom. 1. col. 524.

[2] Castrum Pallioliti (vulgo Pallorito) omnino disjectum pagus evasit ad orientem San-Severini, & ab eo bis mille circ. pass. dissitum.

[3] Ecclesia parochialis Ploraci sacra est S. Victorino illius oppidi Patrono. Rector illius Ecclesiae Plebani titulo ornatur. In magnam ducor suspicionem ad credendam *Plebem S. Victorini* esse Ploraci plebem in diplomate nostri *Laurentii* memoratam. Quod si verum est Plebs ista non in dioecesi Septempedana, sed in Camerinensi semper fuit. Forsan opportuna habebimus documenta ad hanc veritatem assequendam; quae, si nobis praesto erunt, in appendice proferemus.

*nasterium Dolioli* (1), *& Monasterium de Demora* (2) *cum omnibus sibi ubique pertinentibus*, *& campos de plebe S. Petri* (3). Haec sunt quae Marchioni Warnerio cessit *Laurentius*. Idipsum fecit Azo Episcopus Firmanus eidem Warnerio de Castro Agelli [4]. Cur vero id egerit *Laurentius* in eodem diplomate expressè legitur; quia scilicet illum sperabat suae Ecclesiae defensorem. Forte enim *Laurentius*, Italiâ tumultuante, Civitatum, & insignium Castrorum communia, Imperatorum enervatam potentiam non amplius pertimescentia, armis adhibitis, unaquaeque jam sibi usurpata Castra, agrosque suos vindicare, illorumque iterum potiri animadvertebat; ne propterea Ecclesiae suae jura pari infortunio minuerentur, & ad frenandam forte San-severinatum libidinem juribus suis potiundi, cessit *Laurentius* Sanseverinum Warnerio, implorato illius auxilio ea tempestate validissimo; tenebat enim principatum Marchiae Camerinensis; cujus potentia, & auctoritas incolas Civitatum, & Castrorum *Laurentii* jurisdictioni subjectas, poterat in ordine continere. Nonnulla de Laurentii diplomate diximus Capite V. §. VI. dissertationis praeliminaris.

II. *Terramundi* nomine ignoti pariter Ughellio antistitum Camerinensium seriem augemus. Lilius cognovit *Terramundum*, & in sua historia (5) profert documentum; Scheda continet donationem quorumdam bonorum stabilium a Terramundo factam Monasterio S. Mariani (6) in agro San-severinate, cum onere dandi *annuatim in assumptione S. Marie una libra de cera* = cujus chronologicae notae sunt = *anni sunt millesimo centesimo vigesimo secundo & rennante Rigo imperatore*, *& facta est mense octobris pro indict. quarta. Civitate Camerine* = Charta igitur nos certiores reddit *Terramundum* Camerinensem Ecclesiam rexisse anno 1122; & propterea *Laurentii* immediatum successorem fuisse. In ipsa obsignatus legitur *Vgo electus episcopus*; hinc assequimur notitiam illius in Episcopatu successoris, qui forte erat Archidiaconus; nam obsignati exinde haben-

(1) Monasterium *Dolioli* celebre est illud antiquissimum Coenobium S. Laurentii infra moenia San-Severini situm, de quo P. Gentilius in sua Dissert., & nos infra opportunius sub Episcopatu .....

(2) Monasterium de *Demora* illud est S. Michaelis & S. Eustachii de Domora ad occidentem aestivum San-Severini, de quo opportunius nobis infra recurret sermo in nostrorum Antistitum serie. Ambo haec Coenobia pinguem habent Censum; cum Monasterio de *Rambona* canonicè unita.

(3) Plebem S. Petri aliam non esse conjicimus, quam castrum *S. Petri* in agro San-Severinate ad ejus austrum, & a Civitate VIII. circ. mill. pass. dissitum, de quo sermonem habuimus in praeliminari dissertatione.

(4) Adam. fragm. de reb. Firman. Lib. I. Cap. 55.

[5] Lil. Part. I. Lib. VII. pag. 217.

[6] De Coenobio S. Mariani fusius agimus sub Episcopo Philippo lib. III. Cap. III. §. XII.

bentur *Paganus Archipresbiter*, *Bambo Primicerius*, *& Joannes preſbiter*.

III. Quem in enunciato Terramundi diplomate obſignatum legimus *Ugonem* electum Epiſcopum, eratque forſan, ut diximus, Archidiaconus tempore Laurentii, & Ugonis I, quemque ſuſpicatur Lilius [1] ejuſdem *Terramundi* fuiſſe in Epiſcopatu Coadjutorem; cathedram Camerinenſem certo certius tenuiſſe ſcimus a quadam concordia inter Attonem III. Epiſcopum, & Priorem, Canonicoſque eccleſiae Sancti Severini firmata anno 1213, quam in appendice damus. Contulit noſter Ugo II. plura privilegia capitulo Sanſeverinati, quae in memorata concordia enunciatur. Floruiſſe tamen anno 1135. in Cathedra Camerinenſi aperte colligimus ex charta, quam laudatus Camerinius exhibet in MSS. additionibus ad Lilii hiſtoriam [2] quam pariter in appendice habes, & continet donationem a quodam Gualterio factam *Ugoni* epiſcopo, Archidiacono, & Canonicis cathedralis Eccleſiae quorumdam bonorum.

IV. Ante *Acceptabilem* ſeu *Accettantem* Ughellius in Sede epiſcopali ponit Epiſcopum N. N. cujus nomen ignorat; & ait anno 1146. Fulginei interfuiſſe concilio habito a Julio Presbytero Cardinali tit. S. Marcelli Eugenii III. Legato. Nos ignotum illum Epiſcopum aſſerimus fuiſſe *Todinum* auctoritate laudatae ſchedae ad Attonem III. ſpectantis, in qua inter Ugonis II, & Acceptabilis nomina habetur *Todinus* ſic = *Item agebant adverſus epiſcopum, ut confirmaret eis omnia privilegia & cartas, quae, & quas habent ab Ugone, Todino, Acceptante epiſcopis &c.*, quo documento horum trium Epiſcoporum roboratur ſeries. *Todini* etiam *Teodini* dicti memoria habetur ad annos 1146, & 1152. apud Benedictinos Annales (3) Mabillonii ex auctenticis documentis, & in aliis ſchedis in noſtra appendice: ideoque non videtur ultra laborandum ad expiſcandum nomen illius Epiſcopi, qui Fulginati concilio anno 1146. interfuit.

V. P. Camerinius in ſuis laudatis additionibus ad Lilii hiſtoriam animadvertit ſub oculis habuiſſe quamdam chartam, quae continet unionem plurium eccleſiarum factam a *Todino* Coenobio, & Eccleſiae S. Michaelis Archangeli de Domora anno 1166. *Indi. VIIII. anno XVII. regnante Conrado rege ſub Papa quoque Eugenio tempore VV. ducis, & marchionis*. (4) Suſpectam tamen habet illam chartam cl. Camerinius, quia eandem ipſam unionem anno 1166. a *Todino* ta-

(1) Lil. Part. I. Lib. VII. p. 217.

(2) Lil. in addit. mss. P. I. Lib. VII. p. 219. ibique Camerinius conjicit Terramundum ſuos obiiſſe dies anno 1126.

(3) Tom. VI. p. 381.

(4) Lege *Warnerii*, ut ſupra Lib. II. Cap. VI. in notis ad num. VIII.

factam repetit etiam *Acceptabilis* anno 1171. iisdem plane verbis conceptam, & exaratam; permutato solum anno, indictione, Principum, & episcopi nominibus. Haec tamen difficultas levis est, & pro nihilo habenda. Leguntur enim passim & apostolicae litterae, & Principum, Antistitumque diplomata iisdem verbis exarata, quando praesertim privilegiorum, & largitionum continent confirmationem. Immo vero hanc monachorum, & canonicorum sollicitudinem per haec tempora confirmationem exposcentium privilegiorum obtentorum vel a Principibus vel ab Episcopis, ab horum successoribus pluries animadvertimus factam, & in hac nostra serie nonnulla exempla in documentorum appendice producimus. Id propemodum evenit in *Acceptabilis* diplomate ab ipso, ut infra videbimus, expedito pro Coenobio S. Michaelis Archangeli de Domora *imitando*, ut ibi legitur, *certa vestigia suorum praedecessorum*. Hac igitur ratione scheda a P. Camerinio visa non debet esse suspecta. Et multo minus Cameriuii suspicionem augere debet ratio illa, quia videlicet Todini nusquam Todini, & illius Episcopatus memoriam reperit. Nos enim in tot producendis in appendice documentis *Todini* episcopi Camerinensis certam habemus sedem, ut dubitare amplius non debeamus, quin ille N. N. Episcopus Camerinensis Fulginei in Concilio obsignatus credendus sit *Todinus Acceptabilis*, seu *Accettantis* praedecessor. Denique ex hucusque dictis colligimus *Todinum* Episcopum ecclesiam sibi commissam diu gubernasse. De eo enim memoriam habemus ab anno 1146. ad annum 1166. ex documento a Camerinio viso; ut ipse testatur.

# CAPUT VI.

## *De Acceptabili, & Attone II. Episcopis.*

*I. Acceptabilis Todino successit in Episcopatu.*
*II. Agitur de Monasterio S. Michaelis de Domora.*
*III. Interfuit Concilio Lateranensi sub Alexandro III.*
*IV. Suo diplomate Acceptabilis concedit jure emphiteutico filiis Raynaldi Petri quicquid habet in Curte Collis Lutii.*
*V. Atto fuit postremus Episcopus seculi* XII. *tempore Marquardi tyranni, de quo differitur.*
*VI. Atto floruit ad annum* 1223.
*VII. Rem habuit Atto cum Consulibus Fabriani super jure eligendi Canonicos S. Venantii. Lis fuit per judices compromissarios definita.*

### *VIII. Habuit etiam rem cum Priore Monasterii S. Helenae in ora Aesii fluvii.*

I. TOdini successor fuit *Acceptabilis*, seu *Acceptans* ex ipsa annorum serie. Floruit enim *Acceptabilis* anno 1171. fide diplomatis ipsius-met Antistitis, quod in tabulario Sancti Laurentii in Doliolo San-Severini asservatur expeditum pro Monasterio Abbate, & Monachis *S. Michaelis Archangeli*, *quod est edificatum* (sunt verba diplomatis) *in loco qui dicitur Domorum* (1) cujus exemplar dat in suis additionibus P. Camerinius, nosque in Appendice damus. *Acceptabilis anno MCLXXI. regnante Frederico Imperatore*, W...... *& Marchione* concedit Monasterio de Domora, Petro III. Abbati, & Monachis domos cum Eremo terras vineas, & sylvas cum aliis juribus, & inter haec plebem *S. Zenonis* (2) cum xv. Ecclesiis huic plebi annexis, & unit ea dicto Monasterio cum consensu Archidiaconi, Primicerii & Canonicis Cathedralis Ecclesiae Camerini cum onere praesentandi singulis annis in festo S. Marie unam Candelam pondere unius librae.

II. Coe-

[1] Inter horridos recessus, & enfractus montium, qui angustam pandunt viam Camerinum versus ad dexteram fluminis Potentiae a San-Severino sI. mill. pass. distans super scopulos erat constructum Coenobium S. Michaelis Archangeli & S. Eustachii de Domora, seseque protendebat intra cavitatem specus: satis amplum Coenobio Templum erat junctum alto pariter scopulo innixum structura fortissima quadratis oblongis lapidibus perpolitè laboratum, quod pugnat adhuc & contra temporum injuriam, & custodientium inertiam. Vixisse ibi Benedictinos Monachos antiquissimae observantiae est argumento locus inamenus inhospitus, & desertus, immo horridus, & confragosis scopulis impervius, ubi non obscura visuntur vestigia cellularum pro Monachis inclusis in saxo excavatarum. Vide quae sub supposito Victorini Episcopatu diximus Lib.I. Cap. sII. §. tx. pag. 89.

[2] Plebem hanc diu quaesitam aliquando reperi studio V. C. Josephi Amici Icti Antecessoris, & Patricii Camertis doctissimi. Sita est *plebis S. Zenonis* Ecclesia in Agro Camertinensi non longe a finibus agri Septempedani ad levam viae, qua Camerino San-Severinum progredimur inter Castrum Raimundi, & tabernam illam quae *Selvalagli* vulgo dicta est. Hodie non *Plebs S. Zenonis*, sed *S. Maria Plebis* nuncupatur a beatissimae Virginis Mariae imagine in muro ejusdem templi picta miraculis a Deo pene innumeris illustrata. Horum testes sunt vota etiam argentea, & quidem insignia, quibus opertae videntur templi parietes. Durat adhuc ad illam Ecclesiam etiam advenarum concursus, & pietas. Solemnes illae supplicationes, quae quotannis a gente Castri Gaglioli, in cujus paraeciae finibus Ecclesia ista sita est, celebrabantur singulis sextis feriis mensis Martii, quae obsoletae jam sunt, fiunt hodie in festis diebus Annunciationis, & Assumptionis B. V. M., & in die solemnè Paschatis resurrectionis Domini; & sic exhibent erga imaginem Virginis Gaglioli gentes pietatem, & cultum. Hodie plebis S. Zenonis, S. Mariae Macularum (haec Ecclesia erat Monastica, habebatque annexum illustre Monasterium Benedictinum) & S. Apollinaris Ecclesiae simul Canonicè unitae beneficia simplicia facta sunt, & a S. Sede conferuntur.

II. Coenobii S. Michaelis Archangeli de Domora nulla in tabulario San-Severinatis Ecclesiae Cathedralis habetur memoria: at non ita de Asceterio S. Eustachii. Quia vero templa, quae Monasterio S. Michaelis Archangeli cedit Episcopus *Acceptabilis* eadem omnino sunt ac illa, quae hodie juris sunt Abbatiae S. Eustachii, idem esse tenendum est Monasterium S. Michaelis Archangeli, ac illud S. Eustachii; cujus reliquiae supersunt adhuc.

III. Nobiliorem de Acceptabili nobis memoriam dat annus 1179, quo Lateranensi Concilio III. interfuit Antistes noster sub Alexandro III; ubi obsignatus legitur = *Acceptabilis Tamerinensis* = lege cum Labbeo (1) & quidem optimè = *Camerinensis*.

IV. Florebat adhuc *Acceptans* anno 1186; idque patet ex documento tabularii Cathedralis Ecclesiae San-Severinatis, ubi etiam memoratur *Acceptantis* antecessor *Todinus*. Hoc suo diplomate concedit jure emphiteutico ad tertiam generationem masculinam filiis Reinaldi Petri, quicquid isti tenent *in curte collis Lucis* [2] & in



Cur-

[1] Collect. Concil. Tom. XIII.

[2] Castrum *Collis Lucis* muris undique fortissimis hodiadum vallatum Tolentinum versus a San-Severino II. mill. pass. abest. Bartholomaeus Facius in libro, quem de rebus gestis eb Alphonso I. Neapolitanorum Rage scripsit, (lib. VIII. pag. 196, & 197.) natrat Regem hunc, ut commeatibus suis copiis provideret „ oltra eum „ locum, quem portam Sarrasallis vo„ cant (angustiae quaedam sunt difficiles „ transitu) profectum juxta ripam Clentis „ fluminis castra posuisse. Quo in loco „ agnovit Franciscum (*Sforziam scilicet*) „ haud procul a Sancto Severino oppido „ ebesse, & cum eo Sigismundum Mela„ testam, qui ganet soceso in auxilium „ cum copiis heud contemnendis vane„ rat. Erant in hostium exercitu ed octo„ millia militum. Constituerat autam rex „ eo die commeatuom inopia, quosum „ quidem magnam vim pasari oportabat, „ conquiescere. Coaterum, ut accepit „ Franciscum onius modo diei iter a se„ abessa; mutato repente consilio, cir„ citer secundam noctis vigiliam ultarius „ progredi cepit; ommissoque recto iti„ nere, quod Tolentinum ferebat, ad „ laevam flexit. Ea enim est via rectior „ ed Senctum Severinum contendenti, „ qoo in loco Franciscum Castra meta„ tum diximus; quamvis propter loco„ rum asperitatem equiti aliquando in„ commodior esset. Quumque jem orta „ luce rex ad *Callem Lucii* (ita Castal„ lum vocant) pervenisset, qui locus a „ Sencto Severino haud multum aberat, „ factus est certior Franciscum cognito „ ejus itinere, motis propere castris, Cin„ gulom concessisse &c. Quod postquam „ in Castris auditum est, maximis clamo„ ribus militos a rega postulerunt, uti „ Castellum, de quo ante diximus, quo „ militiam haud segnam agerent, a se„ oppugnari sineret. Quorum studio per„ spacto rex, quemquam invitus propter „ Castallenorom calamitatem id postulan„ tibus concessit &c. Cumque jam pu„ gnari ceptum esset Sancto-Saverinates, „ quo Francicum, metu ragis, sese Cin„ gulum recepisse cognoverant, missis ei „ obviem legatis, antequem propius ac„ cederet, allatis portarum clavibus, „ daditionem facere constituerunt. Qui „ cum sese ad pedes ejus supplices proje„ cissent, traditisque clavibus, nulla „ Pontificis mentione facta, deditionem „ facerent, Rex iis longe oratione ostan„ dit

Curte Belvignani item dat iisdem partem *Castellaris Collis lucis* & alia quamplura bona, quae ad Episcopalem mensam Camerinensem spectabant. Id autem *Acceptans* dicit se facere, quia = *dedisti mihi* (sunt verba diplomatis) *pretium octo libr. Lucen. & unum annulum aureum valens trium librarum Lucentium; & antequam hoc scriptum vobis faceremus habebatis in pignore totum illud, quod habetis ab Ecclesia in Curia Collis Lucis & Balvignani* (1) *pro sex libr. Lucen. ab Episcopo Tudino* &c. Documentum habes in Appendice.

V. Postremus, qui seculo XII. floruit Episcopus, fuit *Atto* hoc nomine II, & certis documentis nostram administrabat Ecclesiam anno 1192. quo tempore Camerinensis Marchia a Marquardi tyrannide vexata est. Marquardus Camerini morabatur; seseque dicebat Romandiolae, & Marchiae Anconitanae ducem. [2] *Statim post suam electionem* (Innocentius III.) *destinavit duos presbyteros Cardinales* (verba usurpo anonymi Scriptoris vitae Innocentii) *Cinthium tit. S. Laurentii in Lucina, & Joannem tit. Sanctae Priscae contra Marcualdum in Marchiam, ut eum ad dominium revocaret. Ipse autem Marcualdus misit Nuncios suos, videlicet Camerinum, & Venefranum Episcopos, & nobilem virum Rambertum Monaldi ad dominum Innocentium petens per illos, ut faceret ipsum ad praesentiam suam secure conduci, quia de persona & de pecunia & de terra volebat esse ad mandatum ipsius* &c. Irrito tamen eventu. Tunc Marcualdus *obtulit Papae pecuniam copiosam, annuum censum promittens, si recepta fidelitate concederet ei terram; quod cum Dominus Papa facere nollet, quia suspectam habebat fraudem ipsius, reliquit Marchiam & regnum intravit* &c. [3] Itaque *Atto* noster legatione hac perfunctus est. Dum Marquardus Camerini mansit Civitas illi adhaesit; ipso tamen fugato ultro se Rom. Pontificis imperio dedit; & tunc Camerinensis populus quasi plena libertate potitus jura sua nancisci, & ampliare enixè studuit.

VI. Atto noster, quem Camerinius (4) fide Jacobillii ex illustrissima familia de Attis Fulginatensis prognatum scribit, a pleris-

„ dit se nulla sui commodi spe, ac dominandi cupiditate, sed pro Romanae „ Ecclesiae dignitate, & commodo eam „ expeditionem suscepisset. Cujus illi voluntate cognita, Pontificis Legato deditionem fecerunt, cui & claves ad se „ allatas rex tradi jussit. Inter haec quidem Castellum diutius resistere haud „ posse videretur, iidem Legati suppliciter a rege petierunt, uti suos a dimicatione revocaret, nec Castellum everti „ &c. Quorum precibus permotus, quamquam victoria jam in manu esset, receptui cani jussit „ Hæc dicta sint ad illustrandum Castrum *Collis lucis*, olim *Collis lutii* nuncupatum.

[1] Ignotum nomen nobis est.

(2) Lil. hist. di Cam. P. 1. Lib. VIII. pag. 226.

(3) Init. oper. Inn. III. Edict. 1635. p. 3.

(4) Part. 1. Lib. VIII. in addit. mss. in fine.

risque, qui de Episcopis Camerinensibus egerunt, creditur vitam traxisse ad annum 1218. Ughellius ad annum 1215. illum memorat. Abbas Cannetus vir doctrina, & pietate inter Camaldulenses Monachos clarissimus in suis marginalibus notis ad Ughellium, quo ille, quoad vixit, usus est, & in celebri Classensis Coenobii Bibliotheca Ravennae custoditur, scripsit = *Atto attigit annum* 1218, *ut ex charta archivi S. Blasii Fabriani* = Sic me aliquando monuit cl. P. Abbas Sartius. Idipsum putavit P. Lucentius, aliique cum Camerinio in additionibus ad Lilii historiam. (1) At *Atto*, ut infra apertè probabimus, vixit ad annum 1223.

VII. Atto, de quo hic agimus, florebat anno 1192. in Camerinensi Sede (2) fide documenti tabularii Ecclesiae Cathedralis Fabrianensis a cl. Canonico Buto mecum communicati. Orta siquidem discordia inter Attonem Episcopum, & Consules Fabrianenses de jure eligendi Priorem, & Canonicos Ecclesiae S. Venantii, quae Princeps est Ecclesia illius Civitatis, selecti fuerunt arbitri ad hanc, aliasque plures quaestiones componendas, quae legi possunt in scheda quam damus in Appendice, ubi etiam Episcopi *Todini* memoria renovatur.

VIII. Rem postea habuit *Atto* noster cum Martino Priore Camaldulensi, & cum Nicolao Abbate, & Monachis S. Helenae; illius nempè Monasterii in ora Aesii fluvii non longe a Serra Sancti Quirici a S. Romualdo fundati, ut scribit Damianus; (3) nonnullaque Atto excitavit jura pro electione, confirmatione, & benedictione Abbatis illius Monasterii, aliisque nonnullis, quae continentur in charta Concordiae inter supradictos initae anno 1195; in Appendice prolata, in eaque testes vocati sunt viri in dignitate constituti; qualis *Saffon* Abbas Monasterii Vallis-focinae, & Abbas Ubaldus Coenobii de Rotis. Item quidam Episcopus *Nicolaus*. (4) Maurus Prior de Eremita [5] Vitalis Prior de Serra [6] & tandem postremus in iisdem tabulis testis habetur Paulus Prior *Aquae de*

(1) Lilius ubi supra.

[2] Si ergo auctoritate documenti Fabrianensis florebat *Atto* anno 1192; corrigendus est Camerinius in suis additionibus (ubi supra) qui scribit *Acceptabilem Attonis* praedecessorem vitam duxisse ad annum 1195, vel 1196.

[3] De Asceteriis *Vallis-focinae*, & *de Rotis*, infra oportunius differemus, illaque pro viribus illustrabimus.

(4) Quis sit *Nicolaus* iste Episcopus alter ex testibus non liquet; ni forte fuerit Abbas S. Victoris de Clusio in Agro Fabrianensi, quem Episcopali charactere fuisse insignitum seculo XI. videbimus libro sequenti.

(5) De Coenobio *de Eremita* agit P. Abb. Sartius in sua Cuprensi Epistola (§. XLVII. pag. 85. edit. Pisau.) & illud est hodieque vulgo dictum = *la Romita* = in Agro Massatiensi, quod incolunt Fr. Minores Observantes Reformati dicti. In antiquis tabulis appellatus est Prioratus de Mandriolis, & ad Camaldulenses spectavit ad annum 1451.

[6] Monasterium *de Serra* cum templo San-

*de Perellis* (1) memorati Abbates, & Priores praesidebant Monasteriis in nostris regionibus satis olim notis.

LI-

Sanctae Mariae Serro, ubi praesidebat Vitalis, de quo Monasterio plura in schedis Pyranis, situm erat prope arcem Accolae, illud est e *S. Angelo* hodie nomen habens prope Massetium. De hoc etiam egit laudatus Abb. Sartius in eadem Epistola (§. xlviii. pag. 88.) Animadvertendum tamen est *Arcem Accolae*, & *Castrum Accolae* duo fuisse loca inter se omnino disjuncta. *Arx Accolae*, cujus rudera supersunt, adhuc, prope Ecclesiam S. Angeli sita erat ad fines Agri Castri Accolae, Agrique Massetiensis. Castrum vero Accolae jacebat supra sylvam Staphyli in elevato clivo nunc omnino disjectum, & ab arce Accolae forte mill. pass. dissitum. Ibi fines habent suos tres Dioeceses Aesina, Auximana, & Camerinensis; ideoque locus ille vulgo dicitur = *il luogo delle tre Mitre* = Domini, qui in illo Castro dominabantur erant nobiles Cives Pyrani; in cujus agro praedia permulta possidebant cum palatio, quod hodie priorale est populi, & Commonia Pyri structura fortissima aedificato instar propugnaculi, eratque in suo fastigio pinnis undique vallatum. Accolae postremus Dominus fuit Corradutius, sive Conradus Ruggerii filius, qui suis, queis decessit ultimis tabulis, haeredem dixit Gentilem Conradi de Rovellono. Accolani sese Staphylanis dediderunt anno 1286. & annuente rectore Marchiae Staphylum incoluerunt. Unde factum est, ut castrum semirutum remaneret. Ad arcem Accolae Staphylani gubernatorem, quem dixerunt Castellanum, mittebant cum annua mercede lxxvi. Ducat. auri de Camera; cujus dominium iidem primò a Jo. Episcopo Recineti generali Commissario S. R. E. anno 1433, mox sub Eugenio IV anno 1443. fuit illis confirmatum. Quum vero arcis custodes pessima furta, & homicidia perpetrarent, facultatem obtinuerunt anno 1447. arcis demoliendae; quo facto, anno 1452, missis ad R. Pontificem Oratoribus, perierunt arcis rudera, & campos arci conjunctos. Aesini idipsum tentarunt, sed irrito eventu. Aesini a Staphylanis fuerunt interpellati: ut vero liti finem darent, anno 1456. inter Staphylanos, & Aesinos Accolana bona divisa sunt. Haec summatim e schedis Staphyli amicissimus Lancellottus mecum communicavit. Interim vero moniales Sanctae Catherinae de Cingulo judicio contenderunt cum Gentile pro repetendis Corradutii bonis ab eo acquisitis jure haereditario, & favorabilem sententiam reportarunt anno 1287. cum onere Gentili adjuncto perceptos fructus restituendi ab anno 1267. ad illum annum 1287. Id forte evenisse putamus, quia inter Moniales Sanctae Catharinae vivebat Domna Emerentiana Ruggerii soror in seculo Alisa nuncupata, cujus erat Corradutius nepos, contenditque propterea cum Gentili de Rovellono partem sibi paternam jure fuisse devolutam; eamque jus nullum Conradum habuisse testandi. Egidius Cardinalis Alburnotius Castrum Accolae cesserat Fernando Valquez familiari suo, Fernandus ille anno 1387. vendidit Castrum Accolae Aesinis pretio *duorum millium ducatorum auri boni & fixi ponderis*, & hic ad Aesinos transiit. Habemus in Archivo Priorali Pyrano Apographum hujus donationis anno 1408. Brachius de Montone strenuus miles in Aesina Civitate dominabatur. Prior S. Mariae de Serra a Rom. Pontificia fide defecit, & Brachio adhaesit. Ne propterea rebus suis spoliaretur, omnia ad rectorem Ecclesiae S. Salvatoris extra moenia Pyri, (de qua in actis S. Dominici Loricati cap. xxv. pag. 159. egimus) custodienda detulit. Potestas Pyri bonis omnibus ad priorem S. Mariae de Serra spectantibus rectorem S. Salvatoris spoliavit, licet invitum, confectis publicis tabulis cum inventario per Antonium Joannis Not. Pyranum anno 1408. die 6. Septembris. Haec dicta sunt ad supplenda, quae de Accolanis sunt omissa ab Abbate Sartio in Appendice Epist. Cuprens. pag 92.

[1] Monasterium *aquae de Perellis* cui domnus Paulus praesidebat prior non longe situm est a Castro Porcerellae in Agro Fabrianensi; & adhuc juris est Monachorum Camaldulensium, hodieque dicitur; *la Romitella*.

# LIBER QUARTUS

## SERIEM CONTINET EPISCOPORUM SECULI XIII.

## CAPUT I.

### *Continuantur res gestae ab Attone II.*

*I. Camerinenses destruunt Matilicam. Innocentius III. Fabrianensibus praecipit, ut auxilium praestent Matilicanis: Otto IV. vetat, ne quis audeat destruere Matilicam.*

*II.* Joannes *Cameracensem tenuit Ecclesiam non Camerinensem.*

*III Otto IV. ad fauces Prolaquei a Camerinensibus profligatur. Dat diploma favore Camerinensium, ut hos ad sui amorem alliciat; sed frustra.*

*IV. Rem habet* Atto II. *cum Canonicis S. Severini. Lis componitur.*

*V. Fundat in agro Cingulano Ecclesiam SS. Bartholomaeo, & Antonio sacram.*

*VI. Favore Plebis Bovellianae dat privilegium.*

*VII. Dirimit lites exortas inter dominos Castri Tusciae, & San-Severinates, qui illud vastarunt; aliasque lites componit inter Monachos S. Victoris in Arciono in Agro Cingulano, & illos Vallis Castri.*

I. HUjus seculi initio Potestas, & populus Camerinensis irruit in Mathilicanos, & horum Castrum devastarunt; qua persecutione *funditus desolati* Mathilicenses *vagi, & profugi super terram ibant errantes*. Hanc Camerinensium irruptionem non memorat Lilius; eamque ex Apostolicis litteris Innocentii III. datis Laterani XVI. Kal. Maji Pont. VI. anno nempe 1204. accepimus, quae in Archivo Mathilicae servantur scriptae ad Potestatem, & populum Fabriani, ut ad Mathilicae reparationem accurrerent: *Quatenus*, ait Innocentius, *cum ab eisdem hominibus* (Mathilicae) *fueritis requisiti, eis ad reparationem predicti Castri pro reverentia beati Petri, & nostra utile consilium & opportunum auxilium efficaciter, & viriliter ministretis*. An Fabrianenses Innocentio obtemperaverint, non liquet. Siquidem an-

anno 1209. Mathilicae ruinas non fuisse reparatas colligimus a diplomate Ottonis IV. favore Mathilicensium dato, *cujus homines* (Mathilicae) *dispersos scit sicut oves errantes, & desolatas*. Praecipit illo diplomate ut nullus audeat, & destruere praesumat illud Castrum, multaque privilegia Mathilicensibus concedit. Datum est diploma istud per manus Walterii imperialis aulae prothonotarii in Castris ad pedem Montis Phalisci IV. Id. Oct. indic. XII. Haec dicta sint ad supplendam historiam Camerini; & ad acta Innocentii III, & Ottonis IV. illustranda.

II. Novum in lucem prodire faciunt sub initio XIII. seculi Episcopum *Joannem* nomine doctissimi Chronistae Camaldulenses [1] illumque Camerinensem rexisse Ecclesiam scribunt anno 1210. auctoritate diplomatis Ottonis IV. expediti pro Abbatia S. Salvatoris Montis-acuti anno 1210. die 8. Febr. in quo legitur = *Joannes Episcopus Camer*.... Clarissimus vero Canonicus Garampius semper a me cum honore nominandus animadvertit diploma illud excerptum fuisse *ex apographis veteribus*, nec in illo integrum esse scriptum nomen *Camerini*; sed tantum *Camer*... ideoque non esse *Joannem* Camerinensi Ecclesiae Antistitem dandum, sed *Cameracensi*; per illa enim tempora Joannes de Bethura hanc Ecclesiam regebat Episcopus creatus anno 1200, & vita functus est circ. anno 1218, ut ex Gallia Christiana colligitur. (2) Hunc propterea Joannem non *Camerinensi*, sed *Cameracensi* melius argumentatur Ecclesiae fore assignandum. Id forte in caussa fuit cur nos hujus Antistitis nomen in archivis a nobis revolutis nusquam reperimus. Nostri vero Attonis II. memoriam habemus in altero ejusdem Ottonis IV. diplomate dato pro Claravallensi Coenobio de Flastra (3) anno pariter 1210. die 20. Aprilis, in quo memoratur *Atto* Episcopus Camerinensis & producitur in serie nostrorum Episcoporum a cl. Coleto. Hujus igitur Antistitis acta prius a Guillelmo Episcopo fuerunt interrupta, (ut infra dicemus cap. V. hujus libri num. IV.) & postea a supradicto *Joanne*.

III. Otto IV. Saxonum Dux Imperatoris titulo ab Innocentio III. fuit decoratus anno 1209. [4] Princeps iste ejurata fide, quam spoponderat Innocentio, a Camerinensibus in faucibus Prolaquei fuit profligatus. Ottoni adhaerebant Comitatus, & Civitatis Camerini plu-

(1) Annal. Camald. Tom. IV. Lib. XXXVI. num. XLV. pag. 219. In Append. num. CLXXXII. col. 294.

(2) Gall. Christ T. III. col. 34.

[3] De Coenobio Claravallensi de Flastra (vulgo *di Fiastra* differere statuimus in dissertatione, quam dabimus ante Appendicem documentorum, & de illius origine, & fundatione scriptorum varias opiniones, & sententias proferre.

(4) Pagius Breviar. act. Rom. Pont. sub Inn. III. num. LXII.

plures Ghibellini, qui Caesari suaserunt, ut pacem daret Camerinentibus Guelphis, & Camerinensibus jura, & privilegia confirmaret; ut sic Civitatem ad sui obedientiam facillime traheret. Id illico perfecit Otto, suumque expedivit diploma a nostro Lilio [1] relatum. Camerinum vero fidem Rom. Pontifici inconcussam servavit, ipsumque Attonem Estensem a Caesare Camerinensis Marchiae in possessionem missum constanter rejecit [2] Ad acta nostri Episcopi *Attonis*, redeamus.

IV. Non dissimiles illis, quas inter *Attonem*, & populum Fabrianensem anno 1192. lites exortas in superioribus legimus; inter eundem Actonem, & Priorem, & Canonicos Ecclesiae S. Severini, anno 1213. insurrexerunt. Attamen sicut illae, ita istae illico fuerunt amica compositione sopitae. Oh utinam dissidia, quae inter Episcopos, & populos hodie oriuntur ocyus, & sine dispendiis componerentur! quam pulchrè reluceret, & Episcoporum amor in populos, & populorum pietas in Episcopos suos! In charta, quam e tabulariis Ecclesiae Sancti Severini hausimus, memorantur Episcopi *Ugo*, *Todinus*, & *Acceptans* superius producti; & hujus chartae auctoritate Episcoporum seriem prosequuti sumus. Isti tres Antistites plura concesserunt privilegia Capitulo S. Severini, singulas scilicet *oblationes altaris S. Severini*, *decimas*, *& mortualia*, quorum omnium tertiam partem *Atto* suae Episcopali mensae addictam volebat. Jus insuper erat Capitulo (3) eligendi Priorem, & Canonicos, quod pariter privilegium *Atto* impugnabat. Selectis tamen, utraque parte assentiente, arbitris, suam, quam in Appendice damus, judices isti protulere sententiam *Anno Domini MCCXIII. regnante Domino Addone Imperatore in die martis undecima die intrante mense Junii Indict. prima*, quae sententia, & jura Capituli, & Episcopalem dignitatem aequa lance tuetur.

V. Auctoritate hujus Antistitis in Agro Cingulano, & in Camerinensi Dioecesi fundatum fuit quoddam Nosocomium pro leprosis cum parvo templo SS. Antonio, & Bartholomaeo Abbatibus sacro [4] in loco, qui dicitur Buracus inter Cingulum, & Pyrum ad



(1) Lil. istor. di Cam. P. I. Lib. VIII. pag. 230.

[2] Lil. ubi supra pag. 32.

(3) Hoc Capitulum regulare fuisse conjicit Muratorius auctoritate diplomatis Friderici Imperatoris dat. anno 1177. quod in Appendice damus. Vide dissert. lxii. in antiq. medii aevi.

[4] Nosucomium pro utriusque sexus leprosis constructum fuit, illorumque cura demandata religiosis viris, & mulieribus; qui censu postea fidelium largitionibus multiplicato infirmos piè curabant. Ecclesia dicata est *S. Antonio*, & *S. Bartholomaeo* utique Abbatibus; non enim si S Bartholomaeus fuisset Apostolus S. Antonio Abbati fuisset postpositus. Forte fuit S. Bartholomaeus Abbas Cryptae-

ad laevam Myfonis. (Flumen eft, quod Agrum Cingulanum abluit) Anno fiquidem 1217. honefta quaedam familia Sylvam cum praediis donavit *Domno Viviano presbytero recipienti nomine futuri hofpitalis, & ad edificandam Ecclefiam in honorem beatiffimi Antonii, & Bartholomei* Kal. Sept. ejufdem anni. *Atto* igitur nofter fuo diplomate Nofocomii, & Ecclefiae fundationem voluit anno 1218; cujus diplomatis auctographum in Archivo Monialium S. Catharinae de Cingulo fervatur; & exemplar damus in Appendice.

VI. Eodem pariter anno 1218. Indict. VI. tempore Honorii PP. *Atto* Plebano plebis Bovelliani amplum diploma expedivit, quo ipfam plebem fub fua protectione recepit, & Plebano confirmavit *omnes poffeffiones, terras, vineas, molendina, fylvas, poffeffiones cum eorum terrimentis, & fervitiis, que facere confueverunt: Infuper Ecclefias* (numero XXI. in diplomate enunciatas) *cum decimis oblationibus mortuorum, & vivorum proventibus, & obfequiis, que nuper, & olim ipfa plebs, & plebani de Clericis earumdem Ecclefiarum confueverunt habere tam in feftis diebus, quam in aliis.* Tandem eidem Plebano ejufque fucceffloribus concedit, & confirmat = *ut omnes clerici per privilegium dictae plebis conftituti cum Crucibus, & populis eis fubjectis veniant in reverentiam ad dictam plebem in honorem Dei, & beate Virginis Marie annuatim feria 2. refurrectionis Domini, prout umquam olim melius, & folemnius ire confueverunt Miffam audituri; & nullus clericorum dicti privilegii de cetero audeat, nec prefumat eodem die alibi per dictum privilegium Miffam cantare.* (1) Afferit poft haec Epifcopus *Atto* = *pro predictis*

ptae-Ferratae in Agro Tufculano. Fratres ifti, quibus Nofocomii cura commiffa fuit, ut tutius viverent, feipfos, & hofpitale Commonis Cinguli clientelae dedarunt, fueruntque die 11I. Octobris anni 1230. publicae tabulae confactae. Attamen paulo poft fratres, & fororas Buzaci Nofocomii regimen cefferunt Fratribus *Cruciferis*, qui ea tempeftate Coenobium ad pontam Potentiae in Picena provincia, & in Dioecafi Humanate incolebant, quorum inftituti lex erat infirmis in Nofocomiis infervire. Vix tamen in Cruciferorum Fratrum manus Nofocomium tranfiit; flatim, omni regulari difciplina neglecta, fic inhoneftè vivere inceperunt; ut, pulfis infirmis, retentifque foeminis, longe lateque fcandalis regionem illam repleverint. Quo factum eft, ut a Rainerio Card. tit. S. Mariae in Cofmedin R. Pontificis in Anconitana Marchia Vicario Fraties illi e Nofocomio fuerint expulfi; omniaque hofpitalis jura, & cenfus Monialibus S. Catharinae Cinguli die 15. Oct. anni 1248. fuerint adjuncti; & his Monialibus, quae infirmorum pariter curae erant addictae, Nofocomium Sancti Bartholomei traditum fuit regendum; quae conceffio ab Innocentio IV. R. Pontifice poftero anno 1249. fuit confirmata. Singula documenta, queis hujus facti feries comprobatur, in tabulario S. Catharinae parthenonis Cinguli fervantur; & nonnulla notis digna in actis S. Dominici Loricati a me vulgatis produco cap. XXV. pag. 155. & feqq.

[1] Juris erat plebani Caftri Bovelliani conferre Ecclefias & beneficie in illis confti-

*ctis omnibus Camerinensi Ecclesiae recuperandis, & reacquirendis tam per nos, quam per nostros amicos, subditos, & fideles die, noctuque perpessi fuerimos multos labores & sudores, atque immensas expensas fecerimus*. Habes integrum documentum in Appendice.

VII. San-Severinates ad sui agri forte fines amplificandos vastarunt castrum Tusciae (vulgo *la Truschia*) ad Occidentem aestivum San-Severini positum, & ab ea Civitate IV. mill. pass. dissitum. Inter dominos hujus Castri, & San-Severini Commune lis erat excitata, quam *Atto* noster eo ipso anno 1218. composuit, fuitque concordia stipulata ipso praesente. Hujus rei memoriam habet etiam Lilius [1] Ad dirimendas pariter contentiones inter Monachos S. Victoris in Arciono [2] in Agro Cingulano, & in Dioecesi Auximana, & illos Vallis de Castro in Agro Fabrianensi anno 1220. indict. VIII. *Atto* noster fuit electus arbiter, suamque dixit sententiam in Castro Cerreti in eodem Agro per acta Philippi Petri Not.

 Emor-

stituxe. Documenta ad id probendum in erchivo illius plebis habentur ab anno 1425, ad annum 1491. Antiquiora documenta deperdita sunt. Post anoum 1491. emisit Plebanus fere omnia jura, quæ sibi vindicarunt Episcopi. At Nicolaus Boonfides de Santojusto Episcopus Clusinus anno 1525. Visitator Apostolicus Camerinensis Dioecesis, & Plebanus simul plebis Bovelliani acritet cum Episcopis nostris conteodit pro juribus a sua plebe deperditis recuperendis. Solum obtinuit, ut quinque Rectores Ecclesierum Cestri Florismontis (vulgo *Fior di monte*) die 2. Paschae Resurrectioois Domini ed plebem accederent, ut in privilagio preescriptum est. In hac plebe unus erat Fons baptismalis, ad quem asportabantur parvuli singularum Ecclesiatum ipsi subjectarum. Actis dilceptatio inter plebanum Bovelliani, & commune Castri Florismootie exarsit super hoc Fonte baptismali; quae finem habuit concordato altero Fonte io Castro Florismontis pro quinque paræciis illius Castri, persoluto tamen annuo Canone Ecclesiae plebis Bovelliani. Huic etiam plebi singulae Ecclesiae debebant praestare quasdam obsequia, & honorarias oblationes, quas plebanus recipere debebet *honorifice in mensa*. Debebant etiam cum Crucibus, & populo die 2. Paschae resurrectionis, die Sancti Marci, & Rogationum ad plebem procedere. Haec omnia obsoleta sunt.

(1) Part. 1. Lib. VIII. pag. 234.

[2] Benedictinum S. Victoris Coenobium situm est in agri Cingulani finibus Auximum versus prope Castrum *Arcionis* jam dirutum; ideoque passim *S. Victoris in Arciono* Monasterium dictum reperimus. Ample fuerunt Abbetis, & Monachorum S. Victoris jura io Castri Arcionis agro e Dominia Castrorum Cervedoois, & Arcionis donata pro remissione peccatorum suorum genitorum. Inter haec possederunt Monachi Castellere Roberti, & illud Attonis. In Ecclesia etiam S. Salvatoris in Castro Arcionis posita jurisdictionem habebant Monachi; seligebent Sacerdotes, illam Ecclesiam curantes; sibique decimas & oblationes recipiebant. Abbates in Ecclesia S. Victoris solemnioribus festis diebus *cum mantu serico ad dorsum, & cum baculo pastorali in manu, & mitra in capite* procedebant; & sic concionabantur, Missasque solemnes celebrabant. Patet id ex publicis tabulis confectis die 3. Maji 1277. instante Abbate S. Victoris, quae testium examina continent super jura, etiam honorifica Abbatiae S. Victoris in tabulario secreto Cinguli asservatae; quarum exemplar mecum communicavit amicissimus Raphaellius.

Emortualis tandem Attonis Episcopi annus fuit 1223; idque patet ex praeclaro diplomate ab *Attonis* successore *Raynaldo* expedito, de quo in sequenti Capite differemus.

## CAPUT II.

### *De Raynaldo Episcopo.*

*I. Sanctus Franciscus Assisias Umbriam transgressus, ingreditur in nostram Dioecesim, & venit San-Severinum. Cooptat inter suos alumnos BB. Pacificum, & Bentivolium, & locum pro suis fratribus ibi constituit.*

*II. Fundatur prope moenia San-Severini Monasterium pro mulieribus, quibus Atto III. multa privilegia anno 1223. confert, eaque Raynaldus confirmat an. 1224.*

*III. Raynaldus excommunicatione percutit Pyranos; qui a San-Severinatibus gravia sustinent damna.*

*IV. Honorius III. R. Pont. ad potestatem, & populum Camerinensem scribit; ne excipiant Ugolinum Ugolini, sed contra illum arma sumant.*

I. TErtio circiter anno ab sui ordinis institutione S. Franciscus Assisias Umbriam transgressus nostram Dioecesim sanctificare incepit, & in Picenam provinciam ad Castrum San-Severini se contulit prius, ubi plura patravit miracula, & inter suos alumnos cooptavit B. Pacificum insignem poetam a Friderico Imperatore, ut scribunt Marangonius [1] & & Gentilius (2) laurea corona donatum *regem rithmicae poeseos* nuncupatum, qui clarus meritis, & prodigiis sanctissimè obiit in Monasterio Lendinensi in Artemisia, ut notat Andreas de Saussay. [3] Sancto Francisco se pariter junxit Bentivolius vir sanctitate conspicuus, & Beato Francisco apprimè charus, qui insignis miraculis felicem vitae suae cursum in patria consummavit; illiusque sacrum corpus integrum in templo a Sancto Francisco nuncupato San-Severini religiosissimè colitur. Per aliquot dies Sanctus Pater apud San-Severinates mansit, relicta ibi parvula suorum Fratrum familia, quae in dies crevit.

II. Tanti patris pia exempla sequutae exinde sunt nonnullae religio-

(1) Marang. delle cose gentilesche fogl. 139.

[2] Gentil. Diss. n. lxiv.

(3) Sauss. Martyrolog. ad diem 2. Julii fol. 426.

ligiosae foeminae, quae Parthenonem sibi constituerunt prope moenia San-Severini cum templo S. Salvatori sacro, pro quibus *Atto* II. Episcopus noster anno 1223. die x. Junii diploma expedivit, instante Fratre Paulo Divi Francisci discipulo, [1] illisque indulsit: *Quod donec dictae mulieres in bodierna paupertate, & religione permanserint nihil temporale ab eis, & dicta Ecclesia* (ait *Atto*) *exigam, nec accipiam; & omnes exactiones temporales mihi debitas ab eisdem, & dicta Ecclesia, & mulieribus ibidem permanentibus, tibi pro eisdem mulieribus quieto, & remitto, donec, ut dictum est, permanserint*. Concedit exinde Atto licentiam dictis mulieribus *habendi correctores de Fratribus minoribus, illos videlicet, quos Frater Franciscus, vel ejus successores, vel capitulum ipsorum fratrum voluerint* = quo certiores reddimur Monasterium hoc a S. Francisco fuisse fundatum sub regula, quam profitebantur Moniales Divi Damiani ad Assisium. Tandem licentiam habuerunt dictae Moniales = *Habendi molendinum, quod habent nunc, & acquirendi tantam vineam, quod ex ea percipiant, & habeant L. sarcinas vini* = (2) omniaque haec Fr. Paulus ab Episcopo *Attone* recipit pro subsidio pauperum Monialium S. Salvatoris, de quibus sermo iterum recurret sub Episcopatu Philippi. Postquam vero *Atto* laudatum diploma suum expedivit anno 1223. supremum obiit diem vel eo ipso anno, vel anno insequenti; ideoque idem Fr. Paulus Romam se contulit, & ab *Attonis* successore *Raynaldo* confirmationem petiit, & obtinuit diplomatis *Attonis* anno MCCXXIIIJ. *Tempore Domini Honorii III. PP. anno nono mense decembri die* VIII. *exeunte Indict. xiij.* actumque fuit *Romae in Castro Sanctorum quatuor coronatorum*, & ab ipsomet Raynaldo obsignatum.

III. Raynaldus igitur Episcopus Ughellio ignotus anno 1224. praeerat Ecclesiae Camerinensi auctoritate diplomatis, quod damus in Appendice. Altero vero documento, probamus eundem Raynaldum adhuc in vivis fuisse anno 1226; & servatur in tabulario Com-

(1) Fratrem Paulum scribit Leonardus Francus in mss. actis S. Bentivolii, fuisse B. Paulum a Spoleto. Vide infra Cap. XII. §. IV.

(2) Ne quis tamen putet possessionem bonorum repugnasse instituto, & paupertati Monialium. Ut enim animadvertit Doctissimus Canonicus Joseph Garampius in praeclarissimo opere suo inscripto *Memorie Ecclesiastiche appartenenti all'istoria e culto della B. Chiara di Rimino* Diss. I. §. XXIII. typis Pallearinis Romae vulgato mira eruditione undequaque referto, primo S. Francisci Ordini Fr. Minorum fuit utique summa paupertas praescripta, ut victum ostiatim cogerentur mendicare. Ordini vero Monialium S. Damiani permissa fuit possessio bonorum; ne cogerentur foeminae clausuram relinquere ad victum sibi quaerendum. Praeterquamquod, ut infra differemus, Moniales S. Clarae Clarissae nuncupatae regulam sub initio profitebantur S. Benedicti, cui bonorum possessio non repugnabat.

Communis Pyri; continetque quandam excommunicationis sententiam in Pyranos a Raynaldo latam die XI. exeunt. Oct. ejusdem anni; ad cujus intelligentiam perpauca hic referre operae pretium est. Libido, quae in Italia circa XII. seculum exarsit, & Civitates ferme singulas commovit, jura sua, & imperium in ea castra, quae Imperatorum potentia ab illarum jurisdictione fuerunt avulsa, iterum extendendi, ita excrevit; ut, declinante jam in Italia Imperatorum auctoritate, extulerint illae caput, & armis adhibitis vastitatibus, & eversionibus extremam Castris ipsis intulerint ruinam; ne aliquando exinde expulsi domini suorum Castrorum imperium tentarent; immo amissis Castris iterum potiri desperarent. Pari libidine laboravit Pyrum oppidum in Picena provincia, & in Camerinensi dioecesi ea tempestate vetustatis origine, civium nobilitate, populique frequentia non aspernandum. Jacet Pyrum ad austrum Camerini, a quo xx. circ. mill. pass. abest. *Sancti Urbani* Castrum, cujus supra meminimus, ab Abbate Coenobii S. Urbani castri domino Pyranus populus emerat. Monachi, & Sancti-Urbanenses Oppidani, fracta fide, se subjicere recusarunt Pyranis, qui, convocatis Comitiis lectisque copiis, in illos hostiliter irruentes, Monachos, Monachorum famulos, aliosque plures caedibus, incendiis, injuriisque cumularunt. Monachis ad R. Pontificem injuriam deferentibus, *Raynaldo* Episcopo nostro mandatum est, ut ipse in Pyranos inquireret, & rei veritate comperta, sontes anathemate, aliisque poenis mulctaret, quod ab eo impigrè gestum est; & excommunicatio lata. Haec dum a Monachis agebantur, Pyrani eodem anno *1226*. a militibus dominis *Casavollae*, de quo alias disseruimus [1] communi aere castrum ipsum emerunt ea conditione, ut, diruto Castro, nobiles illi domini, populusque Casavollae in agrum Pyranum ad incolendum illum descenderent, quod illico perfecerunt. Casavollae ager cum Pyrano junctus fuit, & nobiles Civitate donati sunt. Improbarunt id San-Severinates, quamvis aequo foedere cum Pyranis jamdudum conjuncti. Itaque nuncios ad Pyri Rectorem miserunt postulantes, ne milites Casavollae in Pyranos municipes cooptaret, &, dimisso Casavollae populo, ad pristinas sedes remeare compelleret: certum quippe sibi jus esse in Casavollae castrum San Severinates dicebant. Pyrani illorum copias, & potentiam metuentes horum votis sese obsecundaturos promiserunt; sed paulo post ab ipsis-met Casavollae nobilibus sollicitati, selectis copiis ex tota *Valle S. Clementis*, cujus caput erat Pyrum, in Casavollae Castrum irruentes eum locum funditus

[1] Lib. II. Cap. I. in notis.

ditus everterunt; quae res magnoperè irritavit San-Severinates. Illico propterea ad arma itum est; &, praecedente San-Severinatum rectore, ager Pyranus hostiliter vastatus est; caesae arbores, suburbium incensum; commissoque acri cum Pyranis certamine, pluribus hinc inde vulneratis, & mortuis, xxx. Pyrani cives in praelio capti San-Severinum ducti sunt. Hanc vero tam violentam incursionem in Pyranos intulisse dictitabant San-Severinates jussu *Raynaldi* Episcopi, & vi excommunicationis sententiae contra illos latae: revera tamen infractae fidei vindictam haec egisse San-Severinates, quivis facilè potest intelligere. Neque enim captivos dimittere voluerunt, nisi nova sponsione publicis tabulis accepta, neque homines Casavollae, neque ipsos milites in Pyrano agro, & castro retinendi. Sed haec uberius in meis antiquitatibus Vallis S. Clementis prosequor, & certis documentis, quae superius sunt dicta, probo.

IV. Dum hujusce tumultibus Picenae provinciae sinus angebatur, gravioribus Umbria ab Ugolino Ugolini [1] molestiis perturbabatur, ad quas extinguendas Honorius III. R. Pontifex suas impendit curas. *Famosus ille immo infamis seditionarius* [utor verbis Honorii III] *non valens ulterius in Civitate Perusia seditiones solitas machinari* ab eodem Pontifice excommunicatus ad Camerinensem civitatem profectus est eo consilio, ut inter Camerinenses Cives adscriptus etiam in ea Civitate seditiones excitaret. Honorius propterea ad Potestatem, Populumque Camerinensem suas scripsit apostolicas litteras Laterani datas IV. Kal. Martii anno sui Pontificatus XI, quae ad annum spectant 1227, monuitque Camerinenses, illisque sub poena mille librarum praecepit, ut dictum Ugolinum a Civitate omnino ejicerent, ipsumque neque inter Cives cooptarent, neque Potestatem eligerent, neque ab illo seduci paterentur; sed quoties a Cardinali J. tit. S. Praxedis Presbytero ducatus Spoletani Rectore forent requisiti, arma illico contra Ugolinum sumerent, illique bellum indicerent; alioquin poenam illam sive spiritualem, sive temporalem, quam propterea idem Cardinalis Camerinensibus esset inflicturus, si illius praeceptis parere renuissent, ratam haberi voluit. Honorii apostolicas litteras in Appendice habes. Lilius in historia sua, & quod mirandum magis est, diligentissimus Bellinus in historia Perusina hac de re nihil habent; & Ugolinus Ugolini nusquam per illa tempora memoratur.

CA-

[1] Ugolinus iste forte pater fuit Raineriis de Baschis, quem infra videbimus patriae impium proditorem.

# CAPUT III.

## *De Petri II. Episcopatu.*

*I. Successorem* Raynaldi *ponimus* Petrum *illum a nostra Ecclesia ad Firmanam translatum.*
*II. Dantur litterae apostolicae Urbani IV, in quibus translatio illa enunciatur.*
*III. Falso diploma illud ab Ughellio adscribitur Urbano IV.*
*IV. Ad examen revocatur hoc argumentum.*
*V. Firmanorum Antistitum series comprobat falsitatem.*
*VI. Datur series nostrorum Episcoporum seculi* XIII.
*VII. Aera episcopatus* Petri *in nostra serie argumentatur.*
*VIII. Datur series Episcoporum Firmanorum* XIII. *seculi.*
*IX. Figitur aera Episcopatus* Petri *in* XIII. *seculo post* Raynaldum, *& ante* Philippum; *& diploma adtributum Urbano IV. argumentatur expeditum ab Honorio III.*

I. MIraberis forte, Lector, quum videas in hac nostra serie post *Raynaldum Petrum* illum, quem Ughellius, & Lilius [1] ponunt ante annum 1259. inter *Guillelmum*, & *Guidonem*. Argumenta tamen, quae ad sic reformandam Ughellianam seriem nos impellunt, mox proferemus. Interim tamen nonnulla sunt praemittenda.

II. Et primo quidem; informes illae apostolicae litterae ab Ughellio, mox a Lilio (2) productae, & Urbano IV adtributae monumenta sunt ad *Petrum* inter nostros Antistites adnumerandum; iisque probatur *Petrum* e Camerinensi Ecclesia ad Firmanam fuisse translatum. Tot vero, tantisque difficultatibus obvolvitur hoc Urbani IV. diploma, ut monumentum hoc aut merum commentum credendum sit, aut si syncerum, *Petri* nomen in eo documento falso fuisse appositum, aut saltem, ad illud ab omni falsitatis umbra tuendum, non Urbano IV, sed alteri Pontifici fore assignandum. En diplomatis exemplum a Lilio prolatum. *Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Capitulo Camerino. Olim cum bo: me:* Petrum *Camerinensium Episcopum ad Ecclesiae Firmanae regimen transferreremus provisionem Camerinensis Ecclesiae reservasse nobis, & vobis inhibuisse dicimus, ne ad providendum eidem Ecclesiae de aliquo per electionem, aut alio modo tentaretis. Cumque dicta Camerinensis Ec-*

(1) Lil. p. II. lib. I. p. 35.  (2) Ubi supra.

*Ecclesia praetextu inhibitionis hujusmodi per annum & amplius jam vacavit, & vacatio diuturna ejusdem in spiritualibus & temporalibus plurimum sit damnosa, nos vestris devotis precibus annuentes praesentium vobis auctoritate concedimus, ut, vocatis illis, qui vocem in electione habere noscuntur, & volunt, & possunt comode interesse, vobis de persona idonea, & Ecclesiae Romanae devota, per quem Ecclesia vestra possit, Deo propitio, salubriter gubernari per electionem, seu postulationem Canonicam consulatis.*

III. Praemissa falsitate, quam praeferunt apostolicae istae litterae ob inusitatam formulam, qua illae initium habent: *Urbanus Episcopus servus servorum Dei Capitulo Camerino*: praetermissis illis verbis: *Salutem, & apostolicam benedictionem*: vel *in perpetuum*, quae R. Pontifices in suis litteris usurpare per illa tempora consueverunt: illud in primis animadvertendum est, quod inter Epistolas Urbani IV non reperitur illa ab Ughellio, & Lilio producta fide clarissimi, & doctissimi Canonici Garampii, qui ea humanitate, qua maximè pollet, ut studiis faveret meis, animadvertit, illud diploma excerptum fuisse ab Ughellio a quodam inordinato volumine apostolicae Cancellariae a Marino Ebulo collecto ad 4000. complectente formulas sine ordine congestas ad usum apostolicarum litterarum scriptorum; quae tamen litterae, ut plurimum, Pontificum nomina non praeferunt, & nomina illorum, pro quibus datae sunt, turpiter deformata, & frequenter omissa sunt. Desperabat propterea Vir ille solertissimus in illas incidere litteras Urbano IV adtributas. Sed non ita factum est. Nam forte in diploma illud ab Ughellio productum, & fideliter exemplatum incidit Garampius; attamen sine Pontificis nomine; in reliquis superiori dato exemplo omnino simillimum. In illo volumine hoc diploma est num. 336; & volumen initium habet ab Innocentii IV Pontificatu, quo tempore Ebulus floruit; & definit ad integrum Pontificatum Bonifacii VIII, qui finem habuit anno 1303; & propterea liber ille opera etiam aliorum scriptorum in illam molem excrevit. In fronte diplomatis illa tantum verba habentur: *Capitulo Camerino*: queis verbis forsan innuere voluit Ebulus eam formulam usurpatam fuisse in litteris expeditis pro *Capitulo Camerini*, & hac ratione ibi neque nomen Pontificis, neque annum, neque mensem quando illae datae sunt, expressa legimus; ideoque plene probatur Ughellium arbitratu suo Urbani IV nomen his litteris praefixisse; forte quia in serie nostrorum Antistitum, quam prae manibus habebat, argumentatus est *Petrum* non esse commodius locandum, quam sub Urbani IV. Pontificatu, & inter *Guillelmum*, & *Guidonem*, inter quos credidit

 spa-

ſpatium reperiſſe ad *Petri* translationem ad Firmanam Eccleſiam figendum. Videamus an recte conjecerit Ughellius.

IV. Urbanus IV. fuit Pontifex renunciatus die 29. Aug. anni 1261; obiit anno 1264. die 2. Oct. ita Pagius. (1) Quomodo igitur ſubſtineri poteſt translatio *Petri* facta ab Urbano ad Eccleſiam Firmanam, ſi in noſtra ſerie duobus monumentis in Appendice datis *Guido* Epiſcopus noſter die prima Aprilis anni 1261. numerabat annum II. ſui Epiſcopatus, ut infra diſſeremus; ideoque *Guido* anno 1250. jam ſedebat in Cathedra Camerini, ſuamque ſedem ad annum uſque 1273. continuatam tenuit? Urbanus igitur IV. dare non potuit ad Capitulum Camerini ſuas litteras: anno enim 1260. illa ſedes erat jam plena, nec opus erat Capitulo veniam obtinere, ut ad electionem novi Epiſcopi veniret, poſtquam ſupra annum ſedes illa vacaſſet, ob reſervatam Pontifici Antiſtitis electionem: quum *Guido* electus fuiſſet Epiſcopus ſtatim atque Guillelmus illius praedeceſſor Eccleſiam dimiſit.

V. Si ad ſeriem Firmanorum Antiſtitum ab Ughellio diſpoſitam recurramus, fortiori ſane argumento probabimus litteras illas falſo Urbano IV. fuiſſe adtributas. Quando Urbanus illas litteras dedit, *Petrus* ad Epiſcopatum Firmanum ab Urbano translatus ſuos obierat dies. *Petri* obitum Ughellius figit ad annum 1273. ergo circa haec tempora litterae datae ſunt. Eccleſia Camerinenſis a die, quo litterae expeditae fuerunt, ſupra annum vacabat; illarum propterea expeditio ſaltem anno 1274, ni ſerius, eſt praefigenda. Quomodo vero Urbanus potuit illas litteras circa haec tempora expedire, ſi ſuas confecerat dies anno 1264? Nemo non videt, quibus rationibus innixi aſſerere poſſimus, Apoſtolicas illas litteras nullatenus ab Urbano fuiſſe expeditas; *Petrum* in ſerie noſtrorum Antiſtitum locum habere non poſſe inter *Guillelmum*, & *Guidonem*, & male illis litteris Urbani nomen fuiſſe affixum: ideoque Ughellium in diſponenda ſerie Camerinenſium, & Firmanorum Antiſtitum erraſſe.

VI. Nunc videndum ſupereſt an *Petrus* in ſerie noſtra XIII. ſeculi, quam authenticis monumentis producimus, locum habere poſſit, & quo anno.

*Atto* noſter Epiſcopus fuit Epiſcopus ab anno 1192. circ. ad annum 1223.

*Raynaldus* ſucceſſit *Attoni* anno 1224, illiuſque memoriam habemus ad annum 1226.

*Philippus* erat Epiſcopus anno 1230. ad annum 1246.

*Guil-*

[1] Pagius in Brev. in Vit. Urb. IV. anno 1261.

*Guillelmus* anno 1251. sub Inn. IV. Pontificatu numerabat annum 1. sui Episcopatus. Hunc tenuit ad annum 1259. Habuit successorem *Guidonem*; & Guido *Rambottum* ad annum 1305.

VII. Ab hac dispofita nostrorum Antistitum serie tutis argumentis roborata duo habemus spatia ad ibi sedem figendam *Petri* Episcopi. Illud scilicet quod intercedit ab anno 1226. ad annum 1230. inter *Raynaldum* & *Philippum*; & alterum ab anno 1246. ad annum 1250. inter *Philippum* & *Guillelmum*. Infra haec duo spatia exquirendum est congruum tempus, quo *Petrus* fuit Episcopus electus Camerini, quo ad Firmanam sedem fuit translatus, quo temporis spatio potuit commode Capitulo Camerini post unum supra annum jus restitui eligendi novum Episcopum, quando *Petrus* Episcopus Firmanus suos confecerat dies.

VIII. Profert Adamius [1] in suis fragmentis Firmanorum Antistitum seriem, & tertio decimo saeculo dat *Adenulfum* anno 1205, *Ugonem* ad annum 1214. anno 1218. *Petrum*: ejus successorem *Raynaldum* anno 1224. Habet suum *Philippum* Firmana Ecclesia post *Raynaldum* ad annum 1234. Nil de *Philippi* obitu assequi ab Adamio potuimus deque illius successore. Multa nobis praesto sunt monumenta ad statuendam aeram illius obitus & ejus successoris nomen patefaciendum. De *Philippo* Firmano ex schedis Vaticanis postrema habetur memoria anno 1246, & est Bulla Innocentii IV. data die 14. Julii, qua *Philippo* ad se sustentandum pensionem Papa assignat, quia suae Episcopalis mensae census ab imperialibus Friderici II. ministris erant usurpati, & ipse exulabat Venetiis. [2] In schedis meis *Philippi* memoriam teneo anno 1246. ab Archivo priorali Fabriani, & testis est Philippus in quodam instrumento confecto inter quosdam nobiles Dominos Castri Cerreti in Agro Fabrianensi, & commune Fabriani, in quo testis legitur *Philippus Episcopus Firmanus*. Tandem Tom. v. Annal. Camal. pag. 385. monumentum habemus quo certiores reddimur Episcopum *Philippum*, qui fuit ex Monachis Avellanitis, suum obiisse diem anno 1250., utique ante mensem Julii; nam ex monumentis Vaticanis ad diem 2. Julii ejusdem anni habetur *Gherardus* electus Episcopus Firmanus, [3] & die duodecima Januarii 1253. illius inauguratio committitur Episcopo Recinetensi. (4) Haec a munificentissimo, & doctissimo Garampio.

IX. Hoc praemonito nemo non videt *Petrum* nostrum a Ca-

 me-

(1) Frag. Firm. Lib. 1. Cap. 32. 33. 34. 35. 37. pag. 30. & seqq.
[2] Reg. Vat. ann. IV. Ep. 14.
[3] Ubi supra ann. VIII. ep. 88.
(4) Ubi supra ann. XI. ep. 347.

merinensi Ecclesia ad Firmanam hoc secundo spatio non potuisse transferri: In hac enim sede *Philippum* habemus ab anno 1242. ad annum 1250. quod excludit *Petri* nostri ad Ecclesiam Firmanam translationem: ideoque ad primum spatium, quod inter *Raynaldum* & *Philippum* Episcopos nostros intercedit sermonem vertamus, & videamus, an ibi *Petri* Camerinensis ad Firmanam Ecclesiam possit facillime translatio figi, & verificari singulas circumstantias superius relatas: & quidem, ni me mea fallit opinio, optimè. Argumentemur igitur Raynaldi obitum infra annum 1226. *Petri* electionem ad Ecclesiam Camerinensem; ejus translationem ad Firmanam circa annum 1228. hoc tempore prohibitionem Pontificis factam Capitulo Camerinensi de eligendo novo Episcopo; post unum, & ultra annum facultatem datam Clero Camerinensi non utique ab Urbano IV. sed ab Honorio III. eligendi novum Episcopum; & electio *Philippi* memorati in nostris schedis anno 1230. *Episcopi electi*. *Petrus* vero translatus ad Ecclesiam Firmanam quo tempore Apostolicae illae litterae datae sunt supremum obierat diem; ideoque habendus est parum in novo Firmanae Ecclesiae regimine vixisse: idque forsan in causa fuit, cur de isto nulla memoria in Archivo Firmano relicta est. Hac nostra hypothesi opportunus nobis relictus est hiatus infra *Philippum*, & *Guillelmum* ad ibi constituendum alterum Episcopum usque adhuc ignotum, ut infra differemus.

X. Quod nostrum systema posset perturbare est formularium Ebuli, quod habet ut dictum est, initium a Pontificatu Inn. IV. & desinit ad integrum Pont. Bonifacii VIII. Haec vero difficultas videtur nullius esse momenti. In illo Ebuli volumine inordinato collectae sunt 4000. formulae quae ab illo singulas compositas fuisse habendae non sunt: Ideoque inter illas inseri etiam potuit formula adhibita data pro facultate *Capitulo Camerini* novi Episcopi eligendi. Et quemadmodum in illo volumine insertae sunt aliae formulae adhibitae in litteris Bonifacii VIII, in cujus Pontificatu Ebulus vita jam functus erat; sic potuerunt ab aliis aliae inseri formulae adhibitae in aliis litteris ante Pontificatum Inn. IV, cum revera formularium illud sit sine ordine dispositum.

XI. His nos rationibus nisi, quae propositam difficultatem diluere videntur, possumus tuto conjicere *Petrum* Ecclesiam Camerinensem brevi rexisse tempore post *Attonem* II. litteras illas Apostolicas non ad Urbanum IV, sed ad Honorium III. spectare, & sic hujus saeculi seriem non interruptam continuare; vel locum pro *Petri* sede ante XIII. saeculum investigare; nescio tamen quo felici successu.

CA-

# CAPUT IV.

## *De* Philippo *Camerinensis Ecclesiae Episcopo*, *& de supposito* Regino.

I. *Philippus non fuit e Sabaudiae Ducibus, sed diversus.*

II. *Dat licentiam construendi Parthenonem S. M. Magdalenae in Oppido Mathilicae, & res componit cum Pyranis, & Monachis S. Urbani.*

III. *Confert plebaniam Attidii diu vacantem.*

IV. *Dat operam ut Moniales Benedictinae reformentur constitutionibus Monialium S. Damiani prope Assisium.*

V. *Moniales S. Damiani erant Ordinis S. Benedicti.*

VI. *Expenditur diploma Philippi datum Monialibus S. Salvatoris prope San-Severinum.*

VII. *Corrigitur Lilius, qui illud diploma dat obtruncatum.*

VIII. *Moniales S. Benedicti in Cippo prope San-genesium confugiunt ad tutelam Philippi.*

IX. *Potuit Philippus promovere fundationem Congregationis Sancti Silvestri.*

X. *Praefinit fines paroeciae S. Blasii Fabriani.*

XI. *Ecclesias plebis Sant-Anatoliae subjectas vult ad decimas persolvendas mensae Episcopali.*

XII. *Accurrit indigentiis Monachorum S. Mariani in Agro San-Severini.*

XIII. *Card Synibaldus de Flisco permulta privilegia confert Camerinensibus praesente Philippo, qui Camerini Ecclesiam regit ad annum* 1246.

XIV. Reginus *non fuit Episcopus Camerinensis, sed* Taurinensis.

I. POst Petrum II. Antistitem habemus *Philippum*, quem Ughellius, & Lilius [1] e Sabaudiae Principibus fuisse asserunt. Ad id credendum non est adeo pronus doctissimus Canonicus Garampius, cujus auctoritas est maximi habenda. Chartae quas vulgarunt Chronistae Camaldulenses, & illae, quas in Appendice producimus, exhibent nobis *Philippum* Camerinensem Episcopum, una excepta, quam infra dabimus, in qua legitur *Philippus electus Camerinensis* spectante ad annum 1230. in reliquis constanter legitur *Episcopus*. Hinc colligitur longe diversum fuisse Episcopum nostrum a Philippo Sabaudiense, qui prius Valentinam Eccle-

(1) Lil. Par. I. Lib. VIII. pag. 237.

clesiam administravit; postea Lugdunensem per annos viginti, semperque in Apostolicis litteris Innocentii IV. *electus* nuncupatur; idque etiam in Gallia Christiana. [1] Animadvertit insuper laudatus Garampius *Philippum* Sabaudiensem *electum* Valentinum ab eodem Innocentio IV. anno 1244. die 8. Maji absolutum fuisse ab administratione Ecclesiae Valentinae (2) quamvis etiam postea illam retinuerit, & sic vocetur in aliis Innocentii litteris anni 1246. die prima Septembris. (3) Unde manifeste probatur Philippum Sabaudiensem longe fuisse diversum a nostro Camerinensi inaugurato, & vivente eodem anno 1246.

II. Sub initio sui Episcopatus *Philippus* dedit licentiam aedificandi Parthenonem S. Mariae Magdalenae in Civitate Mathilicae. Hoc est Monasterium illud, in cujus templo requiescit admirabile corpus beatae Mathiae, ex quo sanguineus humor effluxit per XIV. supra menses anno 1759; de quo recurret sermo postremo Capite lib. VI. Incerto pariter anno, quem Chronistae Camaldulenses conjiciunt fuisse 1232, *Philippus* in quaestione cum Monachis S. Urbani, & Pyranis fuit arbiter electus, litesque composuit.

III. Primam, quam de Philippo memoriam habemus ad annum 1230, a tabulario accepimus Fabrianensis Cathedralis; in eoque scheda servatur continens collationem a *Philippo electo Camerinensi* factam plebaniae Attidiatis diu pastoris solatio destitutae domno Nicolao; cujus schedae tenor est „ In nomine Domini Amen.
„ Ab ejus incarnatione sunt MCCXXX. temporibus Domini Gre-
„ gorii IX. Pape indict. III. die x. mensis Decembris intrantis.
„ Hoc quidem tempore cum nos *Philippus Camerinensis electus* ex
„ injuncto nobis officio teneamur ad provisionem, & reformatio-
„ nem Ecclesiarum nostre diecesis intendere, ac super his esse sol-
„ liciti, & attenti, que ad earum utilitatem noverimus pertinere
„ intendentes plebem *S. Johannis de Attejo* diu fuisse pastoris so-
„ latio destitutam domnum Nicolaum, qui non minus prodesse,
„ quam preesse studebit, Domino concedente, ipsi Plebi providi-
„ mus in plebanum, dantes eidem plenam & liberam potestatem
„ omnia faciendi, que Plebanus facere potest &c. &c.
„ Et ego Angelerius imperialis aule not. &c.

De hac plebe, ejus antiquitate, dignitate & ornamentis opportunus nobis recurret sermo sub Episcopo Guillelmo. (4)

IV. Prae-

(1) Gall. Christ. tom. IV. pag. 144.

(2) Reg. ann. I. ep. 658.

[3] Reg ann. IV. ep. 85.

[4] Lil. Part. 2. lib. VIII. pag. 217. scribit Philippum adfuisse Canonizationi S. Francisci factae anno 1230. Pagius vero in Vit. Greg. IX. num. 12. asserit hoc peractum fuisse anno 1228. vel exeunte Junio, vel Julio intrante.

IV. Praecipuas *Philippi* curas, illas fuisse, ut moniales ordinis S. Benedicti iis se subjicerent reformandas Constitutionibus, quas beata virgo Clara Assisias apud S. Damianum suis sororibus dedit observandas scribit Lilius (1) auctoritate cujusdam diplomatis nostri Antistitis, quod refert e tabulario Septempedano S. Severini erutum, & in apostolicis Gregorii IX litteris mense Julio anno illius Pontificatus V, anno nempe 1232. insertum: quamvis Lilium errasse putet P. Gentilius in sua Dissertatione Septempedana. (2) Suspendenda tamen est aliquantulum haec censura. Quicquid enim a Lilio fertur de studio hujus Praesulis promoventis regulam S. Clarae in monasteriis Benedictinis, quod sustinere nititur exemplo monialium S. Salvatoris, de quibus sub episcopo Raynaldo dilleruimus, quasque eo diplomate eximit *ab omni episcopali jurisdictione tam in spiritualibus, quam in temporalibus*, potest utique non improbari ea ratione, quam supra dedimus; quia nempe moniales S. Damiani monasterii, quod beata Clara tunc incolebat, *Damianitae*, seu *Ordinis S. Damiani* nuncupatae sub initio S. Benedicti regulam profitebantur, quam beata Clara certissimè professa est, (3) & hac etiam ratione possessio bonorum stabilium erat illis concessa. Nec obstat, quod legimus in antiquis S. Bentivolii actis apud Leonardum Francum scriptorem clarissimum antiquitatum Septempedae m. s., S. Bentivolium scilicet audito Dei verbo per os beati Pauli a Spoleto, cujus meminit charta Attonis II, sese ad Deum convertisse, Assisium cum beato Paulo ad Sanctum Franciscum adiisse, ab hoc religionis veste indutum; & tunc exemplo fratris duas Bentivolii sorores Palmam, & Pacificam virginitatem suam Deo sacrantes monasterium S. Salvatoris ingressas illud fundasse, quas postea sequutae sunt aliae religiosae virgines, a quibus hoc monasterium suum habuit initium: potuit enim *Philippus* constitutiones pro monialibus S. Damiani jam vulgatas aliis aliorum Monasteriorum virginibus Sancti Benedicti regulam profitentibus tradere observandas una cum regula Benedictina ab illis professa. [4]

V. Lau-

[1] Lil. P. 1. lib. VIII. p. 237.

(2) Gentil. differt. dell'antich. di Settemp. n. lxv. p. 76.

(3) Bull. Francis. tom. 1. pag: 13. 14. 52. &c. & p. 37. quo anno 1228. S. Clara monasterium gubernabat selecta abbatissa.

[4] Id probatur apostolicis litteris Honorii III. In Bullario Franciscano nupertimè edito (pag. 3. & seq. Tomi 1.) vulgatis pro Abbatissa, & Monialibus Monasterii S. Mariae ad Sanctum Sepulchrum de Monticello Florentiae, in quibus habetur = *In primis statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dominum, & beati Benedicti regulam, quam professi estis, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur* = Deinde sequitur = *Observantias nihilominus regulares, quas juxta ordinem dominarum Sancte Marie de S. Da-*

V. Laudatas Constitutiones dispositas fuisse a Card. Ugolino Episcopo Ostiensi anno 1216. colligitur a bulla, quam ipse dedit pro monialibus S. Angeli de Asculo, postquam fuit R. Pontifex renunciatus, & Gregorius IX dictus, anno 1229. die 24. Maji. (1) Asserit enim Gregorius dare se illis monialibus regulam, quam, cum in minoribus esset constitutus, sororibus S. Damiani de Assisio tradiderat observandam una cum regula S. Benedicti; quae regula in ea bulla continetur. Hinc factum est, ut moniales S. Damiani profitentes hanc regulam, diversae omnino essent ab iis, quae nec regulam Ugolini Card. excipere voluerunt, nec illam, quam postea disposuit Urbanus IV, qui propterea mandavit, ut moniales S. Damiani non *Damianitae*, sed *Clarissae* imposterum essent vocandae. [2] Quamvis plura monasteria, etsi Clarissarum regulam fuerint amplexata, titulum *Ordinis S. Damiani* retinere voluerunt; quo nomine cl. Garampius pluribus in documentis illa reperit appellata. (3) Ex huc us-

*S. Damiano in Assisio preter generalem Sancti Benedicti regulam vobis voluntariè indixistis ratas habemus &c.* Haec bolla data est Viterbii v. Idus Dec. Pontif. anno IV, anno nempe 1219. Idipsum repetit Honorius in alia bulla (pag. 11. & seq. in eodem bullario) expedita anno 1222. die 24. Sept. & in altera Gregorii IX. data die 3. Martii 1235. (pag. 147. ubi supra) praeter alias hujus Pontificis bullas, quae in eodem bullario continentur. Consule doctissimum Garampium in laudata Dissertatione XVII.

(1) Bull. Francisc. tom. 1. pag. 263.

(2] Garamp. ubi supra Dissertat. XVII. §. III. pag. 410.

[3] Ex Apostolicis litteris Nicolai IV. dat. Romae apud S. Mariam Majorem III. Kal. Jun. Pontif. illius anno primo missis ad Abbatissam & Conventum S. Mariae de Fonte Ord. S. Damiani prope Thiphernum ex iis forsan fuerunt nostrae Pyranae Moniales ad Divae Clarae, ad quas regendas praefuerunt Fr. Minores Pyri commorantes, regulamque illis credendi servandam a Card. Ugolino, Gregorio postea IX, pro Monialibus S. Damiani dispositam, quae S. Benedicti regula non observabatur. Hoc factum esse credimus vigore litterarum Inn. IV. anni 1245. die 16. Oct., quibus datur cura, & regimen Monialium Sancti Damiani Fr. Minoribus (Bull. Francisc. Tom. 1. pag. 387.) In eodem Bullario (pag. 350.) altera habetur bulla ejusdem Inn. IV. data anno 1244. *Universis Abbatissis & Sororibus inclusis Ordinis S. Damiani*, qua Pontifex apertè declarat eas non teneri ad observandam regulam S. Benedicti, nisi quoad tria vota obedientiae, paupertatis, & castitatis. Anno vero 1245. aliis Apostolicis litteris in eodem bullario insertis (pag. 394.) confirmat Innocentius regulam ab Ugolino iisdem Monialibus datam, in eaque haec habentur. = *Regulam beatissimi Benedicti, in qua virtutum perfectio, & summa discretio noscitur instituta &c. vobis tradimus observandam in omnibus, in quibus eadem vivendi formula vobis a nobis tradita, secundum quam vivere decrevisti, contraria minime comprobatur* = Tandem in eodem bullario (pag. 476.) altera ejusdem Inn. legitur Constitutio in qua inserta est regula & formula professionis faciendae (pag. 477.) quae pene eadem est ac illa quam faciunt nostrae Moniales S. Clarae; & tamen ab ordine S. Benedicti non segregantur. Data est Constitutio anno 1247. die 6. Aug. In chartis a me perlectis in Pyrano archivo nostrae Moniales non *Sorores*, sed *Dominae* vocantur Ord. S. Damiani: & sic per acta Antonii

usque dictis, forte nostri *Philippi* studium fuisse colligimus, ut Moniales Ordinis S. Benedicti suae Dioeceseos regulae, quam profitebantur observantias illas etiam adderent a Sancta Clara ejusque asseclis amplexatas; & sic Lilii, & Gentilii sententiae possunt ad invicem conciliari.

VI. Fatemur tamen hujusmodi Philippi studium in promovendo S. Clarae instituto in Benedictinis Monialibus a diplomate *Philippi* cognoscere nos non posse. Ab illo siquidem nil aliud patet, quam illius Antistitis cura, ut Abbatissae, & Monialibus inclusis in Monasterio de Colpersico *provideatur quieti, quatenus a turbatione liberae liberius possent divino servitio inhaerere, & communicato Capituli Camerinensis consensu locum, qui dicitur ad Colpersicum cum hortis & clausuris, ipsum Monasterium & personas illius ab omni Episcopali jurisdictione tam in spiritualibus, quam in temporalibus ducit eximendam*. Quum vero Moniales S. Salvatoris Philippus vocet *pauperes Sorores*, illarumque fundatio certissimè facta habeatur sub Episcopo Attone III, ut supra dictum est, opera beati Pauli a Spoleto Sancti Francisci discipuli circa annum 1223, asserere utique possumus in limine fundationis Sorores illas amplexas fuisse regulam Monialium S. Damiani nempe Benedictinam cum illis constitutionibus superius dictis reformatam; & propterea *Philippum* curas suas impendere non potuisse ad has reformandas, quas in aliis Benedictinis Coenobiis forsan impendit, id vero Lilius nullo certo documento probat.

VII. Dissimulare etiam non possumus, Lilium parum fuisse fidelem in editione *Philippi* diplomatis; illud dat obtruncatum, non integrum, quod habes in Appendice a suo autographo fidissime ex-

 scri-

tonii Joannis not. die 9. Martii 1391. legimus = *Religiosa, & honesta domina domina Lucia Angeli de Roccacontrada Abbatissa. D. Paulina & Francisca Admiragli de Torricella, D. Cristina Guydi de Piro, d. Verde Benvenuti de Piro, D. Caterucia* &c. Apud eundem Not. = *Nobilis, & religiosa D. Paulina Admiragli de Torricella Abbatissa* &c. = Anno etiam 1440. apud Jo. Raynaldi Not. = *D. Clara Abbatissa, D Alisa, D. Befania, D. Gentilina, D. Michelina, D. Nicolina Conventuales expressè professe Ord. S. Damiani* = Anno 1539. ab illarum regimine decreto generalis Concilii gentis Pyranae Fr. Minores fuerunt expulsi; selecti fuerunt ad illarum regimen procuratores, pii Sacerdotes, qui a Confessionibus illarum essent, & nunquam ad illarum regimen Fr. Minores redierunt. Nulla habetur memoria, nullum monumentum queis Monialibus nostris alia praescripta fuerit regula observanda diversa ab illa quam ab initio susceperunt; & id evenisse credimus nostris Monialibus, quod evenit illis S. Mariae Magdalenae de Mathilica, quae quamvis a Fr. Min. semper gubernatae a seculo XIII. ad Pontificatum usque Adriani VI. & semper Ordinis Sancti Benedicti fuerunt, ut alias opportunius differemus: idcirco nostras Moniales ad Divae Clarae a Benedictino Ordine non facimus alienas.

scriptum. In suo enim autographo non solum exemptio habetur Monasterii a jurisdictione Episcopali; sed *Philippus* jus sibi reservavit dedicationis Ecclesiae, Consecrationis Altarium, Benedictionis Monialium; annuumque imposuit Monasterio censum unius librae cerae Cathedrali Ecclesiae persolvendum; quod utique Lilius reticere non debebat. Affirmat etiam Lilius Philippi diploma illud fuisse expeditum anno 1230; quando in illo neque annus, neque indictio habetur; sed tantum *Datum Camerini v. non. Junii*. Quod si diploma Philippi insertum habeatur in Gregorii IX. apostolicis litteris datis anno illius Pontificatus V, sane datum fuit, ante harum expeditionem, quae cadit anno 1232.

VIII. Per haec etiam tempora anno videlicet 1230. Moniales *S. Benedicti in Cippo*, de quibus lib. II. cap. 11. n. IX. sermonem habuimus, quae bis mill. pass. ab Oppido Genesino aberant, & Parthenonem incolebant in Castro *Vallis mastre* dicto in illius Oppidi agro ad Philippi tutelam confugerunt. De iis Monialibus sic habet Marinus-Angelus Severinius in sua ms. historia Genesina lib. II. = *Erat tunc in Oppido Genesio distans per stadia fere viginti Monasterium Divi Benedicti in Cippo modo Villa Vallimastra, in qua Moniales ejus Ordinis vigebant, quae petierunt a Philippo tunc Episcopo Camerinensi ejus protectionem, ut haberent in eorum necessitatibus, quo confugerent, quam gratiosè reportarunt pro censu annuo Episcopali duobus solidis Raven. & Ancon. persolutis* = Quum enim Genesini ad amplificandum suum Oppidum Castrum *Vallis Mastrae* solo aequare voluissent, illiusque incolas, ad frequentandum novum Oppidum, in illud recepissent, sanctimoniales ibi obstinatè remanere voluerunt, & antiquas aedes non derelinquere animum obfirmarunt. Factum vero est paulo post, ut assiduis copiarum incursionibus, & depredationibus impetitae religiosae illae foeminae ad sese ab hujusmodi angustiis sublevandas ad *Philippum* anno 1230. confugere coactae fuerint. Id vero satis adhuc non fuit: debuerunt enim suum Monasterium derelinquere, & ad Oppidum Genesinum se recipere, in quo Ecclesiam Sancti Valentini cum aedibus ibi adjunctis obtinuerunt in eminentiori Oppidi loco, qui *Collis Esculanus*, & *Caput Castelli* vocabatur, ab eodem Episcopo facultate impetrata retinendi oblationes plebis Ecclesiae S. Benedicti in Cippo, ubi paroecia erat constituta; amplumque in Colle Esculano Monasterium construxerunt. Sequitur Severinius = *Anno deinde 1239. ab eodem Episcopo supplicationem obtinuerunt posse bona, & oblationes Parochialium dicti Monasterii liberè percipere, propterea quod illinc discedentes volebant ire ad babitandum Collem Esculanum Oppidi S. Genesii*

*nesii in Divi Valentini, cui S. Joannis nomen applicavere, prout etiam modo nominatur. Et quoniam tunc temporis Divae Clarae celebre nomen exsurrexit illius ordinem, habitum suscipere venia Innocentii IV, & Alexandri IV, quorum visuntur plumbata diplomata a me perlecta, quibus conceditur etiam ipsis omnibus gaudere privilegiis Minorum Fratrum Divi Francisci, & ab eorum Generale visitari* = Haec Severinius. Hoc factum esse studio nostri Episcopi tutius possumus argumentari. Tandem anno 1270. a Guidone Episcopo nostro *Monasterium S. Benedicti in Cippo adnexum fuit novo Monasterio Divi Joannis Collis Esculani* (sequitur Severinius) *adhucque ejus fruitur bonis*. Hujus Parthenonis vicissitudines habes sub Episcopatu *Bernardini Bellucii* anno 1703.

IX. Inter praecipua *Philippi* acta, illud recensendum videtur, quod Antistes noster impendisse putandus est, in promovenda fundatione novae Congregationis a S. Silvestro nobili Auximate (1) facta in nostra Valle S. Clementis; ubi exceptus a Conrado [2] Viro illustri aliquandiu in spelunca latuit; mox ad *Cryptam Fucilem* [3] se contulit, in qua a S. Benedicto regulam, & habitum suscepit: & tandem ad solitudinem *Montisfani* [4] prope Fabrianum secessit, & obtenta suae Congregationis confirmatione ab Innocentio IV. anno 1248, primum ibi suae Congregationis condi-



(1) Auximi, quae apud Picentes Civitas est vetustate, nobilitate, & opibus nulli secunda, ex illustri gente Guzzolina procreatus est Silvester. Canonicatu suae Ecclesiae Cathedralis ob insignia illius & pietetis, & doctrinae merita potitus ad invidiem sui Antistitis sedandem, illum sponte dimisit, secessitque clanculum ab Urbe.

[2] Conradus iste alius non est, nisi dominus Castrorum Rovelloni, & Cestellettae filius Gentilis, de quo sub Attonis I. Episcopatu disseruimus. Hic Conradus munifice excepit S. Virum qui selegit sibi specum Inter illa duo Castra; cum quo Conradus familiarissime versatus est.

(3) *Crypta Fucilis* non longe sita est a Serra S. Quirici, prope Castrum Rovelloni; ubi & hodie superest templum, quod curant Monachi Silvestrini Serrae San-Quirici. Est ad dexteram Aesii Fluvii super scopulum inter sylvas & rupes, Serrae S. Quirici Oppidum versus. Monachorum cellulae sitae sunt inter rupium concava. Ibi convenit Conradus Rovelloni Dominus S. Silvestrum. Rovelloni Castrum est ad radices montis, a Serra S. Quirici 3000. circ. pass., a Cestelletta 500. dissitum.

[4] Longe a Fabriano 111. mill. pass. *Monsfanus* assurgit. Mons iste ea tempestate ingentibus arboribus, truncis, vepribusque refectus humanis gressibus omnino erat impervius: praeruptaeque rupes, scopulique ab alto pendentes, & ruinam minantes longe lateque terrorem injiciebant: Cavernis denique, immanibusque specubus opacus: & quod horridius est daemonum infestatione, strepituumque infernalium umbrarum, larvarumque sic exosus, ut nemo, nec ad ejus radices auderet accedere. Montem hunc adamavit Silvester: ad hunc impavidus ascendit, soloque sanctae Crucis signo daemonum infestationem, larvasque fugavit; & tranquillitate loco reddita, ibi Monasterium cum templo S. Benedicto sacro fundavit, suique Ordinis fundamenta jecit.

dit Monaſterium, in quo aetate longaevus anno 1267. ſupremum diem clauſit. (1)

X. Coenobium Sancti Victoris de Cluſis in agro Fabrianenſi per illa tempora celeberrimum, & illuſtre, de quo opportunior nobis recurret ſermo ſub *Rambotti* Epiſcopatu, ſubjectam habebat Eccleſiam S. Blaſii *in burgo Fabriani* tunc ſitam; in eaque Paroecia erat conſtituta, ſed certis limitibus indefinita. Monachi igitur S. Victoris, illorumque Abbas *Philippum* adierunt poſtulantes paroeciae definitionem, & anno 1233. illam obtinuerunt diplomate a Philippo dato *apud Monaſterium Cripte ſaſſi* latronis VI. Kal. Aprilis; quod Monachi confirmandum curarunt a Gregorio IX, qui ſuas Apoſtolicas litteras dedit *Spoleti* VII. *Idus Junii* Pont. noſtri anno VI. qui ad dictum annum 1233. refertur. (2)

XI. Aliud etiam hoc ipſo anno *Philippi* ſtudium fuit, decimas definire Eccleſiae ſuae Cathedrali perſolvendas a XXII. Eccleſiis ſubjectis Eccleſiae plebis S. Anatholiae Oppidi noſtrae Dioeceſeos *Santanatoglia* vulgo dicti. Eccleſiae illae quodam privilegio gaudebant, quo forte ab illarum ſolutione erant exemptae. Quodnam foret hoc privilegium aſſequi non potuimus. Diploma nos ab Archivo Collegiatae Eccleſiae S. Anatholiae accepimus cujus initium eſt = *Ab incarnatione Domini anni ſunt MC. octoginta regnante Frederico Imperatore & factum eſt menſe Februarii per indictionem* XII. *Quum facta hominum ſemper in memoriam ..... poſſunt. Ideo ego Marcaval...... lius de Albertino comite hanc car ...... eri rogavi, per quam concedo tibi ad ......... tatem ſacro altari monaſterio ſancti Angeli infra hoſtia medietatem de plebe ſancte Anatholie cum libris campanis, & paramentis &c.* Ecce Nos ad cognitionem Domini, plebis S. Anatholiae, cujus medietatem donat Monaſterio S. Angeli infra Oſtia. Quia vero per illa tempora, & ſeculo praeſertim XI. Comites, aliique illuſtres Viri, qui hujuſmodi ceſſiones, vel donationes Monaſteriis, aliiſque locis piis faciebant, ab Imperatoribus privilegia obtinere ſtudebant, ut plenam ſibi juriſdictionem reſervarent in iis, quae eorum juris erant; ideoque expreſſe frequenter haec vel alia hujuſmodi verba in iis donationibus, ſeu ceſſionibus uſurpabant = *Quod non eſſent in poteſtate regis, nec ullus Dux, neque Marchio, neque ullus Comes, neque ullus*

(1) Quae de S. Viro protulimus a Chronaca Silveſtrina fideliter trajicimus ſcripta a Fabrino. Pagius etiam de eo ſermonem habet Tom. III. Breviar. Act. R. Pont. ſeſſ. clxxx. n. xl. ſub Inn. IV.

[2] Contentiones exortae inter Monachos S. Crucis de Tripudio, illoſque S. Victoris de Cluſis ob hujuſmodi paroeciae definitionem legi poſſunt in Annal. Camal. Tom. IV. lib. XXXIX. pag. 323. num. V.

*lus Episcopus* = in illis rebus dono datis jurisdictionem ullam haberent: hinc forte factum est, ut Ecclesia plebis S. Anatoliae, quae videtur sub potestate Filii Comitis Albertini, a cujus avis fundata forte fuit, simillimis privilegiis esset munita, & ab omni Episcopali jurisdictione exempta vel ab Imperatoribus, vel forsan ab ipsis Episcopis illi adtributa. Certe plebs S. Anatholiae, aliaeque illi junctae Ecclesiae privilegio gaudebant, quo a decimarum solutione erant exemptae; quod forsan ab Episcopo *Philippo* impugnabatur; & ad solvendas decimas voluit illas Episcopus obligatas suis Constitutionibus, quas a cl. Annibale de Abbatibus Oliverio munificè accepimus. Philippus idcirco noster = *Anno Domini millesimo CXXXIII. die* 11. *Septemb. intrante tempore Gregorii PP. etiam Friderici Romanorum Imperatoris indict. sexta*: hujusmodi exemptiones voluit abolere, & singulis illis Ecclesiis *praesente dopno Actone Piconi sindico omnium Ecclesiarum dictum privilegium constitutarum, & Clericorum taxare*. At de hoc nil certi. Documenta habes in Appendice.

XII. *Philippus* noster anno 1241. aliud diploma dedit pro Monachis Asceterii S. Mariani positi in Vallesabiana, & in agro Septempedano (1) ex illustrioribus illarum partium, cujus splendor obumbratus remansit ab hostilibus copiarum Friderici II. Imperatoris incursionibus, a quibus combustum, & devastatum ad extremam pervenit calamitatem, ad quam sublevandam accurrit *Philippus* assignando Monachis census illarum Ecclesiarum in suo diplomate, quod damus in Appendice, enunciatarum. Alii exinde Episcopi sua contulere studia ad hujus coenobii levamen, ut infra patebit, illiusque vicissitudinum seriem opportune complebimus. Interim videsis quali ad haec usque tempora studio Antistites Camerinenses redditibus mensae Ecclesiae Septempedanae Monasteriorum indigentiis subvenerint. At non hic se continuisse *Philippi* amorem ad Monachos S. Mariani sublevandos, certiores nos reddit diploma, quod ad Episcopum Guidonem spectat. In illo legitur *Philippum* Monachis S. Mariani facultatem donasse, ut se, relicta Valle Fabiana, reciperent vel intra, vel prope Castrum San-Severini, quod postea perfecerunt. Alterum pariter *Philippi* diploma *datum Camerini in palatio d. Episcopi* XIII. *non. Aprilis Indic.* XV; quod diploma ad annum 1242. spectare patet, habetur in archivo Sancti Severini, quo Monachis S. Mariani singula *Philip-*

[1] S. Mariani Coenobium seculo XI. florebat prope Castrum Collis Lucii (vulgo *Colleluce*). Illud sub Apostolica suscepit tutela Innocentius III. anno 1193; illiusque Apostolicas litteras damus in Appendice.

*lippus* confirmat privilegia iisdem a suis Praedecessoribus olim concessa.

XIII. Sub Episcopo Philippo Synibaldus de Flischis anno 1240. diploma Camerinensibus dedit privilegiis, & gratiis exundans, quod integrum habes in Appendice; Lilius enim obtruncatum exhibet in historia sua, (1) fuitque Camerini datum VI. Kal. Febr. praesente *Philippo* nostro cujus memoria ad annum usque 1246. habetur in archivo Fabrianensis Ecclesiae Cathedralis in charta quae continet = *Instrumentum receptionis dopni Nicolai Plebani Plebis Attygii in Canonicum Sancti Venantii Fabriani = Anno Domini MCCXLVI. die x. Martii*: quae legitur facta = *ad honorem omnipotentis Dei, nec non in dñi Philippi Camerinensis Episcopi*. Ideoque anno 1246. adhuc nostrae praesidedat Ecclesiae Antistes Philippus; & forte fuit illius annus emortualis.

XIV. Post Philippum Ughellius profert in serie *Reginum* auctoritate diplomatis Friderici II. favore Camerinensium; illudque dat Lilius (2) in historia sua. Lilius tamen credit illum fuisse Episcopum Cameracensem. Uterque scriptor errat. In autographo diplomatis Friderici servati in priorali archivo Camerinensi legitur *Reginus Episcopus Taurinensis*. Hanc notitiam debemus C. V. Josepho de Amicis aliàs in hoc opere laudato, qui, me depreaante, diploma consuluit candideque perlegit. Praeterquamquod Episcopatus Philippi ad annum 1246. excludit *Reginum* ab anno 1242.

## CAPUT V.

### *De Joanne Episcopo, ejusque successore Guillelmo.*

I. Joannes *producitur Episcopus usque adhuc ignotus.*
II. *Investigatur, & figitur aera sui Episcopatus.*
III. *Post Joannem praefuit* Guillelmus.
IV. *Fontem baptismalem Attidii transfert Fabrianum.*
V. *Accurrit Monachis S. Eustachii de Domoris.*
VI. *Vendit San-severinatibus castrum Alifurni.*
VII. *Fundat parthenonem de Submonte prope Sanseverinum, cujus referuntur vicissitudines.*
VIII *Vastatur Camerinum anno 1259. Narratur historia.*
IX. *Continuatur tragica historia.* Guillelmus *fugit.*

*X. Trans-*

(1) Part. I. Lib. VIII. pag. 240. & seq. [2] Part. II. Lib. I. pag. 35.

*X. Transfertur a Camerinensi Ecclesia ad Nepesinam. Agitur de Monasterio de Rotis in agro Mathilicano, & de fundatione Ecclesiae Collegiatae Mathilicae.*

I. E Schedis Septempedanis S. Severini *Joannes* Episcopus Camerinensis usque adhuc ignotus in lucem prodit, & probatur nostrae Ecclesiae praefuisse Seculo XIII. Ibi longum fragmentum schedae membranaceae reperimus continens quasdam juratorum testium assertiones pro Monasterio S. Mariani contra Plebanum, & clericos plebis Ariae (castrum fuit, hodie pagus, inter S. Severini, & Camerini fines in agro Camerinensi) confectas anno 1283. super jura dicti Asceterii, & Monachorum S. Mariani in Ecclesiis S. Angeli, & S. Joannis de Carpignano, (1) de quibus memoria habetur in diplomate Philippi anni 1241. En articulum in illa scheda a testibus probandum: *Anno Domini MCCLXXXIII. indict* ... &c. *coram vobis magistro* ..... [2] *Canonico Narniensi in Anconitana Marchia in spiritualibus vicario generali* &c. omissis aliis: *Item quod venerabilis pater & dominus Joannes de Crudeto* [forte de Tuderto] *fuit olim Camerinensis Episcopus jam sunt XL. anni & pluss & hoc est publica vox, & fama. Certe quod fuit Episcopus Camerinensis jam sunt XL. anni, & non plus*: Si ergo ab anno 1283. annos XL. invenies *Joannem* anno circ. 1243. sedem tenuisse Camerinensem, in eaque fuisse *Philippi* successorem.

II. At enim *Joannes* anno 1243. Episcopus esse non poterat Camerini, quia Philippus vivebat adhuc 1246. Haec tamen difficultas facillimè tollitur, si perpendamus breve esse spatium illud, quod ab anno 1243. ad annum 1246. intercedit: nec est tam strictè accipienda expressio facta ab illo teste: *Certe quod fuit Episcopus Camerinensis jam sunt XL. anni, & non plus*. Solent enim, ut plurimum, hae

(1) Carpignani Castrum juris est San-Severinatum. Illo quondam asmotum vi potiti fuesant Camertes, & forsan sub initio XIII. seculi. In illa enim contentione inter Pyranos, & San-Severinates exorta per illa tempora super jura Casavollae Castri toties a nobis memorati habemus d. Ussedutium d. Nicola Monaldi unum ex militibus illius Castri dominis processisse pro San-Severino ad tuendum Carpignanum a Camerinensibus propugnatum. In obsidione San-Severini a Braccio facta una cum Berardo Varanio Antonius Smedutii, ut Oppidum suum a depopulatione subtraheret, non modicam nummorum vim obtulit Braccio, qua recepta, Braccius obsidionem solvit, seseque paratum obtulit ad componendas inter Varanios, & Smedutios exortas contentiones. Braccius die 17. Aug. 1416. electus arbiter sententiam dixit, Castra Sehiti, & Carpignani ad Smedutios, & ad Varanios Castrum Gaglioli fore consignanda; illa enim Castra apud Rugerium Constantii Raineriis Petulinum erant deposita. Haec ex schedis San-Severini, & Pysi collegimus.

[2] Vis iste generalis cujus nomen in carta elanguit est *Martinus*: de quo habemus memoriam apud Compagnonium in sua Regia Part. I. Lib. III. pag. 143.

hae annorum computationes post cursum tot annorum fieri per numerum rotundum: ideoque si testis ille asseruit, *quod Joannes fuit Episcopus Camerinensis jam sunt xl. anni* = subjungendo postea = *jam sunt xl. anni & non plus* = haec altera expressio, quae tollit tempus majus xl. annorum non excludit tempus minus: ita ut Joannes vel ipso anno 1246, vel sub initio anni 1247. Ecclesiae Camerinensi Episcopus assignatus veram reddebat assertionem illius testis = *Jam sunt xl. anni, & non plus*. Urget ad hanc aeram definiendam necessitas praefigendae *Joanni* sedis post *Philippum*; nam hoc seculo XIII. hic solum patet hiatus ad illius sedem firmandam, & si hunc abjiciamus post *Philippum*, & ante *Guillelmum*, spatium utique non habebimus vel anni unius, in quo *Joannis* Episcopatum statuere possimus; ut unico intuitu potest comprachendi a serie nostrorum Antistitum hujus seculi, quam superius protulimus Cap. III. hujus libri num. VII. Rem dijudicent eruditi.

III. Post Joannem nostrae Ecclesiae praefuit *Guillelmus* anno 1251; primo sui Episcopatus. Id asserimus auctoritate schedae tabularii Ecclesiae S. Severini, quam datam habemus Camerini anno Pontificatus Innocentii IV, & *Guillelmi* Episcopatus II. Indict. x. (1) quam profert Lilius [2] ex dicto tabulario, sed obtruncatam. Autographum in eo archivo defecisse animadvertimus. Superest tamen antiquum, & membranacea exscriptum charta apographum, & quidem authenticum quod ad annum 1252. dare non omittimus in Appendice.

IV. De nostro Guillelmo scribit Ughellius = *Ejus memoria extat in Ecclesia Divi Venantii apud Fabrianum, cui indulsit, ut baptismalem fontem, qui extra septa Ecclesiae erat, ad majorem divini cultus decentiam intra ipsam posset transferri* = Sed non bene; remque non se ita habere me monet cl. Canonicus Butus rerum suae patriae eruditissimus. Ecclesiae siquidem Attidiati servatum jus fuit singulos infantes Fabrianenses baptizandi in fonte suo. Attidium (ut in praeliminari Dissertatione (3) praemonuimus) fuit una ex antiquis Romanorum Coloniis Fabriano distans bis mil-

(1) Innocentius fuit Pontifex renunciatus anno 1243. die 25. mensis Junii (ex Pagio sub ejusdem Pontificis actis eo anno Tom. III. num. III.) cui additis x. annis conflatur numerus ann. 1253. Hoc anno dicendum foret expeditum Guillelmi diploma, nisi Indictio x. cogeret nos ad referendam diplomatis expeditionem ad praecedentem annum 1252. qui post xxv. diem mensis Junii incipiebat esse annus x. Pontificatus Innocentii. Ab hoc anno, si demas annos duos Guillelmi Episcopatus, invenies Guillelmi ordinationem factam anno 1251; attamen ante 25. diem mensis Junii; alias Innocentii Pontificatus non fuisset annus x, sed XI.

[2] Lil. hist. P. I. Lib. III. pag. 98.

[3] Cap. IV. §. III. n. 6.

mille circ. & 500. pass. Permulti Attidiates a barbarica vastitate suae Civitatis dispersi stationem suam statuentes, ubi nunc Fabrianum est, tueri voluerunt jurisdictionem antiquae Ecclesiae Attidiatis, quae forte Cathedralis Ecclesia erat; ea ratione, quam in enunciata praeliminari Dissertatione (1) dedimus. Ita se rem habente, donec populi Fabrianensis erga Ecclesiam suam Attidiatem non est imminutus amor, constans illam excoluit populus, ut matrem. Transactis vero VII, & ultra seculis Fabriani Oppido aedibus, & populo mirificè adaucto, deperditaque suae originis memoria (melius enim ab Attidio cum Cluverio [2] quam a Sentino, sicut autumant plerique Scriptores, Fabriani originem deducimus) noluerunt incolae Fabrianenses incommoda pati tam longi itineris pro baptizandis pueris suis. Studuerunt propterea obtinere antiquae Ecclesiae Attidiatis, ne illius jura abrogarent, unionem cum Ecclesia Collegiata S. Venantii Fabriani magnificentia, & religione mirifice amplificata, & baptismalem fontem in illud templum transferre; quod obtinuerunt a Guillelmo diplomate dato = *Innocentii PP. IV. anno Pontificatus* XI, *Episcopatus nostri anno* III. *die* VI. *Septembris* = Attidium vero deperditis suae nobilitatis reliquiis, evasit, ut hodie est, pagus subjectus Fabriano, quod forte priscis temporibus pagus erat Attidiatis coloniae. [3]

V. Monasterii etiam S. Eustachii de Domoris indigentiis accurrens *Guillelmus* aliud diploma dedit anno 1256, quod damus in Appendice; in eoque animadvertimus studium Guillelmi in hos Monachos, quorum census augetur non solum *in subsidium Monastice mense*, sed etiam *causa hospitalitatis servandae*. (4)

 VI. Prae-

(1) Cap. IV. §. III. n. I.

(2) Cluv. Ital. antiq. lib. II. n. VI.

(3) Fabrianum, quo tempore Attidium florebat, unus ex illius Civitatis vicis fuit; ejusque memoriam habemus in actis SS. Severini, & Victorini asservatis in supralaudato Codice Palatino Bibliothecae Vaticanae, in quibus sic legitur = *Innocentius vir sui nominis auctor adhuc & unicus Vicum Faverianum petens vidit noctis medio lucere silvas* &c. Auctor secundae vitae S. Severini, & doctissimi Bollandiani (in act. SS. mens. Jan. Tom. I. n. II. pag. 500.) ajunt = *Faverianum, Fabrianum interpretatur nobile hac tempestate Oppidum inter Sentinum, Camerinum, & Mathilicam in cujus agro Attigio vicus in Attidii Oppidi ruinis* = Ex corruptione nominis *Faveriani* in *Favrianum* prius, mox in *Fabrianum* id potuit facillimè evenire. Proprietas est Italicae, & Latinae linguae V in B, & B in V, passim permutandi. Sic in Vocabulariis habemus *Corvo* & *Corbo*, *Voto* & *Boto*: in antiquis schedis habemus *Everardo*, & *Eberardo*, *Casavolla*, & *Casabolla*; in antiquis lapideis inscriptionibus *Bixit* pro *Vixit*. Perbelle igitur nominis sui *Fabrianum* etymon habet a *Faveriano* Vico Attidiati coloniae subjecto, in *Favrianum* prius, mox in *Fabrianum* permutatum.

[4] Hospitalitas erat praecipua cura Monachorum ut etiam animadvertit Muratorius (Antiq. Ital. medii Aevi Diss. XXXVII.)

VI. Praeful iste aere alieno menfam fuam reperit gravatam. Statuit proinde Communi San-Severini vendere Caftrum Alifurni, in quo Epifcopi Camerinenfes jura etiam temporalia exercebant. Fuerunt venditionis publicae tabulae confectae anno 1257. indictione xv. tempore Alexandri PP. IV. die 17. Jan. pretio 600. libr. Rav. & Ancon., & in archivo fecreto Communis San-Severini illas expifcatus eft P. Gentilius, & indicavit in fua differtatione [1] & nos ad Appendicem rejicimus. Animadvertimus mendum irrepfiffe in inftrumento venditionis culpa Notarii. Datum eft enim anno 1207. quando reliquae Chronologicae notae illud figunt ad annum 1257, quo & indictio, & Alexandri Pontificatus optimè confonant. Error Notarii, qui decepit P. Gentilium, decepit & me; & propterea in praeliminari Differtatione duos *Guillelmi* nomine Antiftites nominavi. Opportune tamen in Epifcoporum ferie errorem correxi, in qua uni tantum Guillelmo locum dedi. Agrum fuum, fuaque jura hac emptione ampliavit San-Severinum, Caftrumque obtinuit v. mill. pafl. a Civitate diffitum ad ejus Auftrum in collis fublimitate pofitum, muris undique, altaque turri munitum. Hac forte venditione reliquiae antiquiffimae temporalis jurifdictionis Epifcoporum Camerinenfium defecerunt; ut in praeliminari Differtatione dictum eft.

VII. *Guillelmus* nofter piis quarumdam religiofarum mulierum votis annuens conftituendi Monafterium facultatem dedit in loco, qui dicitur *de Submonte* a San-Severino mill. circ. pafs. diffito, quem locum Fratres Minores, qui Obfervantes Reformati vocantur, modo incolunt. Idem Epifcopus fua ordinaria auctoritate conftitutiones illis dedit obfervandas fub regula S. Auguftini. Moniales S. Salvatoris, quas fupra memoravimus, ex hac nova fundatione fibi grave damnum imminere metuentes ad Alexandrum IV. confugerunt, & ab ipfo anno 1258. litteras in forma Brevis obtinuerunt Abbati Rambonenfi directas, queis illi praefcribitur, ut Monafterii S. Mariae de Submonte Conftitutionem impediat dat. Viterbii IV. Kal. Maji anno ejus IV. Alterum pariter Breve eodem an-

XXXVII.) & hanc hofpitalitatem ibi satagebant Monachi magis excolere, ubi impervium magis erat iter, & difficile. Opportunè igitur Guillelmus ad hanc hofpitalitatem exercendam Monachis de Domoris horridos, & impervios montium receffus incolentibus, ut fub Acceptantis Epifcopatu meminimus, cenfum adauxit. Verum non multo poft Monachi hujus folitudinis incolendae forfan pertaefi fefe receperunt prope moenia San-Severini in Coenobium S. Nicolai, quod ejufdem Monafterii de Domoris membrum erat, & hoc incolebant anno 1305. In charta Archivi S. Blafii de Fabriano legitur *Ecclefia S. Nicolai de Sancto Severino membrum Monafterii S. Euftachii de Domoris* (Annal. Camald. tom. III. Lib. XXIX. pag. 294.)

[1] Num. LVIII. pag. 61.

anno Kal. Junii ejusdem rationis dedit Alexander ad Marchiae Rectorem; & tandem Idibus Julii eodem pariter anno tertium Breve ad ipsum *Guillelmum*, cui sub excommunicationis poena praecipit infra dies octo Conventus illarum mulierum dissolutionem, mentemque suam mandavit exequendam in duabus aliis Apostolicis litteris expressam: Quae litterae Apostolicae in tabulario Ecclesiae S. Severini servantur, e quibus hanc facti seriem hausimus. Supremum interea clausit diem Alexander, cui Urbanus pariter IV. successit. Hic Monialium de Submonte votis annuens, accedente *Guillelmi* voto fundationem Monasterii approbavit, illarumque bona & jura confirmavit. Stetit hoc Monasterium ad annum 1441. tempore Eugenii IV, quo Monasterium pene dirutum remansit. (1)

VIII. Tragicam nunc lectorum oculis scenam aperimus, extremam scilicet Camerinensis Civitatis vastitatem, & desolationem; cujus acta spectavit *Guillelmus* noster eo animi dolore, quo spectatur a pastore grex miserrime dispersus, & dilaceratus. En facti strictam seriem. Duae Camerini per haec tempora nobilitate, & opibus aemulabantur familiae Braschia una, & Monaldia altera. Haec Guelphiam, alteram Ghibellinam fovebant factionem; & pro utraque ambae intrepide ptopugnabant: Unde inter Rainerium de Braschis, caput Ghibellinorum, & Crescentium Monaldi caput Guelphorum intestinum odium exardescebat, privatis etiam diffidiis non modicè adauctum. Camerinum Guelphiae parti sanctissimè adhaerebat; quod in causa fuit cur Rainerius extremam patriae ruinam Civis ingratissimus occultè meditaretur. Interea factum est, ut Firmani, & San-Severinates ab Ecclesiae fide defecerint, & Manfredo Siciliae Regi sese dediderint. Manfredus tunc Percivallem de Orio, exercitu comparato, in Picenum mi-



(1) Duae tantum Moniales cum Abbatissa anno 1441. Monasterium possidebant. Abbatissa cum una Moniali in quandam Monasterii domum infra Oppidum sitam secessit. Altera prius inhonestè vivens ad derelictum Monasterium sola rediit, ibique vivebat. Id animadvertens Capitulum Sancti Severini bona Monasterii ad extrema jam docti ab Eugenio obtinuit per ejus Apostolicas litteras Florentiae datas anno 1441. suppressoque Abbatissae titulo, expulsaque e Monasterio Moniali illa ibi sola commorante, injunxit Eugenius Capitulo, ut tribus illis Monialibus, quoad viverent in dicta domo, vel alio honesto loco de redditibus suppressi Monasterii necessaria ad illarum subsidium administrarentur. Eodem ferme tempore ipsemet Eugenius alias Apostolicas litteras expedivit Florentiae eodem anno prid. Aug. Fratribus Min. de Observantia dictis, quibus locus ille ceditur *S. Mariae de Submonte* cum horto, & sylva Monasterio junctis pro Fratrum habitatione, & usu: in quorum possessionem anno 1448. immissi sunt per acta Antonii Ser Ludovici Not. In locum Fratrum de Observantia suffecti exinde sunt Reformati; quo anno, nescimus. Anno siquidem 1500. Fratres Min. Reformati ibi morabantur; ibique adhuc religiosissimè degunt.

misit, quod brevi subegit. Camerinum tutissima munitione vallatum nequivit Percivallus occupare tenuit tamen duo podia Camerino proxima, illaque munivit; Civitatem larga obsidione circumdedit. Camerinenses, convocatis Comitiis, ut se ab omni discrimine liberarent, selegerunt duos Oratores alterum ad R. Pont. Alexandrum IV, & hic fuit *Guillelmus* noster; alterum ad Manfredum Regem, & fuit Rainerius Manfredi amicus, Civitatis libertatem exoraturos. Haec acta sunt anno 1258. Rainerius, quamvis rem optatissimam ad proditionem exequendam sibi videret oblatam, non, nisi enixis precibus, ut melius suae proditionis impium facinus tegeret, munus legationis excepit. Abiit uterque. *Guillelmus* ab Alexandro aliis curis implicato, nil obtinuit. Rainerius non pacem, sed proditionem, & proditionis viam secretò cum Manfredo firmavit; fictas tamen obtinuit litteras ad Percivallem datas, queis Camerini obsidio dissolvenda mandatur. Rediit proditor Camerinum; sed clam prius cum Percivalle San-Severini commorante pertractavit. Summa Civitatis exultatione exceptus est Rainerius, qui Regis litteras ad Percivallem datas coram populo legit. Ad illas Percivallo porrigendas Comites voluit undecim praeclarissimos Cives, quos seligendos curavit ex iis, quos impius Civis majori odio persequebatur. Forte tunc a Civitate Crescentius aberat. Perrexerunt optimi Cives; quos durissimè Dux pertractavit, & dimisso Rainerio, quo cum prius de die, & hora indignae proditionis exequendae, pactum firmavit, obsides retinuit Cives illos, donec Camerinum iniquis conditionibus a Percivallio propositis acquiesceret. Summum Rainerius simulavit dolorem Camerinum regressus de injuria a suis Concivibus reportata; intime tamen exultabat de proditione cum Percivallio firmata.

IX. Enorme facinus prima vigilia noctis diei XII. mensis Augusti anni 1259. statutum fuit: qua adveniente, Rainerius Percivallii copiis Orientalem Civitatis portam, quae hodie *Julia* nuncupatur, patefecit. Ingressi milites summo furore & strepitu, Civitatem percurrere, omnia diripere, cladibus, incendiis, luxuriis frena laxare coeperunt: non parcentes aetati, non dignitati, non sexui. Horror undique, undique clamor, & luctus. Miseri cives alii se fugae praecipites dabant, alii stricto gladio in hostes irruentes nequidquam pro patria pugnabant. Tota nocte execrabilis strages intermissa non est. Cessavit diluculo; sed non cessavit civium clamor, desperatio, & ejulatus; quum a pullato eminenti tabulato buccinis strepentibus alta preconis voce (sic impio Rainerio confu-

ſulente) fuit promulgata totius Civitatis poſt triduum everſio. Ad hoc fatale nuncium crevit horror, crevit confuſio, crevit deſperatio. Fugerunt quotquot horrendae cladi ſuperfuerunt Cives; fugit & *Guillelmus* noſter, ſeſeque, (ut ſcribit Camerinius) [1] recepit in Caſtrum *Sefri* dictum, quod tunc juris erat Peruſinae Civitatis, ubi paulo poſt prae triſtitia inter mortales eſſe deſiit.

X. Attamen de fuga *Guillelmi*, deque obitu illius non eſt ita ſentiendum. *Guillelmum* enim e Camerinenſi ſede ad aliam hoc ipſo anno 1259. fuiſſe translatum tutiſſimis documentis probatur. Hujuſmodi translatio hucuſque omnino ignota patet ab Apoſtolicis litteris Alexandri IV. inſertis in quadam ſententia a Rambotto Canonico Camerinenſi [quem infra videbimus Epiſcopum] lata in cauſa Appellationis inter Capitulum S. Venantii de Fabriano, in cujus tabulario acta ſervantur, & inter Monaſterium S. Angeli infra Oſtia, [de quo ſub *Rambotti* Epiſcopatu] pro aedificatione Eccleſiae S. Luciae ſitae infra moenia Fabriani, quarum tenor eſt: *In Dei nomine Amen: Cum ego Rambottus Camerinenſis Canonicus acceperim litteras in hac forma: Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Rambotto Canonico Camerinenſis Eccleſiae ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Prior, & Capitulum ſecularis Eccleſiae S. Venantii de Fabriano Camerinenſis Diœceſis petitione monſtrarunt* &c. & infra: *coram venerabili fratre noſtro Nepeſin., tunc Camerinenſi Epiſcopo auctoritate ordinaria* &c. omiſſis aliis. *Dat. Anan* VI. *Kal. Febr. Pont. noſtri anno ſexto*. [2] Integrum Alexandri diploma habes in Appendice. Sequitur deinde Rambotti ſententia, in qua inter coetera haec habentur: *Viſis etiam actis actitatis coram Ven. Patre Domino Guillelmo olim Camerinenſi Epiſcopo, & nunc Nepeſin., & Domino Johanne de Bicton Camerinenſi Canonico, & Priore Bevan. ipſius domini Epiſcopi delegato &c. lata fuit haec ſententia a dicto domino Rambotto Camerinenſi Canonico a ſummo Pontifice delegato Fulginei* (3) *in Camera ipſius domini Rambotti in*

(1) In addit. ad Lil. Hiſt. lib. X. P. I.

(2) Annus VI. Pont. Alexandri IV. reſpondet anno 1260. Fuit Alexander electus die 12. Decembris anni 1254. ideoque poſt 12. diem Decembris 1259. incipit annus ſextus. (Pagius Brev. geſt. Rom. Pont. ad ann. 1254. n. 11. Tom. III.)

[3] In actis ſupra datis legimus Rambottum ſententiam dixiſſe *Fulginei in camera ipſius*. An Rambottus de more illorum temporum una cum Camerinenſi Fulginatenſem etiam obtinebat Canonicatum; quemadmodum in eadem ſententia legimus Johannem de Bictona Canonicum Camerinenſem, & Priorem Mevanienſem? Revera unus ex Canonicis S. Venantii Fabriani tempore Bonif. IX. Canonicatu etiam potiebatur in Cathedrali Fulginatenſi cum aliis praebendis, ut me opportunè monuit cl. Can. Butus, qui e tabulario ſuae Cathedralis Eccleſiae Rambotti ſententiae par-

*in anno Christi* 1261. *Indic. III. die* 11. *exeunte mense madii tempore Alexandri Papae quarti praesentibus &c. Et ego Grimaldus de Camerino imperiali auct. not.* &c. Patet igitur Guillelmum, postquam per IX. circ. annos suam rexit Ecclesiam ad Nepesinam fuisse translatum. In serie propterea Nepesinorum Antistitum addatur Guillelmus; qui fugiens Camerini desolationem, ad R. Pontificem potius, quam alio iter arripuit. Partibus deinde dissentientibus a sententia Rambotti, ad Johannem Abbatem Monasterii de Rotis (1) causae cognitio rejecta fuit *pro demolitione novi operis Ecclesiae S. Luciae*; qui Abbas sententiam suam pronunciavit die 19. Aprilis anni 1262, quo tempore *Guillelmus* jam Episcopus Camerinensis, & postea Nepesinus extremum obierat diem: sic enim Guillelmi memoria in sententia Abbatis Monasterii de Rotis renovatur *Guillelmus b. m. Episcopus*: ideoque brevi novam Ecclesiam gubernavit.

CA-

particulas extraxit, & mecum illas humanissimè communicavit. Forte etiam Rambottus Fulginei morabatur alicui gravi muneri a S. Sede destinatus.

[1] Situm erat Monasterium *de Rotis* in agro Mathilicano ad Orientem aestivum Mathilicae inter recessus Apenninorum montium, eratque Ordinis S. Benedicti. Abbates Commendatarii Monasterio de Rotis dati sunt; illudque Calixtus de Amadeis Clericus Camerinensis Dioecesis in Commendam habebat anno 1529, quando Anscanii, aliorumque Othoniae gentis nobilium in Mathilica dominantium in voto fuit Ecclesiam ibi Collegiatam fundare, in eaque unam Archipresbyteralem dignitatem cum octo Canonicis instituere. Plebis Sanctorum Adriani Oppidi Patroni, & Bartholomaei census cum censu Ecclesiae S. Mariae *della Piazza* nuncupatae, in quibus animarum rectores praesidebant, de jure patronatus illorum nobilium, pro dote illius Capituli assignatus est, ipseque Anscanius 500. ducatus auri ad augendam Archipresbyteri, & Canonicorum mensam largitus est. Denique Calixtus de Amadeis Abbas Commendatarius S. Mariae de Rotes, annuente Clemente VII, Abbatiae bona cessit huic Collegiatae Ecclesiae, illaque unita sunt bonis Ecclesiarum SS. Adriani, & Bartholomaei, & S. Mariae *della Piazza*, ubi insigne illud Collegium ortum habuit. Patet ex Apostolicis litteris Clementis datis Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono tertio Kal. Septembris Pontificatus anno sexto.

# CAPUT VI.

## *De Episcopo Guidone.*

I. *Guillelmi Successor fuit* Guido. Cetesium *e serie expungimus.*
II. *Guido electus probatur anno* 1259. *contra Ughellium, & Lilium.*
III. *Corrigitur Lilius asserens S. Venantii Corpus Camerinum reportatum sub Guillelmo.*
IV. *Guido vivebat anno* 1265. *ex inscriptione Vallis-Castri.*
V. *Agitur de beata Santuccia.*
VI. *Fuit confecta quaedam concordia inter Monachos S. Laurentii in Doliolo, & Guidonem nostrum.*
VII. *Dat licentiam Guido Fr. Minoribus construendi Camerini Ecclesiam.*
VIII. *Agitur de fundatione Parthenonis S. Agathae Mathilicae.*
IX. *Guido anno* 1259. *rem habet cum beato Bartholo Abbate generali Silvestrinorum.*
X. *Eligitur Potestas a Mathilicanis.*
XI. *Guidonis vita prosequitur ad annum* 1273; *& ad annum etiam* 1275. *prope finem Pontificatus Gregorii X. Ughellius corrigitur.*
XII. *Camerinenses sub Guidone paci restituti sunt. Ecclesia Cathedralis exaedificata. Corpus S. Venantii Camerinum octo post annos ab Urbis vastitate reportatum.*

I. GUillelmo successit *Guido*. Ughellius in sua serie inter nostros Episcopos ponit *Cetesium* sic: *Cetesius florebat anno* 1252. & anteponit *Guillelmo*. Figit enim *Cetesii* sedem ad annum 1252. illam *Guillelmi* ad annum 1254. At quomodo *Cetesius* poterat regere hoc anno Ecclesiam Camerinensem, quam certè tenebat Guillelmus anno 1251. ex documentis supra relatis? A nostra igitur serie *Cetesium* fidenter expungimus, & alteri Ecclesiae libentissime damus.

II. Ad Episcopatum evectus est *Guido* circa finem anni 1259 per Guillelmi translationem ad Nepesinum Episcopatum. Duo hujus Antistitis diplomata, quae damus in Appendice, id aperte probant expedita anno 1261. eodem die & mense ex Avellanensi S. Crucis Coenobio [1] anno Episcopatus *Guidonis* secundo, quae in tabulario S.Se-

(1) Nil mirum si Guido a sua Dioecesi aberat: Civitas Camerini erat omnino disjecta. Camerinenses inter sublimia, & magis impervia montium juga profugi discur-

S. Severini servantur, & ambo data sunt pro Monachis S. Mariani. (1) Quum ergo *Guido* dilabente anno 1259. ad sedem Camerinensem fuerit assumptus, nemo non videt, quam male scribat Ughellius, quem Lilius [2] sequutus est *Guidonem* nostrum Ecclesiae Camerinensis regimen assumpsisse anno 1264; idque auctoritate litterarum Apostolicarum Urbani IV, de quibus satis supra disseruimus.

III. Alterum pariter errorem in Ughellio notasse juverit. Narrat enim sancti Venantii corpus sub *Guillelmo* Episcopo Camerinum reportatum, quod fieri haud potuit. Si enim S. Venantii Corpus raptum fuit anno 1259, ut asserit Lilius (3) auctoritate Anonymi poetae coaevi Scriptoris ab ipso producti; & post annos VIII. completos a Manfredo Rege Camerinensibus redditum anno circ. 1268. mense Augusto, quo anno erat Episcopus Camerinensis *Guido*, non poterat esse *Guillelmus*, qui anno 1259. illam, ut supra dictum est, jam dimiserat.

IV. Habemus Guidonis vitam ad annum 1265. productam ab illa inscriptione, quam humanissime accepimus ab Abb. Sartio V. C., & habetur in fronte majoris fornicis templi celeberrimi Coenobii Vallis-Castri [4] in Camerinensi olim, nunc in Fabrianensi dioecesi. Accipe inscriptionis exemplar.

*So-*

scurrebant cum uxoribus & filiis suis. Hostiles copiae undequaque agrum Camerinensem divexabant. Quare *Guido* solitudinem Coenobii Avellanensis selegerit, non liquet.

(1) Ad sublevandas S. Mariani Monasterii angustias satis non fuerunt studia Episcopi *Philippi*, quae supra retulimus. Debuerunt Monachi S. Mariani Vallem Fabianam relinquere, & intra Castellum San-Severini suas figere sedes, quod ab eodem *Philippo* prius, mox a *Guillelmo* II. obtinuerunt, & sub *Guidone* perfecerunt. Prope igitur templum Sancti Severini novum templum novumque Coenobium construxerunt, & illud est quod hodie incolunt Moniales S. Catharinae, quibus a Communi San-Severini, deficientibus Monachis, anno 1499. concessum fuit, quamvis ab antiquo omnino immutatum. Corpus *S. Illuminati* Monachi, integrum servatur in Ecclesia S. Catharinae miraculis illustre. Alterum *Guidonis* diploma pro iisdem Monachis datum est, quo Monasterio S. Mariani privilegia confirmantur, & praesertim jura Ecclesiarum quas Monasterium habebat *in Contrata Castri Riparum* (quod Castrum a San-Genesio ad 1sI. circ. mill. pass. abest) *videlicet Ecclesias, quas nobiles Viri D. Prontaguerra, & filii sui D. Gentilis, d. Gualterius, d. Evarnerius, & d. Berardus pro eorum animabus feliciter concesserunt &c. Item omnes possessiones emptas a quibusdam nobilibus dicti loci scilicet a filiis Offredi, & a praedicto d. Prantaguerra, & a quibusdam aliis &c.* Particulam diplomatis Guidonis affert Lilius [Part. II. Lib. 5. pag. 20.] ad producendam seriem genealogicam dd. de Varanis, & scribit *Gentilem* illum Prontoguerrae filium genuisse *Radulphum* patrem Junioris *Gentilis*, qui hisce temporibus Camerinensibus favit; Senior vero *Gentilis* anno 1199. una cum *Gualterio* fratre inter Cives, & incolas Genesinos fuit adscriptus, ut habet Severinius lib. 1. historiae Genesinae ms.

[2] Part. II. Lib 1. pag. 54.

[3] Part. I. Lib. 1. pag. 50. & seq.

[4] Hoc Coenobium fuit a S. Romualdo

*Sophye numen presenti loco colendum*
*Posteris .... mira his majora sequantur*
*Dirutum hoc opus restaurat gratia Christi*
*Decore prestanti quod non sine magno labore*
*Tempore conficitur Urbani presulis quarti*
*Guidonis Episcopi Abbatis donni Marini*
*Anno milleno ducenteno bisque triceno*
*Junctis bis duobus indictione quinta*
*Ducitur ad metas manibus magistri Tebaldi.*
*Deo gratias. Amen.*

V. Insequenti anno 1266. stetit coram *Guidone* Venerabilis illa & illustris foemina *Santuccia* de Eugubio, & Cardinalis Rodulphi Albanensis Episcopi litteras illi exhibuit sui favore exequendas. Beata haec mulier *olim religiosè vivere proponens* (facti seriem a Rodulphi litteris exscriptam do) *una cum viro suo ad Monasterium S. Petri Eugubin. Ordinis S. Benedicti accedens, obedientia ejusdem Monasterii Abbati facta, per aliquod tempus absque religione approbata, & habitu suo permansit. Dictus autem Vir ejus in prefato Monasterio habitum religionis assumpsit. Postmodum dicta Santuccia cupiens suam vitam mutare in melius, & sub religionis habitu perpetuo Domino famulari in domo quadam sita in vertice mon-*



do Abbete fundatum, ut dictum est (Lib. II. Cap. I. §. I.) largitione Farolfi, aliorumque *Camerinae Provinciae* Comitum, ad quos suos misit Nuncios beatissimus Romualdus. Jacet Coenobium in amoena Valle undique Apenninosum jugis circumdata, & desinit ad Suavicini montis radices, de quo monte nonnulla in actis S. Dominici Loricati Cap. XVI. refero. In illa Valle S. Abbas Romualdus solitudinem adamavit prius, mox Coenobium construxit cum parvulo templo, quod temporis lapsu ampliori forma, ut nunc videre est a Marino illius Asceterii Abbate anno 1265. exaedificatum fuit. In eo Monasterio visitur adhuc cubiculum, ubi S. Romualdus aliquandiu mansisse creditur; Oratorium vero cum cellula, ubi S. Pater solitariam duxit vitam, & supremum clausit diem ad mill. pass. a Monasterio abest infra recessus illorum montium ad meridiem Monasterii, quod hodie religiosissimè custoditur; constructo superius sacello, in quo sacra peraguntur. Ne quis tamen putet S. Romualdum cellulam, in qua supremum clausit diem, calce lapidibusque fuisse fabricatam. Sancti illi Eremitae cannis, juncis, palis cellulas intexebant, lutoque liniebant: iis simillimam voluit S. Romualdus, quando ad Vallis Castri Solitudinem rediit, ibique vir S. expiravit. Ne autem situs ille aliquando remaneret ignotus, sed perpetua erga illum populi, & Monachorum firmaretur religio, conjicimus nos situm illum postea fuisse firmiter vallatum, cellulamque aedificatam, quae diu neglecta remansit, & tandem Monachorum studio restaurata fuit. Ampla hujus Coenobii jura fuerunt; plurimaque praedia, Sacerdotia, & Monasteria habuit subjecta, quae hodie ad Camaldulenses Patres Fabriani spectant. Diu in hoc Coenobio jacuit Corpus S. Romualdi donec ad Divi Blasii Fabriani fuit mirabiliter translatum, ut alias dicturi sumus Lib. V. Cap. VIII. n. IX.

*tis filiorum Hugonis* (1) *Eugubine Diecesis, quam ipsa de assensu Venerabilis Patris Episcopi Eugubini* (2) *propriis construxerat sumptibus cum quibusdam aliis sororibus in manibus cujusdam* [3] *religiosi regulam beati Benedicti servare promisit, & ab eo habitum religionis assumpsit, & jam per plures annos vixit ibidem laudabiliter sub eodem habitu regulari, & postmodum cum Dei adjutorio in diversis diecesibus quedam loca religiosa construxit, in quorum quolibet plures religiose mulieres sub eisdem habitu, & regula virtutum Domino famulantur, dicto Abbati nullam movente contra ipsam infra tempus hujusmodi questionem. Post hec vero idem Abbas in dictam Santucciam sine causa rationabili, & juris ordine non servato excommunicationis sententiam contra ipsam promulgavit*. Litteras Card. Rodulphi accepimus a clarissimo Abbate Domno Petro Paulo Ginannio: scripsit propterea Cardinalis, qui tunc Poenitentiarii munere fungebatur *Guidoni* nostro, ut Abbati S. Petri praeciperet sententiae excommunicationis in Santucciam revocationem, nec ut piae foeminae amplius molestias inferret. Diploma Card. Rodulphi habes in Appendice. De Beata Santuccia, ejusque Monialibus *Santuccis* nuncupatis agit clarissimus Garampius in celebri opere suo de Actis B. Clarae Ariminensis [4] & laudatus Abbas Sartius in Episcopis Eugubinis. [5]

VI. In tabulario S. Laurentii in Doliolo quaedam concordia reperitur facta inter *Guidonem* & Abbatem hujus insignis Coenobii [6] anno 1266, cujus meminit P. Gentilius in laudata sua disserta-

[1] Locus est solitarius & ab Eugubio remotus sic dictus ex nomine filiorum Ugonis.

(2) Hujus Episcopi nomen fugit solertissimum Sartium illudque expiscari vanum est.

[3] Hunc religiosum virum alium non esse, quam B. Sperandeum, scribit doctissimus Sartius, & quidem optimè. Vide Diss. de Civit. & Ecclesia Eugub. Cap. VII. §. XXVI. n. IV.

[4] Memorie Eccles. spett. alla B. Chiara di Rimino Diss. XV. num. IV. & seqq.

(5) De Episc. Eugub. Diss. praelim. de Civit. & Eccl. Eug. Cap. VII. §. XXVI. pag. XCIX. & seqq.

(6) Antiquissimum sane est hoc Coenobium ad radices Montis Nerii apud Sanseverinates. Pinguis est hujus Coenobii census. Anno utique 1146. Warnerius Dux & Marchio una cum *Theodino* Episcopo Camerinensi univit Coenobio nostro Ecclesiam *S. Angeli de Domoris in Valle Gabiana*, ut scribit Mabillonius (Annal. Tom. VI. pag. 381.) & anno 1152. idem *Theodinus* donat *Ecclesiam S. Michaelis quae est in loco qui dicitur Domora in Valle Gabiana Ecclesiae & Monasterio Sancti Salvatoris & S. Laurentii aedificatis juxta Castrum Sancto-Severini in loco, qui dicitur Planus-Camerini*. (Annal. Camal. Tom. III. Lib. XXIX. pag. 294.) Cujus Coenobii erat Abbas D. Atto. Postquam vero defecerunt Monachi traditum fuit regendum Abbatibus Commendatariis, qui octo Sacerdotes quotidie horas ibi Canonicas persolventes congruo stipendio alunt; & inter illos unus est, qui animarum Paroeciae curam habet. In aedibus Coenobii residet Abbatis Commendatarii Vicarius

fertatione. [1] Documenti exemplar assequi non potui.

VII. Anno item 1267. Episcopus noster Fr. Minoribus Camerini copiam fecit novum ibi construendi templum, ut scribit Lilius, (2) & Wadingus (3) Camertes enim per haec tempora ad restaurandas sacras aedes anno 1259. impiè disjectas animum intendebant. Perfecerunt Camerinenses Cathedralis Ecclesiae exaedificationem anno 1268. idque patet a lapidea inscriptione, quae fixa erat in antiqua exteriori templi facie, in qua memoratur noster *Guido*. Illam etiam affert Lilius (4) & nos dare non omittimus, quia magis castigatam.

*Anno Dñi MCCLXVIII. Indictione XI.*
*Tempore Dñi Clementis Papae Quarti*
*Et tempore Dñi Guidonis Camerinensis Episcopi*
*Et tempore Dñi Rambotti Archidiaconi*
*Camerini & tempore Dñi Andree Parentii*
*Potestatis Camerini.*

VIII. Hoc ipso anno 1268. die 21. Septembris *Sororibus Illuminate, & Jacopurie, & aliis Sororibus commorantibus in domo posita in plano Matelice juxta viam quo vadit ad Sanctam Natoliam* Guido, qui illas sub sua tutela recipit, dat licentiam *celebrandi divina in dicta domo cum altari Viatico*. Indulgentias etiam concedit

 iis,

rius Generalis, qui hujus Abbatiae jure, illaque S. Mariae de Rambona, & S. Eustachii de Domora simul unitarum Abbatiarum eb Episcopali jurisdictione exempta tuetur. In templo requiescit admirabile Corpus *S. Philomenae* Septempedanae anno 1526. repertum; Corpora pariter requiescunt *SS. Hippolyti, & Justini* martyrum. Insignis haec Ecclesia apud Septempedanos magna fuit veneratione semper habita. Anno 1300. Abbas illius Monasterii ab unde viginti Episcopis obtinuit Indulgentias certis in ea festis diebus lucrandas, quae legi possunt in diplomate quod damus in Appendice. Episcopi sunt

Fr. Basilius Jerosolimitanus Archiepiscopus.
Fredericus Valvensis.
Nicolaus Neocastrensis.
Nicolaus Uterontinus.
Hildebrandus Aretinus.
Maurus Ameliensis.
Angelus Fesulanus.
Raynaldus Theatinus.
Angelus Nepesinus.
Jacobus Castellanus.
Nicolaus Caprutanus.
Stephanus Opitensis.
Thomas Ethesiensis.
Muneldus Civitatis Castellanae.
Symon Brugnatensis.
Jacobus Calcedoma.
Johannes Ymolensis.
Ventura Eugubinus.
Fr. Nicolaus Aquilensis.

Diploma aspexi in sacrario Ecclesiae Sancti Laurentii pulverulentum & neglectum.

[1] Gentil. Diss. num. XVI. pag. 11. & num. LXIV. pag. 70.

[2] Lil. P. II. Lib. 1. pag. 34.

(3) Wadingh. Annal. Min. Tom. II. ad ann. 1289.

[4] Part. II. Lib. 1. pag. 29.

iis, qui *manum illis porrexerint adjutricem*. Spectat hoc diploma ad Moniales S. Agatae, quae hoc anno suum habuerunt initium, quasque sub Rambotto unitas videbimus Monialibus S. Mariae Magdalenae. Alterum pariter diploma ad easdem Illuminatam Abbatissam, & Moniales Coenobii S. Agatae jam constituti dedit *Guido*, quo licentiam illis praebet *Monasterium instituere sub praescripta Sancti Benedicti regula*, *religiose vivere*, *poenitentes recipere* &c. quemadmodum Episcopo supplicarunt. Vult etiam *Guido*, Moniales *gaudere libertate*, *ut* (sic diploma) *vestrorum proventuum*, *sive fructuum possessionem quorumcumque vel quorumlibet*, *prediorum decimas*, *vel primicias*, *seu quamlibet Ecclesiasticam exactionem nulli nostre diecesis Sacerdoti vel Clerico*, *aut persone cuilibet sub nostre prohibitionis precepto & intimatione anathematis liceat extorquere*, *seu vos per hujusmodi rebus nec etiam ipsum Monasterium aliquatenus perturbare &c.* Utrumque diploma in archivo Monialium S. Mariae Magdalenae reperi.

IX. Guidonis etiam habemus memoriam ad annum 1269. Hoc quippe anno *Guido* rem habuit cum Monachis S. Silvestri Congregationis in ea tunc praesidente III. Abbate Generali B. Bartholo. Monachi enim voluerunt punire ad praescriptum suorum privilegiorum quemdam Monachum, & Episcopus impugnabat. Iratus *Guido* Monachis praecepit, ut illi obedientiam, reverentiamque praestarent, & fidelitatem jurarent: ne auderent confessiones audire, non praedicare, neve mortuis sepulturam dare sine Parochorum licentia: & tandem ne festis diebus aliquem, praeter Monachorum familiares, Divinis Officiis interesse sinerent. Haec praecepta data sunt Camerini die xv. intraute Martio 1269. Vacante Romana Sede. Beatus tamen Bartholus, & Monachi ab illo praescripto appellarunt, & favorabilem retulere sententiam. Haec e schedis Silvestrinis Coenobii S. Luciae Serrae S. Quirici excerpsi.

X. Sequitur de nostro *Guidone* memoria in schedis Mathilicanis ad annum 1270. Commune Mathilicae suum elegit Potestatem *Guidonem* nostrum ad annum; suasque ad illum dedit literas; eum deprecans, ut munus illi collatum infra tres dies dignaretur aut assumere, aut illi nuncium remittere. *Guido* electionem ratam habuit. Ad Appendicem chartam amandamus dignam, quae legatur. Continuat *Guido* regimen Ecclesiae suae ad annum 1273. ex scheda in tabulario Ecclesiae Fabrianensis, cujus tenor est „ Guido Dei, „ & Apostolica gratia Camerinensis Episcopus indignus. Dilectis „ in Christo sibi Priori, & Capitulo Sancti Venantii de Fabriano „ salutem in Domino. Justis petentium desideriis dignum est nos

„ fa-

„ facilem prebere consensum, & vota, que a rationis tramite non
„ discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in
„ Christo vestris justis postulationibus inclinati concedimus vobis
„ quod possitis infra Castrum Fabriani in parochia vestra Ecclesiam
„ construere, & edificare sine juris prejudicio alieni, & quod pos-
„ sitis altare erigere in domo Bonaccursi Petri, & in eo divina
„ populo ministrare. Et ad hujus rei fidem, & certitudinem ple-
„ niorem hanc presentem paginam nostri sigilli munimine jussi-
„ mus roborari. Dat. Fabriani XIIII. die exeunte Januario XI. In-
„ dictione „ quae indictio cadit anno 1273.

XI. Quamvis vero post annum 1273. nulla nobis documenta praesto sint, queis Guidonis vitam producere ulterius possimus; attamen aliquandiu illum in vivis fuisse asserere tuto debemus, illiusque emortualem annum figere intra Gregorii X. Pontificatum; qui finem habuit anno 1276, & ante hunc annum sedes Camerinensis vacavit, ut sub Episcopatu *Rambotti Guidonis* successoris probabimus. Male igitur scribit Ughellius supremum clausisse diem *Guidonem* anno 1288, ut infra patebit.

XII. *Guido* noster, qui amaro animo sustinuit Camerinensium supremas ruinas summo affectus gaudio habendus est, contemplans suae Civitatis aversae sortis faciem aliquando immutatam. Anno siquidem 1262. Rainerii proditoris Castris Camerinenses potiti sunt; & sub Gentile Varanio belli Duce a Civitate selecto, Ghibellini, quorum factionem Rainerius fovebat adhuc, dimittere possessa Castra, pacemque implorare coacti sunt. Rainerius interea videns se a regiis ministris penè derelictum ad Manfredum in Apulia commorantem perrexit, tantoque ardore in Camerinenses peroravit; ut Rex illico Neapolim progressus, jusserit copias suas sub Conrado de Antiochia in Picenum proficisci, & Percivallem in Camerinenses *cum magna militia, & Saracenorum quantitate* procedere, (ut scribit Anonymus vitae Manfredi) infelici tamen exitu: nam Percivalles in itinere aquis praefocatus occubuit: Conradus in obsidione Montecchi captivus factus est, quamvis fugae se dederit postea, non sine suspicione operae, & intelligentiae Oppidi Rectoris. (1) Gavisus pariter est *Guido* videns suae Cathedralis Ecclesiae deco-

(1) Anonymus vitae regis Manfredi scribit Conradum e custodia eductum *solertia quorumdam devotorum suorum qui circa custodiam assistebant*. A gente vero Montecchiana attributa fuit Balleonio nobili Perusino, qui tunc rectoris munere fungebatur in illo Oppido Conradi fuga. Illum propterea post unum tantum mensem a Rectoris munere Montecchiani removerunt; confectis contra Balleonium publicis, & juratis actis, quae in tabulario Montecchiano servantur, non tamen com-

corem nova illius aedificatione restitutum; & post completos annos octo sacras sanctissimi Civitatis Camerinensis Protectoris Venantii reliquias Camerinum reportatas.

completa. Balleonius integram sui muneris mercedem, quae erat 800. libr. Rav. & Ancon. a Montecchianis volebat; per se enim non stetit, quin integrum sui regiminis cursum non absolverit. Contra vero Montecchiani mercedem illi taxarunt pro unico mense, quo rectoris munus illum exercuisse dixerunt. Balleonius se a querela purgavit, & a Clemente IV. fuit absolutus per ejus litteras Viterbii datas XVI. Kal. Dec. anno illius Pontificatus III; iterumque coram Nicolao III. Balleonius stetit pro sua mercede repetenda, & Nicolaus Dopno Gratiae Abbati S. Victoris de Clusis mandavit, ut, citatis Montecchianis, proferrent Montecchiani contra Balleonium jura, avocata coram Sanctissimo Causa. Has Apostolicas litteras habes in Appendice ad ann. 1278.

# C A P U T VII.

## *De Episcopo Rambotto.*

*I. Rambottus Vicomannus Camers professus est regulam S. Francisci.*

*II. Fuit prius Canonicus Camerini.*

*III. Transit ad Archidiaconatum.*

*IV. Eligitur Episcopus Camerinensis. Agitur de aera hujus electionis.*

*V. Quicquid aeram electionis Rambotti perturbat profertur.*

*VI. Difficultates solvuntur. Breve Honorii IV. expenditur.*

*VII. Prosequitur idem argumentum; & affertur documentum ad probandam Rambotti exaltationem ad annum 1285.*

*VIII. Acta civilia Camerini per haec tempora recoluntur, & agitur de Rainerio proditore.*

*IX. Grimaldus & Ugolinus fratres a Card. Sabellio milites creantur. Quid propterea Camerini actum sit. Rainerius proditor moritur.*

*X. Rambottus Episcopus, aliique Clerici Civitatis, & Dioecesеos in carcerem missi sunt, & turpiter pertractati.*

*XI. Camerinum ingreditur beatus Joannes a Parma; ibique moritur.*

*XII. Inaugurat Rambottus Ecclesiam S. Blasii Fabriani.*

*XIII. Obtinet facultatem testandi; & probatur Rambottus Ordinis Fratrum Min.*

*XIV. Consecrat Ecclesiam S. Salvatoris extra San-Severinum.*

*XV. Et alteram S. Bartholomaei extra moenia Serrae-San-Quirici.*

*XVI. Con-*

XVI. *Confert indulgentias Ecclesiae S. Pauli extra moenia San-severini.*
XVII. *Concedit Monachis Silvestrinis Coenobium Tolentini; Referuntur horum Monachorum vicissitudines.*
XVIII. *Dat licentiam Monachis Vallis-focinae vendendi Castrum Illiciti San-severinatibus.*
XIX. *Apud Tolentinates fundatur Parthenon S. Agnetis adjuvante Rambotto.*
XX. *Inaugurat Rambottus Ecclesiam S. Mariae de Mercato apud San-severinum, & Rambotti vita ad annum 1305.*
XXI. *Affertur quaedam inscriptio sita intra Ecclesiam Cathedralem spectans ad Rambottum Episcopum.*
XXII. *Ad trutinam revocatur nova inscriptio apposita in nova exteriore Ecclesiae Cathedralis facie; & illius deteguntur errores.*
XXIII. *Sequitur illius inscriptionis censura.*
XXIV. *Alii illius inscriptionis errores deteguntur.*
XXV. *Rambottus dat operam ad probanda miracula a Deo patrata meritis B. Joannis a baculo [vulgo* dal bastone] *Congregationis Silvestrinae.*

I. Unus ex illustrioribus Camerinensis Ecclesiae Episcopis *Rambottus* fuit, de quo nunc sumus acturi; qui multum ad sibi commissae Ecclesiae decorem, ad divini cultus incrementum adlaboravit. Fuit [ut perhibent] e Vicomannia gente inter Camerinenses clara. Omnia suae Cathedralis Ecclesiae munia, antequam Episcopus fieret, obivit, & antequam inter Canonicos S. Mariae esset adscriptus, Sacrae S. Francisci Familiae nomen dedit, & S. Francisci regulam professus est (1). Id forte factum est vel infirmitatis causa, vel alia Canonica ratione; ut aliquando evenisse nobis compertum est.

II. Primo igitur Rambottum inter Canonicos adscriptum tenemus anno 1256. in diplomate dato a Guillelmo pro Monasterio de Domoris, in quo subscriptus legitur sic: *Ego Rambottus Camerini Canonicus*: In Cathedralis Ecclesiae Fabrianensis tabulario vetus charta servatur, cujus particulas sub ejusdem Guillelmi Episcopatu dedimus continens sententiam in Causa appellationis interpositae a sententia D. Rambotti Canonici Camerinensis inter Canonicos Sancti Venantii Fabriani, & Monasterium *Sancti Angeli infra Ostia*

(1) Patet ex diplomate Nicolai IV. quod damus in Appendice ad annum 1288; de quo etiam hic n. XIII. memoriam facimus.

*Ostia* (1) volebant enim Canonici demolitionem novi operis Ecclesiae S. Luciae sitae infra Fabriani moenia; quae sententia a Rambotto lata fuit anno 1262.

III. Sub Episcopo exinde Guidone Archidiaconali dignitate *Rambottum* fulgentem scimus ab illa inscriptione, quam dedimus ad annum 1268. Ejus iterum memoria redit in tabulis servatis in archivo S. Severini, quae cessionem continet a *Rambotto* Archidiacono factam anno 1272, instante Dopno Salimbene Abbate Coenobii Vallis-focinae, de quo infra, Syndico hujus Coenobii in possessionem proficiscendi Ecclesiae, & Prioratus S. Christophori de Monte Nerio [2] vi sententiae ab ipso *Rambotto* dictae. Chartam in Appendice damus.

IV. *Ram-*

(1) Lis fuit, & quidam diuturna inter Canonicos S. Venantii de Fabriano, & Monachos S. Angeli Ordinis S. Benedicti, de qua controversia agit Baldus *Cons.* 216. *n.* 1. Coenobium S. Angeli situm erat non longe ab Oppido S. Anatholiae in nostra Dioecesi inter Apenninorum montium recessus ad occasum illius Oppidi hyemalem. Antiquissimae fundationis est hoc Monasterium, ut diximus Cap. III. Lib. II. num. XIII. Innocentius III. sub SS. Apostolorum Petri & Pauli & sui tutela illud excepit, & diploma dedit *Laterani xij. Kal. Aprilis Indict. vi. Incarnat. Dom. anno MCXCVIII. Pont. vero D. Innocentii Pape III. anno I.* in quo singulae Ecclesiae, & bona ad illud spectantia numerantur: & inter illa habetur prima *Ecclesia S. Luciae de Fabriano*, quam hodie possident PP. Ordinis Praedicatorum. Lapsu temporis Monachi defecerunt, & Monasterii bona Abbati Commendatario data sunt custodienda. Ex iis ultimus Abbas fuit Cardinalis Alexander Farnesius, qui a Paulo III. ejus affini impetravit, ut de redditibus suae Abbatiae Collegiata Ecclesia in Oppido S. Anatholiae constitueretur S. Martino sacra; illiusque Canonici, qui seculo XV. Canonici *S. Angeli infra Ostia* nuncupabantur, Abbatiae census possident cum onere in Apostolicis litteris illis imposito quotannis persolvendi scutata octoginta Cathedrali Ecclesiae Camerinensi pro quatuor Canonicis illius inclyti Capituli.

(2) In Monte Nerio (vulgo *Montenero* dictum) qui ferme totus, qua late patet, situs est in Agro Cingulano lignorum copia, quae quotannis ibi ad mensuram caeduntur non sine magno possessorum emolumento, conditum erat ea tempestate solitarium Monasterium cum Aede S. Christophoro sacra, quod juris erat Monachorum Vallisfocinae, qui Ecclesiae rectorem unum ex hujus Coenobii Monachum ibi constituebant. In istis vero Montibus amplissimam jurisdictionem habebat Defensor filius Ruggerii de Civitella (gens erat illic in partibus potens, & illustris, pluriumque Castrorum Domina quae Cinguli floret adhuc, & inter illustriores Picenae provinciae est adnumeranda *de Comitibus* nuncupata) Jura sua ad Ecclesiam S. Christophori sitam tunc in supercilio montis extendere contendebat Defensor. Rectorem a Monachis constitutum, qui erat Dopnus Atto unus ex ipsis, violenter expulit Defensor; & praedia, aliaque illius Ecclesiae bona, quae Ugolinus Abbas Vallisfocinae ab anno 1257. & ultra possidebat, alteri rectori ab ipso Defensore subrogato, qui fuit D. Jacobus da Auximo assignavit. Conquestus Abbas de sibi illata injuria coram Episcopo Camerinensi confectum fuit ad rei veritatem perspectam habendam plurium testium examen, & inquisitio. Et veritate comperta Rambottus Archidiaconus sententiam suam protulit pro Monachis Vallis focinae; & ad proficiscendum in possessionem Ecclesiae,

IV. *Rambottus* tandem a Clero Camerinensi fuit electus Episcopus. Aera tamen hujus electionis diligenter est exquirenda. Ughellius sic habet. = *Rambottus electus a Capitulo*, 1288. *confirmatus ab Honorio IV. Kal. Junii anno* 1. *ex reg. Vat. ep.* 24. *fol.* 10. = Nil profert de tempore electionis. Confirmationem malè figit, ut mox videbimus. Postremam, quam de *Rambotto* Archidiacono habemus memoriam, tenemus ad annum usque 1272, ex dictis; & primam de illius ad Episcopatum electione accipimus a tabulario Fabrianensis Ecclesiae Cathedralis ad annum 1278. Charta continet mandatum, ut ajunt, procurae factum a Monachis & Abbate S. Crucis de Tripudio, [1] aliisque patronis ad sistendum electum & nominatum Rectorem Ecclesiae S. Laurentii pro confirmatione impetranda confectum anno 1278. die x. Januarii; ibique sic habetur = *coram quocumque jus habente confirmationis Cappellani dictae Ecclesiae; & specialiter coram Canonicis Fabriani, Electo, seu Capitulo Camerini, & Rectore Marchie* = Ecce Guidonem anno 1278, vita jam functum, & ejus successorem *electum*. In illis schedis non memoratur *Rambottus*; attamen electum fuisse *Rambottum* patet in quibusdam aliis tabulis anno 1281. confectis, & ab Ughellio in Episcopis Albanensibus editis [2] ubi de Bentivenga Episcopo agebat Ughellius: quas si prae oculis Scriptor iste habuisset, certior factus esset *Rambotti* electionem, de qua nihil, factam fuisse ante annum 1281. in illis enim tabulis obsignatus legitur *Rambottus Archidiaconus*, & *electus Camerinensis*.

V. Quod vero *Rambotti* electionem posset reddere suspectam duo documenta sunt: alterum spectat ad annum 1283. & est Martini



siae, & bonorum S. Christophori Montioerii delegavit Rambottus Syndicum illorum Monachorum. In tabulario Sancti Severini adest membranaceum Volumen hanc quaestionem continens, a quo facti seriem collegimus.

(1) Coenobium S. Crucis, quod de Tripudio dixerunt vix mill. pass. a Saxoferrato Umbriae Oppido, & Dioeceseos Nucerinae dissitum est. In antiquis schedis aliquando Monasterium S. Crucis comitum de Tripuczo, aliquando de Tripudio vocatur a Castello forte, cujus hodie nomen vix superest *Tripozzo*, seu *Trapozzo* promiscuè ab illarum partium incolis nuncupato. Monasterium censum habet adeo exiguum, ut ad paucos Monachos Camaldulenses, qui illud incolunt, sit pene satis alendos, quum latifundia ad Abbates Commendatarios jamdiu, cum potioribus ejusdem Coenobii censibus transierint. Jura nonnullarum Ecclesiarum sunt apud Abbatem Commendatarium, nonnulla apud Abbatem Conventualem; & inter haec unum illud est S. Laurentii extra moenia Fabriani, cujus meminit enunciatum Fabrianense diploma. Rectoris illius Ecclesiae institutio ad Capitulum tunc Fabrianense spectabat: modo neque ad Capitulum, neque ad Monachos Tripudii: Evasit enim simplex beneficium, cujus jura patronatus contendunt nobilis, & vetustae Quiriniae, seu Guerriniae gentis Fabrianensis haeredes.

[2] Ughel. Ital. Sac. Tom. 1. Episc. Alban.

tini IV. Epistola [1] ad *Rambottum* in Romana Curia commorantem scripta, in qua *Rambottus* non *electus* nominatur, sed tantum *Camerinensis Archidiaconus*: data est littera Urbeveteri v. Id. Febr. anno illius Pont. II. Alterum documentum extat in tabulario Monachorum S. Catharinae de Fabriano scriptum anno 1284. mense Nov. die IV. Indict. XII. sub eodem Martino IV. in palatio *Sancti Victoris de Clusis* (2) in agro Fabrianensi, quo documento patet

[1] Reg. litt. Matt. IV. anno II. Epist. 235. Id mecum communicavit Cl. Garampius vir amplissimus.

(2) Magnam antiquitatem praefert hoc Asceterium, & praelargae donationes sub initio XII. seculi illi factae fundationis ejus initia intra X. seculum aperte demonstrant. Donationes habes in Appendice documentorum Tom. II. Annalium Camaldulensium. Templum habet non magnae molis, sed pulchritudinis non obviae, quod doctissimi Chronistae describunt (Annal. Camal. Tom. II. lib. VIII. n. IV. pag. 290.) In dies sic excrevit hujus Coenobii jurisdictio, ut Castri *Plerosariae* (vulgo *Pierosara*) seu ut nonnulli volunt *Plebis-rosariae* Monachi domini facti sint; illiusque Abbates seculo XI. Episcopali charactere erant insigniti. Documenta habes in Appendice documentorum Annal. Camald. Tom. II. n. CXVII. CXXXIV. CCLXI. Ad hanc Episcopalem dignitatem Abbatibus insignium Coenobiorum probandam extra Italiam testes adhibet Mabillonius (Praef. ad sec. III. Benedict. §. III. n. 28. pag. 153. edit. Rotomag. anni 1732.) Apostolicas litteras Stephani, & Hadriani R. Pont. expeditas pro Monasteriis S. Martini Turonensis, & Dionysii in agro Parisiaco: & Stephani verba profert, utpote ad rem clarissima, & sunt = *Et quoniam ad preces Chludovii filii Dagoberti Regis Domnus Landericus Parisiace urbis Episcopus a sua, & omnium successorum suorum potestate deinceps cum consilio suorum Canonicorum, & Fratrum suorum Coepiscoporum regionis illius, coenobium vestrum, & omnes ad eum servientes Clericos quorumcumque ordinum in procinctu vestri Monasterii absolvit: Nos etiam idem & habere vobis Episcopum per singulare privilegium concedimus, qui de vobis ab Abbate, vel a Fratribus in Monasterio electus, & a Fratribus nostris Episcopis in illa regione consecratus illa vestra Monasteria a vobis edificata provideat, & vice nostri nominis uti, & ubi fuerint rogat, & predicationi tam in ipso nostro Monasterio, quam in sibi subjacentibus deserviat* = Iisdem plane verbis scribit Hadrianus litteras suas. Animadvertit tamen doctissimus Scriptor peculiares Episcopos in Dionysiano Monasterio non ultra imperium Ludovici Aug. perseverasse. Expendit insuper Mabillonius hos Episcopos, quos *Monasteriales* appellat, habuisse plures cellas, seu prioratus, Ecclesiasque subjectas, quae Coenobii, cui illi praerant Episcopi, erant membra, in quibus, quum non facile reperirentur Episcopi Dioecesani, qui munia sacra ab ipsis tantum gerenda, & divini Verbi praedicationem tam in ipso Coenobio, quam in locis illi subjectis adimplerent; provisum propterea fuit, ut ex Monachis unus ordinaretur Episcopus, vel ipsius Monasterii Abbas, vel alius ex ipsis a Monachis selectus ad id perficiendum; eratque Episcopus Monasterialis. Hanc Mabillonii sententiam magis quam illam Natalis ab Alexandro (hist. Eccl. Sec. IV. Cap. V. art. 9. de Mon. S. cult. &c.) amplectimur, qui de his Episcopis simul & Abbatibus, quos *honorarios* vocat, sic loquitur = *Et certe honorarios hujusmodi Episcopos ordinari Canones non patiebantur. Verisimilius est igitur Sanctos illos Monachos consecratos fuisse non honoris tantum causa, sed ut Ecclesiarum vacantium regimini, data occasione, admoverentur, quamvis enim in Monasteriis manerent.* = Habemus itaque post medium etiam seculum

tet domnum Gratiam Abbatem ejusdem Monasterii Nuncium suae prafecturae remisisse = *Dopno Lamberto de Presolio Canonico, & Auditore Ven. Sedis, & Capituli majoris Ecclesiae Camerini, & Dopno Francisco Vicario, & procuratore Rev. Viri d. Rambotti Archidiaconi Sedis, & Capituli praedicti* = Chartam habes in Appendice. Ecce in hac pariter scheda *Rambottum Archidiaconum* dictum non *electum*.

VI. Hujusmodi tamen difficultates solventur producendo Apostolicas litteras Honorii IV. ad Rambottum ipsum Episcopum Camerinensem datas Romae apud S. Petrum VI. Kal. Junii anno I, anno nempe 1285. sic enim ad ipsum Rambottum scribit Honorius = *Dudum Camerinensis Ecclesia per obitum bon. mem. Guidonis Camerinensis Episcopi Pastoris solatio destituta*: (en argumentum certum ad probandum inter *Guidonem*, & *Rambottum* nullum alium praefuisse Ecclesiae nostrae Pastorem; & propterea Petrum II. inter hos locum non potuisse habere supra asseruimus) *dilecti Filii Capitulum ejusdem Ecclesie, die ad eligendum prefixa, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt comode interesse pro futuri substitutione pastoris, prout moris est, convenientes in unum, post habitum super hoc diligentem tractatum, in Jacobum, & Odonem Canonicos ipsius Ecclesie compromittere concorditer curaverunt, promittentes illum recipere in Episcopum, quem ipsi ducerent eligendum. Iidem vero Canonici hujus compromisso recepto pensatis meritis personarum, que tanto congruerent oneri, & bonori, in personam tuam sue considerationis oculos direxerunt, & tandem predictus Jacobus suo, & dicti Odonis nomine de ipsius mandato te tunc Archidiaconum ejusdem Ecclesiae in Episcopum Camerinensem elegit. Postmodum quidem dilecti filii Theodinus, Tufanus, Berardus, Paulus, & Jacobus Canonici Ecclesie S Venantii Camerinen. asserentes Capitulum ejusdem Ecclesie S. Venantii vocem pro tertia parte in electione Episcopi Camerinensis habere, & quod in electione hujusmodi de te celebrata dicti Capitulum fuerant hac vice contempti, suo & ejusdem Ecclesie S. Venantii nomine a processu hujusmodi tue electionis ad Sedem Apostolicam appellarunt. Cumque postea coram dilecto filio nostro A. tit. S. Praxedis Presbytero Cardinali, quem fel. rec. Gregorius Papa X.* pre-



lum XI. in nostra Italia Monasteria, in quibus Abbates non solum munia quasi Episcopalia exercebant, sed etiam ibi praesidebant Abbates simul, & Episcopi ab omni Episcopi Dioecesani jurisdictione exempti, idque probatur documentis Monasterii S. Victoris de Clusis, in quo praesidebat *Moricus* Abbas, & Episcopus; & forsan alibi non deerunt monumenta, si expiscentur, ad id comprobandum. Fatendum interim est non exiguum hoc esse argumentum ad asserendum Monasterium de Clusis ex illustrioribus Italiae aliquando fuisse.

*predecessor noster dederat in hujusmodi appellationis, & negotii principalis causis partibus Auditorem, dicti Canonici se reduci in possessionem, vel quasi juris eligendi Camerinensem Episcopum, & hujusmodi electionem cassari* : (ab his hucusque dictis aperte patet post Guidonis obitum ad eligendum novum Antistitem Clerum Carum Camerinensem in Jacobum, & Odonem Ecclesiae Cathedralis Canonicos compromisisse. Et vi hujus compromissi *Rambottum* Archidiaconum Episcopum electum fuisse post annum utique 1272, & tempore Gregorii X. die prima Septembris anni 1271. (1) ad Petri sedem assumpti. Igitur *Guidonis* obitus est assignandus post mensem Septembris 1272. quo datum fuit diploma Rambotti Archidiaconi, de quo supra n. III. immo post XIIII. diem exeunte Januario XI. Indictione ; quae refertur ad annum 1273 ; ut diximus sub Guidonis Episcopatu ad num. IX. Vix hac electione facta, Canonici Sancti Venantii appellarunt ad eundem Gregorium, qui ad hujus appellationis merita cognoscenda voluit Auditorem Cardinalem Sanctae Praxedis. Obitus proptera Guidonis referendus est infra Gregorii X. Pontificatum, & ante annum 1276. & ante diem x. Januarii, quo suos confecit dies Gregorius. (2) Infra igitur annos 1273. & 1274. obitus *Guidonis*, & *Rambotti* electio est assignanda. Facti seriem ab Apostolicis Honorii litteris prosequamur *dictique Capitulum Camerinensem eandem electionem confirmari, ac eisdem Canonicis super hoc silentium perpetuum imponi*, & *declarari nihilominus eosdem Capitulum & Ecclesia S. Venantii jus in electione Camerinensis Episcopi non habere instantius postulassent : tandem postquam fuerat super hoc in hujusmodi causa conclusum* : (forte favore Canonicorum [3] S. Venantii) *tu jus, si quod tibi in electione hujusmodi de te celebrata competebat, sponte ac libere in nostris manibus resignasti*. (Ecce quare anno 1283, & 1284. Rambottus non est amplius *Electus* nuncupatus, sed tantum *Archidiaconus*, ut supra notavimus ad num. V.) quia videlicet electioni de se factae nuncium remisit.

VII. *Nos itaque* [sequuntur Honorii litterae] *hujusmodi resignationem recepta* [facta sub Martini IV. Pontificatu] *de salubri provisione ipsius Ecclesie sollicite cogitantes, ac demum considerantes attente, quod tu, cujus merita probitatis nobis longa & familiaris experientia reddit no-*

[1] Pag. Brev. Act. R. Pont. sess. CLXXXIV. num. VI.

(2) Pag. ubi sup. n. III.

[3] Habemus enim a publico Archivo Camerinensi inter instrumenta Ser Gabrielis Ser Matthaei Sanctutii Not. anno 1467. praesentationem quam Can. S. Venantii fecerunt ad Episcopatum Camerinensem vacatum per obitum D. Malatestae Episcopi, & nominationem, & electionem factam ad illum.

*nota eidem Camerinensi Ecclesie pro eo specialiter satages tuas vigilias, & spiritualiter & temporaliter reddere fructuosas, quod ipsius ubera te velud peculiarem filium diutius lactaverunt, te de fratrum nostrorum consilio ipsi Camerinensi Ecclesie in Episcopum preficimus, & pastorem, tibique per ven. Fratrem nostrum I. Prenestin. Episcopum fecimus munus consecrationis impendi*: integrum diploma habes in appendice ad annum 1285. Hic habent fines vicissitudines nostri *Rambotti*; quem scimus ab Honorio IV. electum Camerinensem Episcopum; & a Card. Prenestino consecratum ante VI. Kal. Junii anno primo illius Pontificatus, qui fuit annus 1285; non sine magna Episcopi nostri laude: Ad illud enim munus Honorius Rambottum assumpsit ob ejus *merita probitatis* ipsi *longa & familiari experientia nota* (1). Eodem quoque die, mense, & anno simillimas Apostolicas litteras dedit ad Capitulum Ecclesiae Camerinensis, & ad Clerum Civitatis, & Dioecesis, quibus mandat, ut *Rambottum* in Pastorem, & Patrem recipiant, eique obedientiam, & reverentiam impendant.

VIII. Sic ecclesiasticis sedatis contentionibus, & *Rambotto* in sua Sede firmato, Camerinensis quievit Clerus; non tamen Camerinensis populus, qui undique a finitimis gentibus Ghibellinam factionem foventibus divexati sunt. Rainerius proditor anno 1268. agrum Camerinensem depopulabatur. San-Severinates, Tolentinates, Mathilicani Ghibellinis faventes Camerini jura usurpare tentarunt. Martinus IV. anno 1284. Camerinenses monuit, ne Perusinis, & Spoletanis praesto forent suis Apostolicis litteris datis Urbeveteri VIII. Kalend. Jun. anno ejus III. Ab Lilii historia quare id factum sit non liquet. Inter Perusinos, & Fulginates anno 1289. exarsit bellum. Camertes Perusinis, quorum dux erat Berardus filius Gentilis adhaeserunt, contemptis R. Pontificis litteris, & propterea interdicto Civitas fuit supposita. Anno vero 1290. se de delicto Camerinenses Pontifici purgarunt, asserentes in Fulginates, San-Seve-

(1) Ad hujus elogii ab Honorio *Rambotto* facti intelligentiam duas nobis exhibet notitias doctissimus, nostrique amantissimus Antistes Compagnonius ab Ughelliana serie Antistitum Aesinatum haustas. Altera est *Rambottum* nostrum Capellani munere functum fuisse apud Jacobum Sabellium Diac. Card. tit. S. Marie in Cosmedin, qui ad R. Pontificatum assumptus Honorius IV. dictus est. Merito igitur dicit in suis litteris Honorius *Rambottum* assumpsisse ad munus Episcopale ob ejus *merita probitatis* ipsi *longa & familiari experientia nota*. Et hoc fuit fundamentum exaltationis *Rambotti*. Altera est electio ipsius *Rambotti* ad Episcopatum Aesinum, quam tamen Cathedram *Rambottus* recusavit. *Rambotti* nomen non adeo frequens, & obvium, tempus congruens, & propinquitas Civitatum Aesii, & Camerini dilucidè probant Ughellium in Episcopis Aesinis de nostro Rambotto habuisse sermonem.

verinates, & Mathilicanos irruisse justissima talionis lege gentium jure comprobata: favisse Perusinis sibi amicissimis, & antiquissimo foedere junctis; hisque rationibus, & aliis a Camerinensibus coram Pontifice productis, ab interdicto Camerinenses fuerunt soluti die xvi. Maji in Cathedrali Camerinensi coram *Rambotto* Episcopo, Berardo Archidiacono, Joanne Potestate, & Ruggerio Capitaneo & multis aliis. Facti seriem dat Lilius [1] Mathilicani anno 1292, vacante R. Sede Leone filio Paganelli (Huleono dicto) aliisque Camerinensibus corruptis, occuparunt arcem collis S. Mariae. Irruerunt Camerinenses in Mathilicanos, contemptis monitis Pontificiae Sedis Rectorum; arma enim sumpsisse probarunt in Mathilicanos, non solum tamquam hostes R. Sedis, sed tamquam hostes suos; & in Camerinensium potestatem Collis S. Mariae redactus est. Furore perciti Mathilicani Camerinensem agrum vastarunt. Camertes accitis belli sociis Perusinis, aliisque Piceni Guelphis aggressi Mathilicam diripuerunt.

IX. Per haec tempora Camerinum redierunt Grimaldus, & Hugolinus fratres a Cardinali Sabellio militari cingulo ornati, quos Camertes Ghibellini, summo honore exceperunt. Id iniquo animo ferentes Camerinenses Guelphi civile praelium contra illos inierunt in platea S. Mariae; tantoque ardore pugnarunt, ut victores a pugna Camertes Guelphi regressi hostes a Civitate expulerint, & illorum domos, & praedia Rodulpho, & Berardo Varaniis dono dederint. (2) Rainerius interim quamvis aetate longaevus nunquam melior factus, sed in Camerinenses majori semper odio exardescens Tolentinatum, & San-Severinatum copiarum factus Dux contra illos progressus est: non multo tamen post, anno nempe 1295. a Camerinensibus fuit occisus (3).

X. Forte per haec tempora, ni prius, factum est, quod legimus in duabus Apostolicis litteris Benedicti XI. datis Laterani, altera ad R. [4] de Trevisio Comitem marchiae Anconitanae rectorem 6. Id. Dec. anno I, anno scilicet 1303; altera ad Episcopum Auximanum (5) iv. id. Jan. anno I, nempe 1304. quas in Appendice damus; quibus certiores reddimur: *quod olim Potestas, Capitaneus & nonnulli Cives Camerinenses* [utor verbis litterarum ad Episcopum Auximanum] *divina reverentia retrojecta in eundem Episcopum (Rambottum) cui saltem ob Pontificalis honorificentiam dignitatis, fuerat deferendum*,

(1) Lil. hist. Part. I. Lib. I. pag. 51. & seqq.
(2) Lil. hist. Part. I. Lib. I. pag. 58.
(3) Lil. ubi supra.
(4) Rambaldum de quo & Compagnonius in Reg. Pic. lib. iv. num. 111.
(5) Joannes in Auximana Sede florebat ex Mattorell. Hist. Aux. pag. 426.

*dum, & quosdam de Clero Civitatis, & dioecesis Camerinensis ausu sacrilego irruentes illos non sine magne temeritatis audacia capere, & sub custodia ponere presumpserunt, ac tam Episcopus, quam predicti de Clero, dum sub eadem custodia tenerentur, plures donationes, alienationes, obligationes de bonis suis tam ecclesiasticis, quam aliis, pluribus personis fecerunt: nonnulli etiam de Clero predictis eorum resignaverunt beneficia ecclesiastica sic detenti, que aliis tempore detentionis hujus sunt collata, & ad eorum aliqua nonnulli recepti, & in aliquibus instituti:* In litteris ad Rectorem Marchiae alia enunciantur facinora sic: *ac tam ipsis* (nempe *Rambotto* Episcopo, & nonnullis Clericis Civitatis & dioecesis Camerinensis) *quam pluribus aliis de Civitate, & diecesi predicti sunt ablata bona quamplurima mobilia, & immobilia, graviaque ipsis dampna & gravamina & injurie irrogata. Nonnulli preterea tam de Clero, quam de nobilibus & populo ejusdem Civitatis, & diecesis adhuc occasione predicta ab eadem exulant Civitate* &c. mandavit propterea Pontifex donationes, alienationes, & obligationes in prejudicium Episcopi, & aliorum de Clero factas esse revocandas: & Rectorem Marchiae jussit: *quatenus ad reformationem status Civitatis ejusdem opem & operam exhibens efficacem illos, quos ab eadem Civitate invenerit exulantes in eamdem Civitatem reducere non postponat; faciendo Episcopo, & Clericis antedictis bona predicta taliter ab eis ablata restitui, ac de dampnis, gravaminibus & injuriis illatis eisdem satisfactionem debitam exhiberi:* Miramur de re tam celebri, & universae dioecesi sane notissima Lilium, ne verbum quidem fecisse in historia sua; ut neque tempus ab illa argumentari possimus, quo illud accidit.

XI. Interea *Rambottus* tot inter adversa, quae diu seipsum, Clerum, Civitatem, dioecesimque suam perturbarunt, non modico repletus gaudio credendus est, quum Assisio Camerinum pervenit *Joannes a Parma* Ordinis Fr. Min. vir sanctus, totius Ordinis Generalis Ministri munere perfunctus, quem, (si diu vixisset) Jo: XX. Pont. Max. [ut scribit Ciacconius] Ordinum Minorum fautor, proculdubio Cardinalem creasset. Vix Joannes Camerinum ingressus est ad Socios conversus suos dixisse fertur: *Haec requies mea, hic habitabo in seculum seculi.* Quamvis Joannes Camerinum intrasset omnibus ignotus, innocentes pueri per vias exclamare auditi sunt: *Venite, curramus ad Virum sanctum, qui ad divi Francisci pervenit.* Multi ad illum invisendum accurrerunt, multi puerorum voces deriserunt: brevi tamen cognovere, afflante Deo, pueros voces illas emisisse: obiit enim non multo post Joannes eximiis a Deo miraculis illustratus. Contigit hoc anno 1289. Corpus illius

in

(1) in aede Fratr. Minor. Sancto Francisco sacra Camerini summa religione colitur. Joannis acta collegit, & vulgavit cl. P. Camerinius.

XII. Ad acta nunc veniamus nostri Antistitis, quae a tabulariis nostrarum regionum colligere potuimus. Post *Rambotti* inaugurationem, quae, ut diximus, facta est anno 1285, primum documentum de nostro Antistite spectat ad annum 1287, & sunt quatuor diplomata totidem Episcoporum, nempe

Thomae Epis. Interamnensis die 3. Maji 1287.
Accursii Pisaurensis Episcopi die 20. Aprilis 1287.
Berardi Episcopi Auximatis die 22. Aprilis 1287.
Guillelmi Episcopi Calliensis die 18. Aprilis 1287.

qui quatuor Episcopi suas contulerunt indulgentias die, quo *Rambottus* statuit solemniter inaugurare Ecclesiam S. Blasii Monachorum Camaldulensium Fabriani, qui fuit dies secundae Dominicae mensis Maji ejusdem anni 1287: quae documenta in tabulario illius Coenobii servantur. [2] [3]

XIII. Insequenti anno 1288, qui erat II. Pontificatus Nicolai PP. IV. *Rambottus* a Pontifice facultatem petiit ultimas exarandi testamentarias tabulas; & obtinuit datis ad *Rambottum* apostolicis litteris, quas habes in Appendice, *Romae apud S. Mariam Majorem Kal. Dec. Pontificatus nostri anno II.* In iis facultas *Rambotto* datur disponendi de suis mobilibus ecclesiasticis; dummodo *non fuerint*, (sunt verba Apostolici diplomatis) *altaris, seu altarium Ecclesiarum tibi commissarum ministerio, seu alicui speciali Ecclesiarum earumdem divino cultui, vel usui deputata, vel que Ordinis Fratrum Minorum, quem fuisti professus* [en Rambottum inter Fratres Minores adscriptum] *non existant; nec non & quibuscumque mobilibus bonis a te per Ecclesiam, seu Ecclesias licitè acquisitis pro decentibus, & honestis expensis tui funeris, & pro remuneratione illorum, qui tibi viventi servierint, sive sint consanguinei, sive alii juxta Servitii meritum &c. aere alieno deducto prius Ecclesie tue, ut ipsa Ecclesia non remaneat debitis obligata &c.* & tandem vult Pontifex, ut *Rambottus in eorumdem ecclesiasticorum dispositione bonorum juxta quantitatem residui,* er-

[1] Wading. ad Annal. Min. ad ann. 1289. Hist. Seraph. relig. lib. 1. fol. 116, & lib. II. fol. 179.

Lilius hist. di Cam. P. II. Lib. II. fol. 53, & seqq.

(2) Vide App. docum. Tom. v. Annal. Camal. col. 278, & 279. n. clxv.

[3] Habes in Append. ad annum 1286. Apostolicas litteras Honorii IV. *Dat. Tibur. Kal. Oct. anno II. Ven. Fratr. Episcopo Camerinensi*, spectantes ad Rambottum nostrum; quasque in Dissertatione praeliminari Cap. vi. §. II. pag. 63. opportunè illustramus; illasque hic referre ex industria praetermittimus.

*erga Ecclesias, a quibus eadem percepit, se liberalem exhibeat; prout conscientia sibi dictaverit, & saluti anime sue viderit expedire*. Discant Ecclesiarum rectores de rebus ab Ecclesiis acquisitis, quomodo debeant, & possint disponere.

XIV. Post haec *Rambottus* ad divini cultus amplificationem semper intentus processit ad solemniter consecrandam Ecclesiam Monialium S. Salvatoris prope moenia San-Severini, de quibus supra, & anno 1289. die Dominica III. mensis Maji illam inauguravit. Episcopi XXXII. & Archiepiscopi VIII. Indulgentias pariter suas illa ipsa inaugurationis die concesserunt, quorum nomina sunt.

Theochristus Archiep. Andropolensis.
Joannicius Archiep. Morchiensis.
Petrus Archiep. Arborensis.
Joannes Archiep. Nicosiensis.
Matheus Archiep. Cretensis.
Philippus Archiep. Salernitanus.
Taddeus Archiep. Barachensis.
Gerardus Archiep. Maguntinus.
Maurus Episcopus Ameliensis.
Romanus Ep. Croensis [forte Crojensis].
Valdebrunus Ep. Avellanensis.
Peronus Ep. Larinensis.
Bonifacius Ep. Parentinus.
Marcellinus Ep. Turtibulensis.
Bartholomeus Ep. Gajetanus.
Lituardus Episcopus Nepesinus.
Enricus Ep. Tudertinus.
Philippus Ep. Pesulanus.
Guillelmus Ep. Calliensis.
Joannes Ep. Aesinus.
Petrus Ep. Salmaciensis.
Barbantius Ep. Tiburtinus [1].
Gherardus Ep. Anagninus.
Theobaldus Ep. Cannensis.
Egidius Ep. Urbinas.
Franciscus Ep. Fanensis.
Fr. Lambertus Ep. Vigliensis.
Aymericus Ep. Colimbriensis.
Petrus Ep. Trasonensis.



[1] Forte etiam etit nomen hujus Episcopi *Sabantius* . . . . Charta temporum injuria, obscura nimis est.

Monaldus Ep. Auximanus.
Fr. Benvenutus Ep. Eugubinus.
Federicus Ep. Ferrarienfis.
Elefterius Ep. Verulanus.
Fr. Simeon Ep. Affifinus.

Reliquorum feptem Epifcoporum diplomata in Tabulario Sancti Severini, ubi coetera diplomata fervantur, defecerunt. Nicolaus etiam IV. anni unius & XL. dierum eidem templo conceffit Indulgentias per fuas Apoftolicas litteras Reatae datas anno Pont. I. & XIII. Kal. Septembris anni 1288.

XV. Anno item 1291. inauguravit Ecclefiam S. Bartholomaei fitam ad occafum extra moenia Oppidi Serrae S. Quirici ftudio beati Bartholi III. Abbatis Generalis Congregationis Silveftrinorum, a quo hodie templum illud nomen habet; & eft membrum infignis Coenobii ejufdem Congregationis, S. Luciae nomine intra moenia ejufdem Oppidi. Templum illud fitum eft inter fylvas fcopulo montis innixum, cui ipfo inaugurationis die, efflagitante *Rambotto* fuas contulere indulgentias.

Nicolaus Praepofitus Senogallienfis.
Ventura, & Bruno Canonici, & Vicarii generales cum toto Capitulo.
Francifcus Ep. Fanenfis.
Accurfius Ep. Pifaurenfis.
Fr. Benvenutus Ep. Eugubinus.
Henricus Ep. Brixienfis. [1]
Guillelmus Ep. Callienfis.
Fr. Maurus Ep. Amelinus.
Gherardus Ep. Scardonenfis.
Ugo Ep. Caefarauguftanus.
Bulgarus Ep. Perufinus.
Berardus Epifcopus Fulginas.
Fr. Simon Ep. Affifinas.
Johannes Ep. Nucerinus.
Jacobus Ep. Forofempronienfis.
Egidius Ep. Urbinas.
Monaldus Ep. Auximanus.

Do-

[1] Legerem potius *Brixinenfis*. Inter Epifcopos enim Brixienfes. Henricum non recenfet cl. Scriptor *Brixiae Sacrae* Pater Joannes Hieronymus Gradenigus C. R. qui ab anno 1275. recenfet Brixienfis Ecclefiae Antiftitem Berardum, cujus gefta continuata producit ad annum 1308, quo fupremum obiit diem. Henricus, de quo fupra, fuit Epifcopus Brixinenfis, qui anno 1291. Romae degebat, ut ex Germania Sacra T. II. pag. 423.

Documenta ſervantur in tabulario ejuſdem Congregationis Fabriani.

XVI. Ipſemet *Rambottus* indict. VI. quae ſub Rambotti Epiſcopatu ſpectat ad annum 1293, ſuas conceſſit indulgentias templo Sancti Pauli extra moenia San-Severini, quod incolebant Fratres Ordinis Cruciferorum [1] ibi Deo inſervientes, cujus inſtituti aliquid ſub Epiſcopatu Attonis III. diximus. Diploma habes in Appendice.

XVII. In tabulario Fabrianenſi Monachorum Congregationis S. Silveſtri anno 1295. *Rambotti* memoria recurrit. Beatus enim Bartholus III. Abbas Generalis illius Congregationis a *Rambotto* noſtro obtinuit in Civitate Tolentini Eccleſiam *S. Mathaei de Bura*, tunc dirutam, cum bonis illius Eccleſiae, quae patrimonium *Rambotti* dicta ſunt; & haec *Rambottus* Monachis donavit. Poſt hanc donationem tentarunt Monachi Eccleſiam, & Aedes S. Mathaei reficere: Canonicos vero Collegiatae Eccleſiae Tolentini Monachi habuerunt averſos; & Monachi a *Rambotto* alium expetierunt ſitum in ea civitate ad Monaſterium aedificandum. Attamen anno 1296. Eccleſia Sancti Mathaei fuit reſtaurata cum domibus pro Monachis, qui, poſtquam aliquandiu Eccleſiam illam curarunt; ibique Deo inſervierunt, a presbyteris dictae Eccleſiae Collegiatae male habiti, immo etiam percuſſi locum illum coacti fuerunt derelinquere: & *Rambottus* aliam illis Eccleſiam dedit ſub titulo S. Nicolai, quam etiam anno 1527. Monachi tenebant ab anno 1297, quo



[1] Templo S. Pauli erat annexum hoſpitale, quod a Cruciferis regebatur. Regularis hic ordo, qui in Anconitana Marchia ſeculo XII. jam vigebat, San-Severini poſſidebat non ſolum templum divi Pauli cum domibus annexis; ſed & Xenodochium cum Eccleſia *S. Severini a ponte* nuncupatum illis a Capitulo S. Severini conceſſa; quam poſtea ceſſionem ſuis Apoſtolicis litteris Clemens IV. adprobavit. Edidit P. Antonius Maria a Monteſancto Capuccinus libellum documentorum typis Dominici Poggiatelli Roncilioni anno 1742; & inter illa documentum legitur ſignatum n. x continens Ceſſionem quamdam jure emphiteutico factam a Presbytero Epiſcopo Firmano cujuſdam ſylvae, aliorumque bonorum pro Xenodochio Pontis Potentiae, & pro ipſo Fr. Junipero, ſuiſque Fratribus anno 1182. De Xenodochio Pontis Potentiae ſermonem habuimus ſub Attone III. De origine, & fundatione hujus Ordinis agit Benedictus Leonius, (fol. 13. edit. Venetae 1599.) qui litterarum Apoſtolicarum Honorii III. pro Coenobio Pontis Potentiae hanc affert particulam = *Sane in hoſpitali Pontis Potentie ſito in ſtrata publica Dioeceſis Humanatis hoſpitalitatis gratia ita vigere dignoſcitur, ut magnis, & parvis, divitibus, & pauperibus, ſanis, & infirmis, quorum ad locum ipſum confluit non modica multitudo, ſecundum uniuſcujuſque qualitatem & ſtatum conſuete proviſionis ſolatium ibidem officioſiſſime impenditur* = Aſſerit etiam Leonius (pag. 32.) Epiſcopum Anconitanum ſub Lucii III. Pontificatu iiſdem Cruciferis Eccleſiam S. Leonardi prope pontem Comorella dictum donaſſe. A ſchedis Montecchianis accepimus, domum, & Eccleſiam S. Mathaeo ſacram Fr. Cruciferos tenuiſſe in illo Oppido; qui ſubſequentibus ſeculis defecerunt.

quo illis haec nota Ecclesia fuit assignata. Quo anno Monachi defecerint in illa Civitate, non patet.

XVIII. Ejusdem *Rambutti* memoria passim habetur in pluribus praedicti S. Severini tabularii schedis; & praesertim in quibusdam publicis Tabulis inter Monachos S. Mariae Vallis-focinae (1) & San-Severinates confectis anno 1298, quo Monachi San-Severinatibus Castrum Ilciti, quod illi Monachi cum potestate gladii possidebant, cesserunt; quae tabulae assentiente *Rambotto*, scriptae fuit; & illas referre piget in Appendice, nimis longas.

XIX. Apud Tolentinates piae quaedam foeminae simul convenerunt in aedibus Ecclesiae S. Agneti sacrae proximis, victumque ostiatim mendicantes, quoddam quasi Monasterium efformarunt. Nulli adstrictae regulae vivebant, quamvis unam ex ipsis sibi gubernatricem, & moderatricem statuissent. Syndicum selegerunt, qui sibi praesto esset; & hujus operâ institerunt coram *Rambotto* pro licentia amplexandae regulae pauperum inclusarum S. Damiani; quod illico obtinuerunt. Aedes, quas illae mulieres incolebant cum templo illis juncto, & campis Ecclesiae addictis, quae omnia juris erant Ecclesiae Camerinensis, *Rambottus* illis largitus est per acta Francisci Massei Episcopalis Cancell. anno 1298. die 20. Aprilis. Immunes Episcopus illas dixit a jurisdictione Episcopali onere imposito quotannis persolvendi in die Assumptionis B. V. M. libram unam cerae albae laboratae Ecclesiae Camerini. Tolentinates ad illarum regimen Syndicum praefecerunt, certumque annuum subsidium illis assignarunt. Hinc factum est, ut anno 1599. Moniales ab Episcopo fuerint perpetua clausura adstrictae, & aliquandiu sub disciplina Fr. Min. vixerint; e quorum regimine fuerunt postea exemptae. Haec e schedis Tolentinatibus excerpsimus.

XX. Ram-

[1] Inter praerupta Apennini Montis juga inter hyemalem Occasum, & Meridiem Pyri in aperta, & amoena Valle *Focinae* nomine vocata situm erat seculo XI, & ultra insigne Coenobium S. Mariae Vallis-focinae Ordinis S. Benedicti, quod toties jam memoravimus, & infra etiam memorabimus a San-Severino IX. circ. mill. pass. dissitum. Ampla latifundia, jura, & Sacerdotia possidebant Monachi, quae in Lucii III. R. Pont. Apostolicis litteris, quas in Appendice damus, & quibus Monachi, illorumque bona sub Apostolica tutela suscipiuntur, sunt enunciata. In Castro Ilciti, (vulgo *Elcito*, & *Lucito* dicto) eminenti scopulo innixo non longe a praedicto Monasterio dominabantur Monachi, Attamen Castri incolae temporalis jurisdictionis Monachorum regiminis pertaesi, Castrum relinquere, & longius abire statuerunt; ni Monachi Castrum ipsum San-Severinatibus vendidissent. Monachi, illorumque Abbas Manfredus receptis ab hominibus Ilciti 2750. lib. Rav. & Anc. populo libertate donato Castrum Communi San-Severini vendiderunt anno 1298, adsentiente *Rambotto*; & homines Ilciti anno insequenti 1299. sese San-Severinatibus dediderunt, addita juramenti fide, quo se numquam ab illius Oppidi subjectione recessuros pollicebantur.

XX. Rambotti vitae feriem extendit Lilius (1) ad annum 1300; & non ultra. Nos vitam illum duxisse ad annum 1304, & 1305. infra probabimus. Et primo quidem e schedis, in archivo PP. Praedicatorum ad S. Dominici de San-Severino patet *Rambottum* anno 1304. adhuc in vivis fuisse. Praesul iste templum S. Mariae de Mercato (de quo sub Eudone) quod nunc a S. Dominico nomen habet, solemni ritu inauguravit hoc anno. Indulgentiae festivo illo die templo inaugurando datae sunt suis Episcopalibus litteris a Gradensi Patriarcha, & a LXVIII. Episcopis, qui unanimes illas concesserunt. Suas etiam contulit B. Benedictus XI. P. M., & Dominico die IV. mensis Junii fuit templum illud solemniter inauguratum anno 1304. Litterae Rambotti inter alias a P. Catalanio (2) V. C. referuntur in suis ad R. Pontificale Commentariis, Episcoporum nomina sunt.

Fr. Egidius Patriarcha Gradensis.
Fr. Paulus Ep. Melfictensis.
Petrus Rubensis.
Leonius Vigliensis.
Robertus S. Angeli de Lombardis.
Rogerius Esculanus.
Bartholomaeus Montis Corbini.
Petrus Vulteraniensis.
Fr. Daniel Raudomensis.
Stephanus Lavellensis.
Saracenus Melphiensis.
Guido *forte* Necastrensis.
Bartholomaeus Teramulanus.
Placidus Andriensis.
Leo Ostiensis.
Rogerius Aquilanus.
Rambertus Castellanus.
Benedictus Dragonensis.
Pascalis Larinensis.
Bartholomaeus Aquilensis.
Jacobus Faventinus.
Fredericus Valvensis.
Guillelmus Bojanensis.
Sinibaldus Guardiensis.
Bonus-Joannes Esculanus.

Rai-

(1) Part. II. Lib. II. pag. 61.

(2) Catal. in Pontif. Rom. Comm. T. I. §. IV. pag. 46. n. 19. Tit. I.

Rainaldus Aprutinus.
Petrus Theatinus.
Joannes Crutatenſis.
Odonus Archiep. Tranenſis.
Andreas Sorienſis.
Johannes Calienſis.
Johannes Soranus.
Petrus Calvenſis.
Mathias Cajetanus.
Lannus Nolanus.
Petrus Piſaurenſis.
Thomas Acerranus.
Nicolaus Thennenſis.
Laurentius Aquinenſis.
Rainerius Velletrenſis.
Ugo Catanenſis.
Franciſcus Avellinus.
Franciſcus S. Agathae.
Robertus Avellanus.
Guillelmus Lanienſis.
Stephanus Nucerinus.
Johannes Fundanus.
Riccardus Tricaricenſis.
Petrus Aveſſanus.
Willelmus Florentinus.
Johannes Bitectenſis.
Fr. Johannes Juvenarienſis.
Nicolaus Cannenſis.
Aymidius Salpenſis.
Jacobus Theleſanus.
Petrus Cajacenſis.
Jacobus Archiep. Neapolitanus.
Radulphus Equenſis.
Guillelmus Polienſis.
Fr. Petrus Trojanus.
Joannes Puteolanus.
Ambroſius Beneventanus.
Wulfangius Bethlemitanus.
Joannes Caprulanus.
Rodulphus Forolivienſis.

Haec Epiſcoporum nomina ex pluribus diplomatibus illorum Anti-
ſti-

ſtitum collegimus, quae utinam olim, (ut hodie) cuſtodita fuiſſent, non ſic languidi characteres, & obſcuri evaſiſſent, ut vix plurimis in locis legi poſſint: & idcirco timemus in varios incidiſſe errores in exſcribendis nominibus Epiſcoporum, & ipſarum Eccleſiarum queis certiores reddimur *Rambottum* anno 1304. adhuc in vivis fuiſſe: immo & anno 1305. *Rambottum* Eccleſiam ſuam gubernantem comperimus a quibuſdam publicis tabulis, quae continent venditionem a noſtro Epiſcopo factam anno 1305. Nicolao Palmerii Sindico Fratrum Minorum S. Geneſii unius domus poſitae in Caſtro S. Geneſii in regione, quae dicitur *Caput Caſtelli*, una cum platea poſita ante ipſam domum, & duabus Campanis *pretio centum & decem librarum*. Corrigenda videtur hiſtoria Seraphica Fr. Petri Rodulphi a Tuſſignano, poſtea Epiſcopi Senogalienſis [Lib. II. pag. 257. a tergo edit. Ven. anni 1586.] in qua haec venditio recolitur, & ibi loco *Caput Caſtelli* legitur *Capella Caſtelli* [1].

XXI. Ad *Rambottum*, de quo uſque ad annum 1305. egimus, ſpe-

(1) In quarterio *Caput Caſtelli* dicto apud Geneſinos ſedem habebant nobiles ſolùm Cives illius Oppidi, qui Eccleſiam ibi condiderunt S. Petro ſacram, in eaque conſtituerunt rectores animarum illius quarterii Monachos S. Mariae de Inſula, de quibus ſermonem habuimus Cap. I. Lib. II. n. II. Abbas vero deſtinabat ibi ex Monachis forte ſuis unum Rectorem, qui Paroeciam gubernaret; idque factum eſt anno 1216, quo Ubaldus Abbas illius Monaſterii rectorem, & Capellanum ordinavit dopnum Baroncellum, quem Monachum illius Coenobii fuiſſe dijudico. Anno vero 1271. Monachi de Inſula, & pro ipſis ſindicus conſtitutus ceſſerunt Eccleſiam S. Petri Fratribus Min. de S. Geneſio = *Propter pias cauſas, & honeſtas ſcilicet meliorem cultum divinum &c. cum campanis, & ornamentis altaris cum ipſo Coemeterio, & cum circuitu de jure pertinenti ad ipſam Eccleſiam; ſalvis, & reſervatis, & exceptis parochianis, & poſſeſſionibus, ſi quas habet vel habere debet, quos, & quas dictus ſindicus nomine Abbatis, & Monachorum predictorum reſervat, & reſervari vult ad dictum Monaſterium in decimis primitiis, & oblationibus*. Haec e ſchedis Coenobii S. Petri collegimus. *Guido* exinde, poſthabitis Monachorum juribus rectorem S. Petri conſtituit Albertum Magiſtri Gentilis Canonicum plebis S. Geneſii, qui illam curavit ad annum 1278, quo illam ſponte dimiſit cognoſcens eandem Eccleſiam ſe *contra juſtitiam detinere in manibus dopni ſupradicti Abbatis monaſterii*. Et Fratres Minores ad primaeva jura illis a Monachis de Inſula conceſſis redierunt. Hinc colligimus per illa tempora conſtitutum jam fuiſſe in illo Oppido Geneſino Collegium Canonicorum in quo florebant cum Plebano quatuor Canonici. Subſequentibus vero ſeculis numerus Canonicorum excrevit; & hodie ſex Canonici cum Archipresbytero vetus Capitulum componunt. Ad numerum vero XIX. Canonicorum tandem devenerunt qui capitularibus actis interſunt ſimul, quando Capitulum habeatur commune, in quo Canonici Veteris Capituli ſemper aliis praecedunt, quamvis unuſquiſque ſuum ibi praeſtet ſuffragium: alias Capitulum vetus res ſuas, ſeclusis aliis, decernit. Caeterum inter nobiliores noſtrae Dioeceſeos Eccleſias Collegiatas jure & merito Geneſina Eccleſia eſt recenſenda. Habet templum non exiguae magnitudinis cum XIV. ſacellis affabre laboratis & etiam auro ornatis cum amplo Sacrario pro Archipresbytero, Canonicis, Manſionariis, & ejuſdem Eccleſiae non pauco Clero.

ſpectat inſcriptio illa, quae affixa legitur intra Eccleſiae Cathedralis ambitum ad dexteram, & prope oſtiolum, quod meridiem reſpicit, cujus tenor eſt

D. O. M.
RAMBOTO. VI
COMĀNO. II. CAMER.
SVE. CIVITATIS
EPIS. NOBILES. VI
CoMĀNI. POSVERE

Haec inſcriptio quanti valeat viderint eruditi.

XXII. Lapidaria illa inſcriptio ad frontem exterioris templi parietis in Cathedrali Eccleſia nuperrime appoſita recolit *Rambottum* Vicomannium Epiſcopum ad annum 1248. illam Eccleſiam inaugurantem; & illo anno 1248. Rambotto ſedem aſſignat: attamen operae pretium eſt tantiſper ſubſiſtere, & prius inſcriptionem proferre. Ea hujuſmodi eſt.

VETUSTUM. TEMPLUM. A. RAM
BOTTO. VICOMANNIO. A. CIↃC
CXLVIII. MARIAE. COELESTI. NUN
CIO. OBSEQUENTI. DICATUM.
CREBRIS. TERRAE. MOTIBUS. CON
CUSSUM. EXTERIORE. COLLABEN
TE. PARIETE. OPE. ET. OPERE
FRANCISCI. VIVANI. EMERITI
ANTISTITIS. ELEGANTIVS. RE
PARATUM. A. D. MDCCIL.

Auctor hujus Inſcriptionis dat *Rambottum* Antiſtitem Camerinenſem anno 1248. quod, ſi documentis ſuſtinere poſſemus, iſte *Rambottus* eſſet *primus*, qui e nobili Vicomannia [ut credunt] gente Camerinenſem rexiſſet Eccleſiam. Lilius vero [1] & ante Lilium Ughellius unius tantumodo *Rambotti* memoriam fecerunt; qui fuit, ut ſupra dictum eſt, anno 1285. Epiſcopus inauguratus, attamen aſſentiri non poſſumus quorumdam interpretationi, (2) qui *Rambottum* iſtum faciunt *Secundum* Epiſcopum patria Camerinenſem, qui ſuae patriae Epiſcopatum tenuerit. Quis enim divinare audeat, quot Epiſcopi

(1) Part. II. Lib. II. pag. 61.

[2] Lil. ubi ſupra.

ſcopi patria Camerinenſes ſedem illam tenuerint, illo praeſertim tempore, quo penes Capitulum Epiſcoporum electio manſit? Inſcriptio propterea de noſtro *Rambotto* tam informis, & chronologicis numeris deſtituta eſt deſpicienda. Et unum Rambottum Camerinenſi Cathedrae conſignamus.

XXIII. Antiqui item documenti legitimum ſuffragium requirere poſſumus ab Auctore nuperae inſcriptionis, ubi ait templum illud a *Rambotto* Deiparae ab Angelo annunciatae dedicatum. Non potuit ſiquidem *Rambottus* illo anno Eccleſiam Mariae Virgini dicare, quum antiquiſſima Eccleſia Cathedralis jam fuerit beatae Virgini dicata: idque conſtat quampluribus documentis, quorum aliqua in noſtra Appendice habentur, & praeſertim *Laurentii*, *Terramundi*, *Acceptantis*, & aliorum. Poſt Camerini vaſtitatem, quae facta eſt anno 1259, fuit vel novum Templum aedificatum, vel vetus reparatum tempore *Guidonis* fide inſcriptionis, quam ſub illius Epiſcopatu dedimus, & Lilii [1] ſcribentis tempore *Guidonis* Cathedralem Eccleſiam a Camerinenſibus fuiſſe reſtitutam. *Rambottum* vero dicantem Eccleſiam illam nulla nos documenta monent; quamvis *Rambottus* noſter ad inaugurandas Eccleſias ſuum ſtudium impiger impenderit. Immo vero antiquam Eccleſiam Cathedralem fuiſſe *Mariae coeleſti nuncio obſequenti* dicatam nullo prorſus documento probatur. In antiquis municipalibus Camerini legibus erat ſtatutum = *Item Eccleſiae Beatae Mariae Virginis Epiſcopatus de Camerino quolibet anno, & quolibet feſto B. M. Virginis duos duplerios cerae ponderis xx. librarum cerae pro quolibet* = ex quo patet templum Camerinenſe Beatae Mariae ſine ulla diei Feſti expreſſione fuiſſe dicatum: idque firmatur publicis tabulis confectis in ſolemni ejuſdem templi inauguratione a Hieronymo de Bobus Epiſcopo anno 1588. peracta, in quibus aſſeritur Deiparae Virgini Mariae templum fuiſſe dicatum, illaſque in Appendice damus. Attamen ſeculo XII, & XIII. ſolemniori prae coeteris ritu Virginis *ad Coelum aſſumptae* feſtum diem ibi fuiſſe habitum è documentis haurimus in noſtra Appendice relatis, & praeſertim *Terramundi* anno 1122, *Attonis II.* anno 1192, *Attonis III.* anno 1218, & tandem noſtri *Rambotti* anno 1298. e ſchedis Tolentinatum Monialium S. Agnetis. Hi Epiſcopi Canonem quibuſdam Eccleſiis perſolvendum aſſignant Cathedrali Eccleſiae feſto die *Aſſumptionis Mariae*: quod omnino innuit ſolemniorem prae coeteris feſtum illum diem utpote Eccleſiae principis tunc forte titulum.

XXIV. Poſt templi ruinam, quando novo templo conſtructo, no-

Hh

[1] Part. II. Lib. I. pag. 29.

nova ejusdem inauguratio poterat locum habere ; & antequam Episcopus de Bobus illud solemniter consecrasset, in suis de hac inauguratione confectis tabulis, nulla reperitur, ut ipse Episcopus asserit, memoria de hujus Templi consecratione ante ea tempora peracta. Quomodo igitur Auctor novae inscriptionis post lapsum duorum circitet seculorum hujusmodi inaugurationem asserere potuerit factam a *Rambotto* anno 1248. intelligere non possumus nisi documenta proferantur. Quali propterea indigeat castigatione nova haec inscriptio nemo non videt. Matthias Precettus Ictus, & Patricius Camerinensis doctrina clarissimus, dum in vivis ageret, sensus meos approbavit, & nonnulla mecum ad hanc sententiam firmandam documenta humanissimè communicavit.

XXV. Dum suam regebat Ecclesiam noster Rambottus, anno nempe 1290. supremum clausit diem *Joannes a baculo* nuncupatus Ord. S. Benedicti Congregationis Silvestrinae, sanctitate insignis, & miraculorum numero, & magnitudine undequaque celeberrimus. Ad probanda haec miracula, quae Deus ad glorificationem Servi sui in dies operabatur, suam navavit operam Rambottus. Audiamus, quae Ven. Domnus Andreas Jacobi Scriptor coëvus actorum Beati Joannis proferat in capite ubi agitur = *De modo quo fuerunt approbata miracula Beati Joannis = Veniam igitur ad pauca de multis scribendum miracula, que, ut omni suspicione careant, & ipsorum fides in cordibus omnium integra perduraret, fuerunt manu publica, & testibus juratis eorum fide dignis, & sapientibus viris ad hoc specialiter deputatis infrascripto modo clarius approbata. Nam Venerabilis Pater Rambottus Camerinensis Episcopus dnūm Saverem Artemisii de Fabriano juris peritum, & Canonicum Ecclesie majoris de Fabriano, & dopnum Joannem de Somaregia virum honestum, & discretione conspicuum inquisitores ad recipiendum depositionis testium, & juramenta singularum personarum super miraculis Beati Johannis supradicti, duobus sapientibus secularibus Tldibrando de Clavellis, & Moricutio Benencasa adjunctis eidem. Qui fideliter per Tinctum Vegnati scribam publicum multa miracula juratis testibus approbata redegerunt in scriptis* = Haec Ven. Andreas Rambotto coaëvus ; Abbas enim Generalis suae Congregationis fuit electus anno 1298 ; & die prima Augusti ultimum clausit diem Romae anno 1326. in Coenobio, ut dicunt, S. Gregorii. Et haec dicta sint satis de tam egregio Ecclesiae nostrae Pastore.

LI-

# LIBER QUINTUS

## AMPLECTITUR CHRONOTAXIM ANTISTITUM SEC. XIV. ET XV.

## CAPUT I.

### *De Andrea, & Berardo Epiſcopis.*

I. *Pax inter Camerinenſes, San-Severinates, Mathilicanos, & Fabrianenſes firmatur.*
II. Andreas *primus Epiſcopus ſeculi xiv.*
III. *Figitur aera Epiſcopatus* Andreae, *ejuſque mortis. Habuit ſuum Vicarium Joannem Epiſcopum Nucerinum.*
IV. *Succeſſor Andreae fuit* Berardus.
V. *Fuit hic Epiſcopus ignotus Ughellio; vix notus Lilio.*
VI. *Creſcentius Abbas S. Victoris de Cluſis obtinet gubernationem Parthenonis* Infra ſaxa *dicti in agro Fabrianenſi. Anno 1320. a* Berardo *Creſcentius Abbatiâ ſpoliatur.*
VII. Berardi *Epiſcopatus firmatur monumentis reformantibus hiſtoriam Civilem Camerinenſem.*
VIII. Berardus *ſolvit 100. flor. auri debitos ab Andrea ſuo Praedeceſſore Collegio Cardinalium.*
IX. *Unit Coenobia Vallis-focinae, & S. Mariani anno 1327, qui fuit ejus annus emortualis, & illuſtratur hiſtoria Monaſtica.*

I. AD xiv. ſeculum Epiſcoporum chronotaxim perduximus, qua nihil implicatius, mendiſque plenius in Ughellio reperitur. Antequam tamen ad Epiſcopos hujus ſeculi ſermonem vertamus, injucundum non erit proferre, quae e Mathilicano priorali Archivo deprompſi ad Camerinenſem hiſtoriam illuſtrandam valde opportuna. In illo igitur tabulario *inſtrumentum* habetur confectum anno 1306. *Pacificationis inter Commune Camerini ex una parte, & Commune Fabriani, San-Severini, & Matelice ex altera juſſu, & auctoritate Guilelmi Gabalitanorum Epiſcopi, & Pulifortis Abbatis Lumberienſis &c. electi per SS. Dominum noſtrum Clementem Summum Pontificem ad pacificandas Provincias Tuſcie, Marchie Anconitane, Ro-*

*mardiole*, *& Civitates Bononie*, *Perusii*, *Tuderti*, *Reate*, *Urbini*, *& loca circumvicinia*, *& Ducatus Spoletani*, *& consilio*, *& opera nobilis & potentis Viri Domini Rambaldi comitis de Treviso Marchie Rectoris*, *& Venerabilis Patris Domini Friderici Episcopi Recanatensis*, *& Venerabilis Patris Domini Gabrielis de Mediolano legum doctore in Marchia Anconitana in spiritualibus Rectoris &c.* = Supradicti pacificatores Camerini existentes vocarunt coram se *Brodarium de Saxoferrato Capitaneum Camerini*, *Dominum Berardum de Varano*, aliosque Nuncios *ex una parte*, *& nobilem Militem d. Tomassum de Labro Potestatem Fabriani*, *d. Rainaldum de Castelliono judicem Sancti Severini*, *& d. Jacobum de Aquapendente Vicarium Potestatis Matelice*, *una cum Ambasciatoribus Fabriani*, *S. Severini*, *& Matelice*, *qui nomine eorum Communium personaliter una cum predictis Potestate Fabriani*, *Vicariis S. Severini & Matelice ad invicem.* Singulas acceptas injurias sibi condonarunt, odia deposuerunt, pacemque perpetuam spoponderunt. Post haec pacificatores excommunicationis sententiam, aliasque poenas pacis violatoribus indixerunt. Hinc statuerunt ut singuli illorum communium homines XVIII. annorum majores, & LXX. minores, tactis sacrosanctis Evangeliis jurarent, infra octo dies pacem initam omnino servare; quod jusjurandum factum voluerunt coram Procuratoribus Oratorum dictorum Communium. Inter caetera etiam statuerunt = *Ut Commune Camerini*, *vel singulares persone habentes banderias*, *vel aliqua arma cum signis S. Severini*, *Fabriani*, *& Matelice capta in preliis*, *& conflictibus inter eos*, *infra tres dies de Ecclesiis*, *& locis publicis amoveant*, *& omnina destruant* = Et idipsum voluerunt ab aliis Communibus hujusmodi signa victoriae possidentibus = *Item pro bono pacis inter dictas partes*, *& pro conservatione dicte pacis & amicitie sub predictis penis* = praecipitur = *quod Commune Camerini eligat quatuor*, *sex*, *vel octo probos & sapientes Viros Civitatis Camerini infra octo dies; & quilibet ex dictis Communantiis Sancti Severini*, *Fabriani & Matelice in dictum terminum deputet totidem; & quilibet ex dictis Communitatibus & singulares persone*, *& patres familias dent plenam potestatem illis*, *quos duxerint eligendos*, *tractandi*, *ordinandi & faciendi sponsalia*, *& matrimonia infrascripta*, *& si opus fuerit in totum*, *vel in partem dotondi de bonis predictarum Communitatum. Per predictos autem probos viros deputandos ordinetur*, *quod de Civitate Camerini maritentur quadraginta mulieres*, *quarum alie sint de majoribus*, *alique de mediocribus*, *& alique de aliis dicte Civitatis in Castro S. Severini*, *& viginti in Castro Matelice*, *& decem in Castro Fabriani* : *& vicever-*

*versa quadraginta mulieres de majoribus, mediocribus & inferioribus Castri S. Severini, viginti de Castro Matelice, & decem de Castro Fabriani maritentur in dicta Civitate Camerini, & de dictis matrimoniis compleatur & fiat tertia pars infra duos menses proximos, alia vero tertia pars in alios duos menses tunc subsequentes, & alia tertia pars in alios duos menses post dictos quatuor menses immediate sequentes. Illi autem, qui accipient in uxores mulieres Camerini, sint & reputentur cives predicte Civitatis, & illi de dicta Civitate Camerini, qui recipient in uxores mulieres dictarum terrarum Fabriani, S. Severini, & Matelice sint & reputentur Castellani illius terre, de qua originem uxor accepit eorumdem. Jurent autem, qui ad predicta facienda fuerint deputati, predicta tractare, ordinare bona fide, & absque fraude, & dolo; quod, si non fecerint, in ipsos in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus* = Tandem Vicario Episcopi Camerinensis praecipitur, ut *moneat per suas patentes litteras sub poena excommunicationis semel in anno, cum celebraverit Sinodum, predicta Communia, quod servent pacta, & ordinamenta predicta sub poena excommunicationis contra eos, qui contrafecerint &c. Acta sunt haec sub anno Domini 1306. indict. 4. tempore D. Clementis PP. V. die 10. mensis Februarii in palatio Communis Camerini &c. Et ego Asculanus Johannis Not. publ. rog. scripsi &c. &c. &c.*

II. Ad Episcopos veniamus. Primus hoc seculo in Cathedra Camerinensi floruit *Andreas*; illumque profert Ughellius sic = *Andreas Eugubinus fuit Camerinorum Pontifex usque ad annum* 1300. ideoque *Andreae* Episcopatus infra XIII. seculum ab Ughellio ponitur. Lilius [1] illum recenset inter Episcopos circa haec tempora, & sententiam etiam nonnullorum affert, qui asserunt hunc *Rambotto* successorem, & non errant. Attamen si *Rambottus* vivebat adhuc, ut supra probatum est, anno 1305, non possumus *Andreae* sedem figere usque ad annum 1300; sed sedes illa transferenda est post annum 1305, quo florebat *Rambottus*.

III. Et revera anno 1308. *Andreas* erat Episcopus ordinatus die 28. mensis Martii ex documento tabularii Cathedralis Fabrianensis Ecclesiae (quod a cl. Canonico Buto humanissime accepimus) continente sententiam favore Prioris, & Canonicorum S. Venantii Fabriani datam a Joanne Nucerino Episcopo Vicario generali *Ven. Patris D. Andree Camerinensis Episcopi sub anno MCCCVIII. indict. vi. tempore Domini Clementis Pape V. die xxviij. mensis Martii Gualdi in domo Episcopatus Nucerini*. Documentum habes in Appen-

[1] Part. II. Lib. II. pag. 61.

pendice. Hinc patet, si *Rambottus* ad annum 1305. vivebat adhuc Episcopus, ut supra probavimus, & die 28. Martii 1308. *Andreas* inauguratus habetur Episcopus, aeram electionis *Andreae* figendam esse circa annum 1307. Sedem autem Camerinensem per obitum nostri *Andreae*, anno 1310. die 2. mensis Maji vacantem aperte colligimus a diplomate in eodem Fabrianensi tabulario, Ecclesiae Cathedralis servato Arnaldi tit. S. Mariae in Porticu Diaconi Cardinalis, & Apostolicae Sedis Legati expedito favore Abbatis, & Conventus Monasterii S. Mariae de Apennino [1] Ordinis S. Benedicti Nucerinae Dioeceseos, cujus Monachi ab Arnaldo Cardinale Legato facultatem petierunt transferendi quandam Ecclesiam sub invocatione S. Christophori in Giclano in agro Fabriani Camerinensis Dioecesis sitam *in loco deserto*, *& propterea iis*, *qui sunt*, *& esse debent* (sunt verba diplomatis) *ejusdem Ecclesie parochiani propter loci inhabilitatem*, *atque distantiam tam in Divinis Officiis celebrandis*, *quam in ministrandis Ecclesie sacramentis servire comode nequeant*; ad domum seu territorium Bonepartis, & Gualteruntii existentem in Camerinensi Dioecesi. Annuit Arnaldus, dato Monachis jure a quocumque catholico Episcopo suae delegationis recipiendi primum lapidem benedictum; *cum Camerinensis Ecclesia* (sic diploma) *vacet ad presens*. Certum ergo est III. non. Maji Camerinum sine Pastore fuisse anno 1310. Documentum habes in Appendice.

IIII. Post *Andream* nobis Ughellius exhibet *Franciscum* electum a Jo. XXII. anno 1328. Quis vero per annos XXVIII. nostram rexerit Ecclesiam Ughellius, & illius illustrator Coletus ignorant. Nos, qui post *Rambottum* ad annum 1305. Episcopum anno 1308. Ecclesiae hujus probavimus *Andream* fuisse Rectorem, & die 2. Maji anni 1310. vita jam functum, certis sisi documentis post dictum annum 1310. Andreae successorem proferimus *Berardum*; de quo prima memoria occurrit in Apostolicis litteris Clementis V. datis XI. Kal.

[1] Monasterium *S. Mariae de Apennino* ad radices jacet Montis Apennini in Agro Fabrianensi, & in Dioecisi Nucerina v. vel VI. mill. pass. a Fabriano remotum prope eum locum, ubi illarum partium antiquarii figunt jam dirutum Castrom *Rocca Apennini* nuncupatum. Eugenius IV. mensae Ecclesiae S. Venantii Fabriani anno 1441. bona illius Asceterii concessit, suppresso titulo Abbatiali, & regulari ordine, qui inibi florebat. Usque ad haec tempora Capitulum S. Venantii Monasterium illud possidet, deperditis tamen pluribus Sacerdotiis, & juribus ab illo olim possessis. In Hadriani IV. R. Pont. Apostolicis litteris illi Coenobio permulta praedia, & jura super XXX. Ecclesiis confirmantur. Ecclesia S. Christophori in litteris Arnaldi enunciata a colle Giclano, hodie vulgo *Cerchiano* ad domum Bonepartis, & Gualterutii translata est, & existit adhuc extra moenia Fabriani prope portam suburbii S. Nicolai, jure tamen parochiali spoliata.

Kal. Junii anno V. sui Pont. 1310. In illis Clemens confert Vitali Brost. in spiritualibus Vic. generali Marchiae Anconitanae, [1] Archidiaconatum Ecclesiae Camerinensis vacantem ob promotionem ad hanc Ecclesiam *Berardi electi* Antistitis Camerinensis [2].

V. Brevi igitur *Andreas* Episcopatum gessit; *Berardus* enim illius successor Ughellio pariter ignotus, vix notus Lilio (3) eodem anno 1310. die 28. Decembris Cathedram Camerinensem tenebat; idque firmatur documento tabularii majoris Ecclesiae San-Severinatis, quo Monachis Vallis-focinae potestas datur emendi quaedam praedia, cujus initium est: *In Dei nomine Amen. A. D. MCCCX. Indict. viij. tempore D. Clementis PP. V. actum Camerini in Episcopatu in camera d. Episcopi xxviij. mensis Decembris &c. constitutus dopnus Andreas Monachus S. Marie Vallisfocine coram Ven. Patre, & Dono D. Berardo miseratione divina Camerinensi Episcopo supplicavit* &c. & in eodem tabulario *Berardi* memoria iterum redit in monitorio expedito instante Abbate Rambonensi contra Abbatem S. Mariani die 10. Junii anni 1313. Indict. x. tempore pariter Clementis V.

VI. Crescentius Abbas Monasterii S. Victoris de Clusis *Berardum* nostrum adiit anno 1318. eique exposuit, quod, *quamvis Sorores morantes olim in loco posito intra saxa* [4] *in baylia Rosenge districtus Fabriani Camerinensis Diecesis, & ipse locus recepti, & receptus fuerint sub protectione ipsius abbatis & Monasterii sub regula ipsius Monasterii, videlicet sub regula sancti Benedicti: licet etiam ipse Sorores eidem tuo precessori* [verba usurpo diplomatis Berardi] *pro ipso Monasterio professe fuerint eandem regulam, & ordinem S. Bene-*

[1] Compagn. Reg. Pic. Par. I. Lib. IV. pag. 167.

[2] Ragist. ann. V. Clem. V. epist. 415, & 418.

(3) Lilius P. II. Lib. II. scribit nonnullos Andreae successorem credere fuisse *Berardum* e Varania Gente, & hanc opinionem affert pag. 61. Lilium illam amplexatum non fuisse patet Lib. III. ejusdem part. II. pag. 80; in qua aperte scribit obiisse Andream Eugubinum nostrum Antistitem, & in ejus locum fuisse suffectum Franciscum Monaldi juvenili adhuc aetate florentem.

(4) Ad latus sinistrum Sentini Fluvii super altum scopulum infra horridos recessus, & saxa, unde *infra Saxa* Parthenon iste nomen habuit (vulgo *Frasassi*) jacebat templum S. Mariae Sacrum cum Coenobio, quod circa medium XIII. seculum curabant Monachi. Labente hoc eodem seculo ibi morabantur Moniales. An duo ibi fuerint Monasteria, non liquet. Habemus ad annum 1029. concessionem Abbati S. Victoris factam a Bononto, & Accia ejus uxore *Portionis de Ecclesia beate Sancta Maria que edificata est inter Saxa cum muris, & cellis, & libris, & altaris & turabilis, & luminaris & cum omnia quantum ad ipsa Ecclesia pertinet.* Documentum habes in Appendice documentorum Tom. I. Annal. Camald. n. IX. col. 22. Forte Monasterium *infra Saxa* erat Monasterium duplex; & Monachi ad custodiam & regimen illarum Monialium ibi morabantur.

*vedicti, & promiserint obedientiam, & reverentiam, & seipsas & bona, & locum ipsarum eidem pro ipso Monasterio submiserint, & de his confecta fuerint legitima documenta: nihilominus tamen superveniente guerra gravissima in contrata ipsius Monasterii jura ipsa fuerint casu combusta, & subtracta in gravem ipsius Monasteris lesionem: propter quod nobis fecisti humiliter supplicari, ut tibi pro ipso Monasterio de novo recipiendo easdem sorores, & locum sub eadem protectione, & regula, & ad eandem professionem, & submissionem licentiam, & consensum concedere dignaremur: &, quatenus tibi pro ipso Monasterio concederemus, quod eisdem Sororibus possis locum concedere, & conventum, & caput, scilicet Abbatissam, vel etiam Priorissam, quam ipse possint eligere, & tu etiam confirmare. Insuper & correctionem, & visitationem ipsarum, & ipsius loci; cum alias per bon. memorie dominum Rambottum precessorem nostrum hec omnia concessa fuerint, quamvis propter amissionem ipsorum jurium hec mostrari non possint*: Haec Crescentius Abbas a Berardo suppliciter petiit, & impetravit diplomate, quod Berardus Camerini dedit *die xxiij. mensis Septembris prima indict. anno Dom. MCCCXVIII. tempore D. Johannis P.P. XXII.* Hunc vero Crescentium anno 1320. *Berardus* noster Abbatia spoliavit, ut me aliquando monuit cl. Abb. Sartius ex autographo Archivi Camaldulensis Fabriani ad divi Blasii.

VII. Redit iterum *Berardi* memoria in utroque tabulario, & San Severinate, & Fabrianensi anno 1320. In isto Cathedralis Ecclesiae Fabrianensis concessio servatur *Berardi* facta habitantibus extra portam Suburbii S. Nicolai, ut *maximè propter suspicionem guerrarum* [1] Sacramenta recipiant a Rectore Ecclesiae S. Christophori (de qua

(1) Haec bellorum suspicio orta est ob crudeliter ingruentia bella inter Guelphos, & Ghibellinos, quibus nulla saeviora, in nostro Piceno, & alibi, excitata opera praesertim Friderici Comitis Feretrani, qui una cum Fratribus Guidone, & Sperantia *per devia currendo precipites, & tergum non faciem nobis* (sic inquit in suis Apostolicis litteris Jo. XXII. ad Amelium Prepositum Bellimontis Anconitanae Marchiae Rectorem dat. anno 1320.) *& Ecclesie Romane vertentes contra nos, & eandem Ecclesiam cervicem rebellionis erexerunt*, Urbinum aliaque Castra, & Comitatus occuparunt. Pyrum a Comitibus illis fuit crudeliter depopulatum, & disjectum, & *per aliquod temporis spatium dire, & violente obsidionis instantia coarctatum*: haec habent laudatae litterae Jo. XXII. [secr. Arch. Vat. regist. t. anni v. Epist. Comm. & de Curia pag. v. a tergo] & Lilius etiam hoc recolit [Par. II. Lib. III. pag. e.] *Quia fidele S. Rom. Ecclesie prebuit*; ideoque anno 1324. ab eodem Joanne XXII. aliis suis litteris ad Pyranos datis, quas exhibemus, illud Commune fuit commendatum, quia Auximanis, & Fabrianensibus Ecclesiae rebellibus, non adhaesit. Contra hos irruebant Ecclesiastici in Marchiae rectores, inter quos Lilius Berardum Gentilis I. filium recenset, & propterea hunc Varanam gentem extulisse autumat. Asserit enim Lilius a Jo. XXII. Marchionem

qua supra ) per acta Albrici Corradi de Solandis not. die 21. Febr. In tabulario San-severinatis Cathedralis memoratum hoc ipso anno 1320. Berardum nostrum habemus, qui facultatem dedit erigendi in templo S. Severini novam Aram B. Mariae sacram die 10. Septembris ejusdem anni 1320.

nem Anconitanum Berardum quamvis senem fuisse renunciatum; illudque munus obiisse suorum Camerinensium gratia anno 1319. [ uc Lilius Part. II. Lib. III. pag. 71.] Hanc tamen Berardi dignitatem certa documenta non probant; nullaque a Lilio proferuntur. Ab anno siquidem 1317. ad annum usque 1328. Amelius Praepositus Bellimontis, mox Abbas S. Saturnini, & tandem electus Episcopus Castrensis Marchiam Anconitanam rexit, & diligentissimus Compagnonius illius acta refert in sua regia Picena a pag. 180. ad pag. 194. Documenta, quae sustinent Amelium Rectorem Piceni anno 1320, praeter illud, quod supra dedimus; & anno 1321. habet Tabularium priorale Mathilicae. In eodem archivo, & apud Compagnonium documenta ad annum 1323. spectantia leguntur. Quo propterea tempore Berardus Piceni Marchio selectus sit divinare nequimus; quum ab anno 1317. ad annum 1323. Piceni Marchionem certa documenta sustineant Amelium, illiusque acta a Compagnonio continuata, & nunquam interrupta proferantur ad annum usque 1328. Duce Berardo, ut scribit Lilius P. II. Lib. III. pag. 74. Camerinenses irruerunt in Ghibellinos, & Maceratae cum Auximatibus & Recinensibus pluries pugnarunt. Joannes XXII. Recinetum Episcopali dignitate spoliavit, & Maceratensem Ecclesiam fundavit. Maceratam ejusque agrum a jurisdictione Firmani Episcopi, & Camerinensis exemit x. Kal. Feb. anno ejus v. [ Epist. 1519.] reservatis tamen Episcopo Camerinensi, *si qui sint*, redditibus a sua mensa in illis partibus possessis (Lil. P. II. Lib. III. pag. 74.) Auximum, audito Friderici ab Urbinatibus interfecti obitu, Rom. Ecclesiae sededit. Recinetum ( incertum quare) fuit igni traditum, & disjectum [ Lil. ubi supra pag. 75.] Contra tamen hanc Lilii sententiam, quae revera fuit Jo. Villanii (Lib. IX. cap. 141.) & S. Antonini (tit. 22. Cap. II. §. II. part. II.) scribit in sua regia Compagn. ( P. I. Lib. IV. n. XXV. pag. 189.) Fabrianum propterea, quia Ghibellinis adhaerebat [ Comp. ubi sup. pag. 171.] male de se suspicionem ingerebat, ideoque, ut se tueri posset, se vallabat. Ad hoc firmandum adhibeamus Camerinensem historiam monumentis Vaticani archivi, & Mathilicani. Idem Jo. XXII. non omisit scribere ad Camerinenses idib. Jul. anni Pont. VII, nempe 1323. (secr. Epis. 1223.) quo tempore Camerinum interdicto erat suppositum. (Kal. Oct. Epist. 1198.) illosque adhortatus est ad arma sumenda in Fabrianenses. An id exequi Camerinenses potuerint, non liquet; quamvis ab illa bellorum suspicione Fabrianensium, credibile forte sit, Camerinenses bellum indixisse Fabrianensibus. Ad schedas Mathilicanas. Camerinenses ad Communitatem Mathilicae, ad Potestatem & Priores suas dederunt litteras die XIV. Febr. indict. VII., idest anno 1324. = *Ad providendam pacem non solum Civitati Camerini, verum etiam aliorum circumstantium locorum. Considerantes igitur diebus preteritis terram S. Severini statum habere turbidum, & quassatum* ( sic habent litterae Camerinenses) *& de facili pervenire posse ad pejora: nec volentes, quod terra ipsa perveniat ad manus alicujus persone singularis, cujus causa contrate status pacificus turbaretur: Placuitque nobis, quod miles magnifi.us d. Gentilis d. Berardi honorabilis & precipuus Civis noster ipsius terre curam assumeret, & dominium acceptaret communalium terre prefate odiis, atque rancoribus reduceretur cum Dei auxilio terra ipsa ad statum pacificum, & quietum* = Animadvertentes

VIII. Berardum etiam memorat charta Archivi Vaticani anni 1321, quo die 13. Oct. *solvit, pro communi servitio Andreae predecessoris sui* 100. *flor. auri collegium* 22. *dominorum Cardinalium contingenti, & pro servitio familie* 4. *flor.* 9. *sol.* 4. *den. Turonenses per manus magistri Johannis de Camerino domini PP. scriptoris, & Montonis Stephani de Plebe Curini procuratorum suorum, & Bonifacii Thomasii mercatoris de societate Perucorum de Florentia, cujus domini Andree facta fuit obligatio anno dñi* 1309. *die* 13. *Junii* [1].

VIIII. Tandem in Archivo S. Severini publicae reperiuntur Tabulae nostri *Berardi*, qui univit duo illa Coenobia toties a nobis in hac historia memorata S. Mariae Vallis-focinae, & S. Mariani in Valle *Fabiana* (2) confectae die 13. Martii anno 1327, quas in Ap-

tes autem Cametinenses id exequi non posse *propter receptationem exitiosorum dicte terre* (San-Severini) *qui in terra vestra* (Mathilica) *quotidie receptantur*, exorant propterea Mathilicanos ut illos expellant. Brevi exinde d. Gentilis d. Berardi suas etiam dedit litteras ad Commune Mathilicae scriptas die 8. Martii, in quibus suus sic profert sensus = *Considerans quod partes inferiores provincie Marchie sunt variis guerrarum periculis, & variis afflictionum adversitatibus involute, merito suspicari compellor, ne pars ista superior, que gratia Dei in pacis dulcedine residet, ad pericula perveniat, quibus irretiti sunt inferiorum partium Marchiani* = precatur Gentilis hisce rationibus populum Mathilicensem *quare exitiosos S. Severini in terra vestra morantes velitis non amplius eos receptare*. Sic Gentilis.

[1] Ex libr. solut. Sacr. Colleg. anno 1321. pag. 85.

[2] Horum Coenobiorum, quorum toties memoriam fecimus, vicissitudines ad Monasticae eruditionis ornamentum referamus. Nova sedes, quam Monachi S. Mariani apud San-Severinum selegerunt auctoritate *Guidonis* Episcopi anno 1261, parum profuit, quin Monachi in dies, & numero, & censu decrescentes novum subsidium ab illis *Vallisfocinae* implorarent: habitoque inter utriusque Asceterii Abbates, & Monachos consilio, placito Episcopi *Berardi* Monachi S. Mariani sui unionem Coenobii cum illo Vallis-focinae statuerunt. Quia vero ea tempestate adhuc partim antiqua vigebat Monachorum oeconomia, qua singulorum Coenobiorum Abbates a suis Monachis selecti regebant Monasterium suum sine illa generalibus Abbatibus subjectione, quae originem habuit, quando Benedictinus Ordo in varias divisus est Congregationes; hinc factum est, ut, deficientibus in aliquo Coenobio Monachis, aliorum Coenobiorum Monachi illius defectus supplere non possent; & sic Monachorum Conventus in dies dissolvebantur & Coenobia derelicta remanebant. Romani tunc Pontifices, ne illorum jura perirent, ut templa, resque illorum sacrae custodirentur, secularibus Clericis Coenobia illa commendarunt, ut alias animadvertimus in actis S. Dominici Loricati jam vulgatis (Cap. XXVI. pag. 161.) Id plane evenit his duobus illustribus Monasteriis simul unitis; quamvis haec duo Asceteria tam ampla jura possiderent, quae enunciata habentur in duabus Apostolicis litteris datis pro Vallefocina a Lucio III. anno 1184; & pro Valle-fabiana anno 1199. ab Innocentio III. quae in Appendice habentur: ambo haec Coenobia temporum lapsu sine Monachis remanserunt. Unde factum est, ut ab Apostolica Sede Joanni Castellanio Clerico Parmensi primò, mox ab Innocentio VIII. anno 1489. Raphaellio Riario S. Georgii ad Velum aureum Diac. Cardinali IX. Kalend. Jan. anno Innocentii quarto Coenobia illa fuerint commendata.

Appendice damus. Hic annus fuit emortualis Berardi; & haec est postrema memoria, quam de illo in nostris tabulariis expiscari potuimus. E praeclarissima Varania gente *Berardum* facimus, idem enim est, quem Lilius (1) scribit in Ecclesia sua Cathedrali Archidiaconi munere fuisse perfunctum, ut legitur in illa Epigraphe olim posita in majori Ara Ecclesiae Cathedralis, cujus tenor est: 1295. *tempore D. Bonifatii Papae VIII, ac tempore domini Rambotti Camerinen. Episcopi, ac tempore domini Berardi Archidiaconi factum est altare a Magistro Guictuno operario hujus Ecclesiae* [2].

 CA-

tè. Riarius haec beneficia dimisit, & Innocentius Maceratensis Ecclesiae Capituli votis annuens, ut Canonici illi decentius se sustentarent, ea Coenobia eidem Capitulo perpetuo univit Idib. Maj. ejusdem anni. Innocentius post haec animadvertens ab hac unione, & connexione posse in illis partibus subsequi scandala, ad haec evitanda cessionem factam Ecclesiae Maceratensi rescidit, iterumque Riario Coenobia illa commendavit. Riarius vero Apostolicas litteras expedire omnino neglexit, & Commendam sponte dimisit. Opportunè tunc Capitulum Sancti Severini ab Innocentio postulavit horum Coenobiorum censum, & bona in unam massam quotannis redigenda, ipsique Capitulo in dotis augumentum assignenda: & Pontifex votis annuens supplicantis Capituli ea Monasteria illorumque bona, census, & jura bonis ejusdem Capituli perpetuo univit III. Id. Julii ejusdem anni 1489, fueruntque Apostolicae litterae expeditae, quas in Appendice damus, & e quibus hanc facti seriem collegimus. Accipe nunc eruditionis gratia omnium Abbatum Vallis-focinae nomina, quae in schedis sui tabularii sparsa reperimus. Antiquior Coenobii Vallis-focinae Abbas est *Johannes* qui illud regebat anno 1050, cui successerunt incerto tempore unus post alterum *Ugolinus* = *Bonomus* = *Crescentius* = *Benvenutus* = deinde *Petrus* florens 1123 = *Albertus* 1132 = *Severinus* 1141 = *Johannes* 1184 = *Samson* 1192. 1209 = *Ugo* 1223 = *Bartholus* 1229 = *Ugolinus* 1236 = *Albertus* 1237 = *Benvenutus* 1251 = *Nutius* 1252. 1254 = *Bonomus* 1257 = *Salimbene* 1260.1286 = *Manfredus* 1298. 1327 = *Aldrovandus* 1333. 1339 = *Nutius* 1354.1375 = *Bene* 1387 = *Andreas* 1398 = *Dominicus Tinti* 1433. 1436 = *Nicolaus* 1436 = *Dionysius Bonaventura* 1470 = *Gaspar Vigiluccius* 1474 = *Dionysius Benvenuti* 1479 = *Benedictus de Fulgineo* 1484; & hic fuit ultimus Abbas utriusque Coenobii; *Manfredus* anno 1327. fuit primus Abbas Coenobiorum simul unitorum.

(1) *Berardum* illum qui anno 1295. erat Archidiaconus tempore Rambotti, Lilius fecit e Varania gente ortum. De *Berardo* Episcopo nil profert Lilius in historia sua. Nos ab Archidiaconatu ad Episcopatum elatum fuisse Berardum non male forsan argomentamur.

(2) Lil. P. II. Lib. II. pag. 60, & 61.

# CAPUT II.

## *De* Francisco I, *&* Giojoso *Episcopis.*

*I.* Franciscus *successor Berardi fuit Canonicus Ecclesiae Cathedralis, & S. Venantii de Camerino.*
*II. Aera Episcopatus* Francisci.
*III. Confirmat unionem Coenobiorum S. Mariani, & Vallis focinae.*
*IV. Componit lites exortas inter Canonicos S. Severini, & Monachos Valiis-focinae, S. Mariani, S. Laurentii in Doliolo, & S. Eustachii de Domoris.*
*V. Absolvitur Franciscus Episcopus a censuris, quas incurrerat.*
*VI Reducit numerum Canonicorum S. Severini.*
*VII. Corrigitur Ughellius, qui* Francisci *successorem facit* Benedictum, *quem nos a serie expungimus.*
*VIII. Gentilis II. Berardi filius renunciatur Vicarius Camerini.*
*IX. Excipit solemni pompa Card. Alburnotium.*
*X.* Francisci *vita extenditur ad annum* 1355.
*XI. Corrigitur Ughellius, qui post suppositum* Benedictum *Episcopum in serie ponit* Fr. Marcum *loco* Giojosi *ignoto Ughellio* Electi *anno* 1356.
*XII. Fuit* Giojosus *Can. S. Venantii de Fabriano.*
*XIII. Mox Prior ejusdem Ecclesiae.*
*XIV. E gente Clavellia in Fabriano dominante ortum habuit* Giojosus.
*XV. Vivit adhuc anno* 1358.
*XVI. Permutat Episcopatum cum* Fr. Marco *Episc. Pennensi, & Adriensi.*

I. FRanciscus, hoc nomine inter Episcopos nostros *primus*, fuit *Berardi* successor. Hunc non praeterit Ughellius, & de eo intexit elogium sic = *Franciscus Monaldi filius e Castello Durante a Joanne XXII. Pontifice electus anno* 1328. *in gratiam Camerinorum Civium hoc ipsum postulantium, tametsi electus, quam tantum munus requirere videbatur, aetatem non attingeret. Evasit tamen Vir singularis, atque momentis prudentiae cumulatissimus. Camerinam Ecclesiam ad multos annos administravit. In Cathedrali Sanctae Agathae Virg. & Mart. altare perpulchrum construxit, quod columnae marmoreae circumstant, ubi in gyrum incisa haec verba leguntur* = IN. NOMINE. DOMINI. AMEN. ANNO. MCCCXLVII. TEM-

TEMPORE. CLEMENTIS. PAPAE. VI. ET TEMPORE. DOMINI. FRANCISCI. EPISC. = Haec habet de Francifco noftro Ughellius. Omifit tamen Ughellius notum facere, *Francifcum* noftrum fuiffe Canonicum Ecclefiae Cathedralis Camerini, & S. Venantii ejufdem Urbis, quod habetur in Apoftolicis litteris Joannis XXII. datis XII. Kal. Julii anno ejufdem Pont. XII. in iifque exprimitur Francifci aetas ann. XXVI, & vacatio Ecclefiae Camerinenfis per obitum Berardi. In aliis ejufdem Jo: XXII. litteris habetur collatio Canonicatus S. Venantii vacati per Francifci promotionem ad Epifcopatum. [1]

II. Lilius item, & Ughellius nulla monumenta produnt ad firmandam aeram Epifcopatus *Francifci*, quam nos firmamus ad annum 1328; quo anno Jo: XXII. fuas Apoftolicas litteras dedit, fupra memoratas 12. Kal. Jul. & haec eft aera Epifcopatus Francifci. Reapfe ex libris obligat. Cam. habemus = *Ann.* 1328. *die* 17. *Octobris* = (2) *Dominus Francifcus electus Camerinenfis in Provincia Marchie Anconitane promifit per procuratorem pro fuo communi fervitio* 200. *florenos auri*, *& quinque fervitia familie perfolvere*, *medietatem videlicet hinc ad feftum proximum Pentecoftes*, *& aliam medietatem in Fefto Nativitatis Domini ex tunc proxime fequuturo*, *alioquin infra quatuor menfes* &c. Hinc tuto poffumus emortualem *Berardi* annum ftatuere ante 20. diem menfis Maji anni 1328.

III. Confirmavit *Francifcus* unionem Coenobiorum Vallis-focinae, & S. Mariani a Berardo factam, ut fupra dictum eft; fuumque diploma dedit die 10. Jan. anni 1334. Anno vero 1339. privilegia ab Ugone I. Antiftite noftro in aedificatione templi S. Severini Clero ibidem conftituto conceffa anno 1061, novo diplomate confirmavit inftantibus Ven. Viro D. Grimaldifco Priore Ecclefiae S. Severini Canonicae de S. Severino, Canonicis & Capitulo ejufdem Ecclefiae, dato *Camerini in Epifcopali palatio fub anno Domini* 1339. (3) *Indict.* VII. *tempore D. Benedicti PP. XII. die* XII. *menfis Novembris*.

IV. Orta eft ab hac confirmatione difcordia inter Canonicos S. Severini, & Monachos Vallis-focinae, S. Mariani, S. Laurentii in Doliolo, & S. Euftachii de Domoris: vi enim hujus confirmationis decimas, aliaque permulta privilegia, feclufis omnibus Regularibus, Clerus contendebat, fibique deberi afferebat. Re pro-

pte-

[1] Part. III. Ep. 1740. & 2828.

(2) Lib. oblig. Camer. anno 1328. pag. 76. in Arch. Secr. Vatic.

(3) Lilius fcribit privilegia Canonicae S. Severini fuiffe firmata anno 1337. (P. II. L. III. pag. 87.) Nos a fuo Autographo comperimus illa privilegia firmata fuiffe 1339, ut fupra vidimus.

pterea ad ipsummet Episcopum *Franciscum* rejecta, Episcopus confirmationem a se factam revocavit, suamque sententiam pro enunciatis Coenobiis dixit, quam Lilius [1] etsi scribat asservari in Sacrario majoris Ecclesiae Camerinensis non tamen producit. Dat tamen inscriptionem affixam cuidam arae ejusdem Ecclesiae, qua *Francisci* vita ad annum 1347. protrahitur; & est = *In nomine Domini Amen. Anno Domini* 1347. *tempore Clementis PP. VI, & tempore D. Francisci Camerini Episcopi, & tempore DD. Berardi, Sutii, Mutii, Angeli, Varanutii, Jacobutii, Berardi, Thomasutii, Gherardi, Joannis Canonicorum hoc opus factum fuit a Magistro Paulo Ciottae.* (2)

V. Prolata fuit contra Franciscum nostrum Pontificia censura, quia *Fraticellis de paupere vita habitum & regulam dederat*. Id nobis compertum est ab Apostolicis litteris Benedicti XII. datis ad Ducatus Spoletani Rectorem idib. Febr. anno illius Pont. V; quae spectant ad annum 1339; in quibus data est Rectori illi *Franciscum* a censuris absolvendum, illumque ad obedientiam recipiendum. [3]

VI. Diutius tamen vixit *Franciscus*; & documentum habemus anni 1349, e Tabulario Ecclesiae S. Severini acceptum; quo ad illum annum Francisci vitam extendimus. *Gualterius prior Collegiatae Ecclesiae S. Severini suo nomine ac etiam omnium, & singulorum Canonicorum, & totius Capituli ejusdem Ecclesie coram Venerabile in Christo Patre & Domino D. Francisco Dei gratia Camerinensi Episcopo exposuit, & dixit eidem D. Episcopo, quod cum dicta Ecclesia S. Severini temporibus retroactis gravata fuerit, & gravetur ad presens multitudine Canonicorum, ultra quod suppetant facultates dicte Ecclesie ..... ex qua de causa dicta Ecclesia dapnum non modicum in temporalibus, & in spiritualibus detrimentum passa fuit ..... ideoque dictus prior Canonici, & Capitulum ..... deliberaverunt unanimiter & concorditer... quod deinceps in dicta Ecclesia futuris temporibus sit numerus octo Canonicorum tantum, & unius Prioris &c. qui Venerabilis in Christo Pater & D. D. Franciscus Dei gratia Camerinensis Episcopus auditis &c. dictum numerum auctoritate ordinaria, & ex certa scientia confirmavit* &c. Diplomatis verba damus. Illud *actum* fuit *Anno millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Indict.*

[1] Lil. ubi supra pag. 87. in margine.

[2] Lil. ubi supra pag. 88. In ea inscriptione forte Archidiaconus non nominatur, quia ab anno 1343. lis in Romana Curia pendebat pro Archidiaconatu inter D. Franciscum de filiis Ursi, & D. Contellittum Danielis (Lil. ubi supra.)

[3] Epist. 133. Fraticellorum haeresis orta est sub initium Pont. Jo: XXII. Consule Raynaldum ad ann. 1318. extincta sub Nicolao V. (Sartius Epist. Cupten. App. monum. XVIII. pag. 105.)

*dict. vi. tempore Clementis PP. Sexti die xx. mensis Februarii Camerini in Episcopali palatio domorum Camerinensis Episcopatus*. Hanc chartam habes in Appendice.

VII. Post Franciscum ad annum 1353. Ughellius nobis dat *Benedictum* ex libr. provis. praelat. Sed huic cl. Scriptori fuit turpiter impositum. In iis utique libris nulla est *Benedicti* memoria, ut me opportune monet doctissimus *Garampius*; neque de illo monumentum ullum in nostris Archivis habemus; quin etiam *Francisci* memoriam continuatam habemus ad annum 1355. ut infra patebit. Lilius (1) Ughellii forsan sententiam sequens *Benedictum* memorat ad annum 1354; sed male.

VIII. Gentilis II. Berardi *Varanii* filius, qui ob illius praeclara gesta a Clemente VI. primus pro Apostolica Sede fuit Camerini Vicarius renunciatus, aetate plenus anno 1350. occubuit; habuitque in Vicariatu successores nepotes suos *Rodulphum*, *Venantium*, *Joannem*, & *Gentilem* Berardi filios. Ex iis in armis fuit praestantissimus *Rodulphus*, qui, efflagitante eodem Clemente VI. pro Christi nomine stipatus mille Camertibus in Syriam profectus est, insignique in Saracenos fama militavit. Illis profligatis in Italiam regressus secum Camerinum asportavit insignem beatissimae Virginis Mariae imaginem miraculis in dies clarissimam = *S. Maria in Via* = nuncupatam, quae una ex illis imaginibus habenda est ab Iconoclastarum furore sublata, hodieque in Templo servata Cardinalis Angeli Giorii sumptibus munificentissimè erecto, splendidèque dotato.

IX. Anno 1353. ab Innocentio VI. in Italiam missus est Card. Aegidius Alburnotius ad fidem Sanctae Sedis illas Civitates redigendas, quae desciverant. Illum solemni pompa excepit Camerini *Rodulphus*, qui Cardinali favit in perduellibus propulsandis ea virtutis laude, ut *Confalonerii* dignitate insigniri meruerit. Id evenisse scribit Lilius anno 1354; & inter alios, qui summo cum honore exceperunt Cardinalem numerat Lilius *Benedictum* Episcopum debebat scribere *Franciscum*.

X. Diploma, quod Franciscum memorat ad annum 1355. pene inter innumeras illius archivi chartas expiscati sunt amicissimi Camaldulensium Annalium Scriptores Abb. Mittarellius, & Lect. Costadonius, ut votis meis facerent satis. Diplomatis exemplar, quod maxime optabam, neglexerunt: putabant enim aliis me documentis *Franciscum* in Camerinensi Cathedra hoc anno jam probatum. Illud diu optatum accepi ab humanissimo Guastucio, & habes

(1) Part. II. Lib. III. pag. 90, & seq.

bes in Appendice. Continet charta illa facultatem a nostro *Francisco* datam Monachis S. Victoris de Clusis permutandi *quamdam petiam terre ipsius Monasterii*; coram *Ven. Viris Dño Giojoso de Fabriano* priore, *Dño Giolo Canonico Ecclesie S. Venantii de Fabriano &c. testibus &c.* Ex industria hos testes hic producimus infra opportunos. *Francisci* annus emortualis fuit ipse annus 1355, vel sub initio insequentis anni 1356.

XI. Post suppositum *Benedictum* Ughellius in serie sua ponit Fr. *Marcum* ex Ord. Praedicatorum; & hic quoque in errorem lapsus est cl. Scriptor; nam post *Franciscum* in nostra serie locum habet *Giojosus* Ughellio ignotus, quem die 5. mensis Martii 1356. habemus electum Ecclesiae Camerinensis nosque de eo notitiam habemus, ex libris obligationum Cameralium (1) sic = *Anno Dñi 1356. die 5. mensis Martii in hospitio Dñi Cardinalis Albi presentibus Dñis B. de Nexovio, G. de Gavanzaco, Eblone de Mederio, G. de Fonte, G. Textor. Clericis Camere, & Collegii, Dominus Josiosus electus Ecclesie Camerinen. in Marchia Anconitana promisit pro suo communi servitio* 200. *flor. auri, & 5. servitia consueta solvenda medietatem in festo Nativitatis Domini proxime venturo &c.* Fuit *Giojosus* filius d. Casalectae de Clavellis, qui diu Fabriani Principatum tenuerunt; ibique per haec tempora dominabantur. Antequam ad Episcopalem Cathedram ascenderet, per omnes suae Ecclesiae S. Venantii gradus pertransiit.

XII. Et primo fuit ejusdem Ecclesiae Canonicus anno 1331. Id patet ex scheda servata in tabulario Ecclesiae Cathedralis, cujus tenor est = *In Dei nomine amen. Anno Dñi MCCCXXXI. indict. xiv. tempore d. Johannis PP. XXII. actum Camerini &c. Ven. in Christo Pater, & Dominus D. Franciscus Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Camerinensis fecit finem, quietationem, remissionem d. Jojoso d. Casalettae Canonico Ecclesiae S. Venantii de Fabriano recipienti & stipulanti &c. & ego Gentilis Magistri Gentilis de Camerino Not. &c.*

XIII. Transiit deinde *Giojosus* ad Prioratus dignitatem; qua praeminebat anno 1348. ex documento laudati Archivi; in eaque erat anno 1355. sub nostro Francisco II, ut probatur diplomate supra enunciato ad num. II. Insequenti verò anno 1356. fuit promotus ad Episcopatum Camerinensem, ut supra num. III. dictum est.

XIV. Giojosum patria fuisse Fabrianensem ex illustri Clavellia gente filium Casalectae, qui alios duos filios habuit alterum Dilectosum, Vigorosum alterum nuncupatos, constans est Fabrianensium Scriptorum assertio, & praesertim Fr. Dominici Maria-

[1] Ad pag. 181. in Arch. Secr. Vatic.

riani e Fr. Min. quos Conventuales vocant Scriptoris xv. seculi, qui duo volumina mss. reliquit in Bibliotheca S. Francisci Fabriani asservata. Insuper genealogica series clarissimae Clavelliae gentis authenticis documentis probata firmat Giojosum Camerinensem Antistitem fuisse Fabrianensem, & e Clavellia gente prognatum esse monstrat praeter alia monumenta, quae infra proferemus.

XV. E Tabulario S. Severini memoriam habemus Giojosi anno 1358. die 8. Nov. in diplomate expedito pro Capitulo illius Ecclesiae, quo illi privilegia confirmat jamdiu ab Ugone I., mox a Francisco I. Episcopis nostris concessa. Alteram eodem anno 1358. ex charta Archivi S. Venantii de Fabriano scripta Camerini die 20. Dec. qua jus datur ejusdem Ecclesiae Canonicis alienandi quaedam bona: & in ea charta legitur successor in prioratu *Giojosi* nobilis & rev. vir *Giolus Philipputii*, qui tempore *Giojosi* prioris erat Canonicus, ut patet ex scheda anni 1355. memorata supra ad num 11. In hoc pariter Tabulario extat instrumentum procurae ad vendendum confectum anno 1360. tempore Giojosi, ut ad me scripsit cl. V. Can. Butus.

XVI. Tandem *Giojosus ex certis, & rationabilibus de causis, & pro salute animae ipsius motus, ut dixit, & legitima consideratione, quod ad melius pro R. Ecclesia redundabat*. [1] Statuit permutare suum Episcopatum cum Pennensi, & Adriensi a Fr. Marco possesso. Suos propterea elegit Procuratores pro gratia obtinenda anno 1359. die 26. mensis Oct. quod, assentiente Fr. Marco, feliciter obtinuit labente sequenti anno 1360. Documentum habes in Appendice peropportune ab humanissimo, & amplissimo Can. Garampio acceptum.

(1) Sunt verba instrumenti Camerini a Giojoso facti.

# CAPUT III.

## *De Fr.* Marco; *& de* Giojoso *iterum Episcopo.*

*I. Agitur de fundatione facta Coenobii pro Fratribus Praedicatoribus in Ecclesia S. Mariae de Mercato extra moenia San-Severini.*

*II. Error Chronistarum Dominicanorum* Carolum *inter nostros Episcopos adnumerantium. Fr.* Marcus *fuit successor Giojosi; & confert indulgentias opem ferentibus Dominicanis San-Severini.*

III. *Alias indulgentias dat in die Consecrationis Ecclesiae Fr. Min. de Amandula.*
IV. *Alias dat indulgentias opem ferentibus Fr. Eustachio Dominic. San-Severini.*
V. *Dat aliud diploma cum aliis indulgentiis.*
VI. *Aliud simile cum aliis indulgentiis.*
VII. *Coercet nonnullos Clericos inhoneste viventes Montecchii.*
VIII. *Inaugurat Ecclesiam S. Francisci de San-Severino.*
IX. *Ortum habet familia Fr. Min. de Observantia nuncupat. sub* Marci *Episcopatu in Agro Camerini anno 1368.*
X. *Accurrit* Fr. Marcus *indigentiis Ecclesiae S. Christophori de Montenerio in Agro Cingulano.*
XI. *Praecipit satisfactionem cujusdam legati facti pro incarceratis, & Ecclesiis Fabriani.*
XII. *Emortualis annus Fr.* Marci. *Errat Ughellius.*
XIII. Giojosus *iterum Episcopus Camerinensis; & statuitur aera emortualis anni Fr.* Marci, *& novae electionis Giojosi.*
XIV. Giojosus *fuit patria Fabrianensis, non Sulmonensis.*
XV. *Giojosus corruptè vocatus* Giovasius. *De eo memoriam habemus ad annum 1375.*

I. Dum adhuc in vivis ageret S. Dominicus Ordinis Praedicatorum parens clarissimus ad San-Severinates misit e discipulis suis nonnullos, qui ab Oppidi Civibus laetanter excepti Ecclesiam S. Mariae de Mercato [de qua sub Eudone nostro] receperunt anno 1220, ut scribit P. Gentilius auctoritate Jo: Michaelis Pii, & fidelium largitionibus aedes pro religiosis illis Viris adjunctae fuerunt. Templum a *Rambotto* Episcopo anno 1304. fuit solemniter inauguratum; & paulatim domus censu praediviti excrevit; templumque magnificentius fuit exaedificatum. Circa tamen hoc medium XIV. seculum argumentamur Fratres Praedicatores rerum inopia laborasse; quum animadvertamus Episcopos Camerinenses intentos quoquo poterant modo ad illos sublevandos.

II. Memoratur Lib. II. Tom. I. Annalium Dominicanorum *Carolus* Episcopus Camerinensis ad annum 1361; ejusque diploma doctissimi Scriptores proferunt in Appendice monumentorum. [1] Ego vero sinceritati diplomatis diffidens San-Severinum accessi, & humanissime ab illis PP. diploma *Caroli* fuit mecum communicatum. Illud tamen reperimus non a *Carolo* sed a Fr. *Marco* expeditum, & culpa Amanuensis doctissimis illis Annalium scriptoribus fuit

[1] Num. CXXII. col. 197.

fuit turpiter impositum. Testes veritatis habemus P. Priorem, Archivistas, aliosque illius familiae viros. Anno igitur 1361. Innocentio VI. R. Pont. Fr. *Marcus* diploma dedit San-Severini, quo indulgentias confert fidelibus opem ferentibus illius Ordinis fratribus. Diploma dant laudati Chronistae obtruncatum: nos integrum fideliter exscriptum damus in Appendice.

III. *Marcus* die 25. mensis Februarii anni 1361. erat Camerinensis Episcopus. Hoc anno suas contulit indulgentias Ecclesiae Fr. Minorum de Amandula [illustre oppidum est in Piceno] illiusque Ecclesiae altaribus solemni ritu inaugurandis. Documentum ab humanissimo P. Seraphino Pagnio S. T. D. inter Fr. Min. Conventuales eruditissimo accepimus, & habes in Appendice. *Marcum* non praeterit Ughellius sic = *Fr. Marchus Ardinghellius Florentinus Ord. Praedic. Episcopus Adriensis, & Pennensis ad Camerinam Ecclesiam translatus est circa annum 1361. Decessit autem 1372. Ejus memoria extat in Monasterio S. Mariae Novellae, ubi Monachum induit, deque ipso loquitur Seraphinus Razzius, & Michael Pius in comm. de viris illustribus Ord. S. Dominici tum doctrina, tum sanctitate morum praeluxit* = Haec Ughellius.

IV. Doctissimi Chronistae Dominicani nostri *Marci* nonnulla monumenta proferunt in Tomo I. [1] & primò illius diploma dant, quo *Marcus* hortatur Christifideles ut Fr. Eustachio Ord. Praed. de San-Severino succurrant; *Qui cum certa pro servitio Ecclesiae Sanctae Mariae de Mercato* (sunt verba diplomatis) *de dicta terra ornamenta Ecclesiastica fieri faciat, que sine Christifidelium, ut nobis exposuit, adjutorio non possit facere, vel complere: quo circa cupientes ornamenta ipsa ad effectum debitum perduci, omnibus, & singulis Christifidelibus, qui dictorum operi ornamentorum, sive ipsi Fratri Eustachio propter ornamenta recipienti manus porrexerint adjutrices &c. xl. dies de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Datum in Sancto Severino apud Monasterium S. Laurentii die xxij. mensis Decembris xiij. Indict.* Haec indictio occurrit anno 1360. Ab hac indictione certiores reddimur labente anno 1360. ad Episcopatum transiisse Camerinensem *Fr. Marcum*; & infra annum 1360. *Giojosum* fuisse translatum ad Episcopatum Adriensem, & Pennensem. Die enim 26. Octob. anni 1359. constituit suos Procuratores ad impetrandam permutationem suae Ecclesiae Camerinensis cum Adriensi & Pennensi a Fr. Marco gubernata, ut supra dictum est.

V. Alterum *Marci* diploma *datum pariter in Sancto Severino* Kk 2 *apud*

(1) App. num. cxxiii. col. 198.

*apud Monasterium S. Laurentii die xxviij. mensis Martii* sine anno, & sine indictione continet indulgentias, quas Episcopus concedit *iis, qui supradicto Fr. Eustachio ad Christi Crucifixi simulacrum quoddam conficiendum opem tulerint*. [1] Huic diplomati obsignati leguntur.

„ *Fr. Jacobus Dei & Apostolice Sedis gratia Episcopus Bo-*
„ *trotensis xl. dies.*

„ *Antonius Petrus Dei & Apostolicae Sedis gratia Episco-*
„ *pus Aűs xl. dies.* (2)

VI. Tertio suo diplomate *Marcus* confert indulgentias iis, qui Christi cruci affixi simulacrum in Septempedano Praedicatorum templo positum flexis genibus osculati fuerint. *Datum in Sancto Severino in palatio S. Laurentii anno Dñi MCCCLXV. indict. ...... tempore Dñi Urbani PP. V. die x. mensis Julii*. Et huic diplomati obsignatus est Fr. Jacobus de Sancto Severino Episcopus Bototrensis sic =

„ *Ego Fr. Jacobus de Sancto Severino Dei & Apostolice Se-*
„ *dis gratia Episcopus Bototensis concedo indulgentias xl. alio-*
„ *rum dierum secundum confirmationem Episcopi superius no-*
„ *minati.* (3)

VII. Marcus noster ad coercendam quorumdam Clericorum Montecchii commorantium insaniam, qui, posthabita clericali tonsura, secularium more inhoneste vivebant, nec habitu, & tonsura incedebant, instante Praetore, & populo Montecchiano, illos acerrime monuit, ut sub excommunicationis poena infra decem dies incurrenda sese ab excessibus in scheda in Appendice ad annum *1366.* data enunciatis omnino abstinerent, & tonsura, & clericali habitu induti Ecclesiae inservirent; alias excommunicatos, & cleri-

[1] App. ubi supra num. cxxiv. col. 199. & 200.

(2) Antonium Petrum Episcopum fuisse *Auximanum* conjiciunt laudati Chronistae Dominicani. *Nam eo tempore* (scribunt) *eam Ecclesiam administrabat Fr. Petrus Simon de Masseis Asculanus*. Attamen, pace tantorum virorum, hoc est falsum. Fr. *Marcus* Camerinensem Ecclesiam gubernavit ab anno 1360. ad annum 1372. *Fr. Petrus Simon de Masseis* Episcopus selectus fuit Auximanus, ut a Martorellio scriptore Auximate accepimus pag. 417., anno 1373; quo tempore inter vivos esse desiit Fr. *Marcus*; & anno 1362. erat Episcopus Auximanus Fr. *Conradus* ex Ordine Praedicatorum. Tandem ille *Antonius Petrus* nequaquam per illas litteras *Aűs* credendus est Episcopus Auximanus, tum quia in serie Episcoporum Auximatum Episcopus iste non habetur, tum quia litterae illae id exprimendum omnino repugnant. Ideoque suspicandus est Episcopus ille vel *Amathensis* Suffraganeus Nicosiensis; vel *Ambianensis* in Piccardia, vel *Ampuriensis* in Sardinia.

(3) An *Fr. Jacobus* San-Severinas Episcopus, quem recolunt Bollandistae ad diem 10. Julii Tom. III. fol. 170., & Pater Gentilius in sua dissertatione n. lxiv. pag. 71; est iste in dato diplomate obsignatus?

ricalibus privilegiis spoliatos illos illicò dixit. Ex iis undecim contumaces fuerunt; & inter hos animadvertimus nonnullos illustres Viros. Praeceptum, & poenarum intimationem promulgavit *Marcus* Camerini die penultima mensis Martii IV. indict. anno MCCCLXVI. die vero VI. Augusti ejusdem anni excommunicatos illos dixit, & aliis poenis in monitione enunciatis innodatos.

VIII. Anno 1368. solemniter *Marcus* inauguravit templum S. Mariae Fratrum Min. Conventualium, quod hodie a S. Francisco nomen habet, San-Severini; suasque contulere indulgentias tam Templo, quam XII. Crucibus, sacrisque reliquiis in ara principe illius Ecclesiae positis, XVI. Episcopi. Diplomatis *Marci* exemplar relatum est a P. Catalanio V. C. in suis notis ad Pontificale Romanum. [1]

IX. Hoc ipso anno in nostra Dioecesi coaluit Venerabilis familia Fr. Min., quam *de Observantia* vocant, operâ Fr. Pauli de Trincis. Vir iste Sanctus una cum sociis prope Pistiae ruinas in plano Dignani [2] & in agro Camerinensi fundamenta jecit novae familiae in parvulo Coenobio instar Eremi constructo a Fr. Joanne a Valle anno 1351. fama sanctitatis vita functo. [3]

X. Vivebat adhuc *Marcus* anno 1370. ex diplomate Archivi Sancti Severini expedito *indict. viij. tempore Urbani PP. V. die xxv..... Junii* pro Ecclesia Sancti Christophori de Monte Nerio, de qua alias supra sub Rambotti Episcopatu mentionem habuimus. Templum illud reparationis indigebat; & Marcus *Fr. Francisco Monacho Monasterii Sancti Mariani de terra Sancti Severini Rectori concessit mortuaria ex testamentis parochianorum ad Episcopum spectantia in vita illius* Francisci supplicantis *tantum*. Documentum habes in Appendice.

XI. E tabulario Monachorum S. Catharinae de Fabriano chartam accepi, & quidem pulcherrimam ab humanissimo Guastucio, quam damus in App.; qua certiores reddimur *Marcum* nostrum anno 1372. adhuc in vivis rexisse Ecclesiam suam. Scheda ista, quamvis tertia parte, temporum injuria consumpta continet quaedam legata ab illustri foemina Fabrianensi facta singulis incarceratis (4) singulisque Ec-

[1] Catal. Comment. ad Pont. Roman. Tom. II. §. IV. n. 21.

[2] De Pistia egimus Dissertatione praelim. Cap. III. §. I. pag. 31. & seq.

[3] Lilius Part. II. Lib. III. pag. 109.

[4] *Incarcerati*, de quibus in laudata charta sermo est, ii erant tam mares, quam foeminae, qui se in aliqua cellula voluntariè includebant, unde & *Cellarii* dicti sunt. Quoad foeminas, quum per ea tempora perpetuae inclusionis votum esset ignotum, quod seculo XVI. Sacrum Tridentinum Concilium singulis monialibus imposuit ad evitanda scandala, quae in dies pullulabant

Ecclesiis tam intra, quam extra moenia Fabriani existentibus, quarum nomina ibi recensentur; illaque legata *Marcus* noster jubet quantocius exequenda.

XII. Emortualem Fr. *Marci* annum asserit Ughellius cum Lilio (1) fuisse annum 1372; sed errat, ut infra videbimus. Seriem utique nostrorum Antistitum ambo ii Scriptores prosequuntur, sed implicatam, nos vero certis adnixi monumentis dilucide & ex ordine.

XIII. Marci igitur successor fuit iterum *Giojosus*; quem Ughellius in serie Episcoporum Pinnensium optimè *Jojosum* nominat, (2) asseritque illum ad Camerinensem Ecclesiam translatum: quamvis inter Episcopos Camerinenses non *Jojosum*, sed *Giocosum*, seu *Gregorium* appellet. Ad nostram Ecclesiam igitur illum restituit Gregorius XI; idque probatur Apostolicis Urbani VI. litteris in quibus haec inserta habentur. = *Dudum siquidem felicis recordationis Gregorius Papa XI. predecessor noster provisiones omnium Ecclesiarum Cathedralium tum vacantum, & in posterum vacaturarum per translationes per ipsum in posterum faciendas de prefatis earum ubilibet constitutis ad alias Cathedrales Ecclesias tunc vacantes, & in antea vacaturas, ordinationi, & dispositioni sue reservavit, ac decrevit ex nunc irritum & inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Postmodum vero Ecclesiis Pinnensibus, & Adriensibus invicem canonice unitis ex eo vacantibus, quod ipse predecessor bone memorie Giojosum Camerinensem tunc Pinnensem, & Adriensem Episcopum a vinculo, quo eisdem*

bant a libertate, qua Virginibus Deo sacris vagari per oppida, & domos obligabantur ad stipem sibi mendicandam, quaeque argumentari possunt ex dictis Cap. II. Lib. IV. sub Raynaldi Episcopatu, & sub Guillelmo Cap. V. n. V. ejusdem IV. libri, & ex iis quae Muratorius innuit in sua Diss. lxv. antiq. Italic., excogitarunt piae foeminae voluntario se carcere, & inclusionis vinculo obligare. *Incarcerati*, seu *Cellarii* ii erant, qui mundana quaeque repudiantes, cellulas sibi quasi carceres deligebant incolendas; quarum aliquod nunc vestigium superest in illis praesertim locis ab hominum frequentia remotis, ubi nonnullae cellulae visuntur, utplurimum alicui sacrae Aedi proximae, quas incolunt viri *Eremitae* nuncupati. Tam mares, quam foeminae an certis legibus essent obstrictae non liquet. Benedictus XIII in suo R. Concilio quasdam edidit Constitutiones ab Eremitis observandas, ut sic Viri illi ad habitum neglectum, & poenitentem mores etiam conformarent. Sollicitudo tamen Episcoporum opportunè vigilabat ad mores incarceratorum informandos. Habemus Synodales Constitutiones Francisci Eugubini Episcopi editas anno 1303, quas vulgavit cl. Abb. Sartius in suis Episcopis Eugubinis (pag. 180. & seqq.) & doctissimus Garampius in praeclaro opere suo inscripto = *Memorie Ecclesiastiche appartenenti all'istoria e al culto della Beata Chiara di Rimini* [Dissertatione I. pag. 500. & seq.] Incarcerationis morem non diu viguisse, sed XV. saeculo defecisse vult Muratorius in laudata sua Dissertatione lxv. At de his satis, ne dictum dicam ad quae tamen illustranda, schsda nostra est maxime opportuna.

[1] P. I. Lib. III. p. 508.

(2) Episc. Pinn. fol. 1144. edit. Ven.

*dem Pinnensibus , & Adriensibus Ecclesiis , quibus tunc preerat tenebatur licet absentem de Fratrum suorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium consilio , & Apostolica potestatis plenitudine absolvens ipsum ad dictam Camerinensem Ecclesiam tunc vacantem auctoritate Apostolica transtulit praeficiendo eum eidem Ecclesie in Episcopum & Pastorem &c.* Sequitur in his Apostolicis Urbani VI. litteris in tabulario Episcopali Adriensi servatis electio facta ad Ecclesias Pinnensem , & Adriensem Augustini de Lanzano Canonici Salernitani , & Pontificis Capellani post translationem ad Archiepiscopatum Pisanum Bernabei Episcopi Lunensis , & Comitis , qui ab eodem Gregorio XI. die 31. Augusti 1374. fuit selectus illarum Ecclesiarum Administrator per Gyoiosi translationem ad Camerinensem . In numero Adriensium Episcoporum Gyoiosus est IX , & in tabulario illius Ecclesiae octo servantur hujus Episcopi diplomata , in quibus constans nominis ortographia est *Gyoiosus* ; & ultimum diploma datum est die 20. Februarii anni 1374. sic me monet humanissimus , & dignissimus illarum Ecclesiarum Antistes Januarius Perellius suis ad me datis litteris Adria die 7. Junii 1758. In libris oblig. Camer. (1) haec habemus = *Anno Dñi* 1374. *die* 20. *Martii D. Giogiosus Episcopus Camerinensis promisit pro suo communi servitio* 200. *florenos , & quinque servitia consueta* = Hinc pro certo statuimus post diem 20. Februarii , & ante diem 20. Martii anni 1374. *Gyoiosum* fuisse ad nostram Camerinensem Ecclesiam restitutum ideoque emortualem Fr. *Marci* annum praefigere cogimur infra annum 1373 , vel sub initio anni 1374. De unico *Giojoso* bis Ecclesiam Camerinensem gubernante habes doctissimam Animadversionem Apologeticam eruditissimi Angeli Augustini Buti Can. Ecclesiae Cathedralis Fabriani in App. ante monumenta.

XIV. In Ughelliana serie Episcoporum Pinnensium ab erudito Coleto illustrata (2) *Jojosus* ( sic ibi vocatur ) patria Sulmonensis habetur , & Marci successor anno 1361. mense Aprili . Sed male . Dicendus est patria Fabrianensis , ut in laudata Animadversione probat cl. Butus .

XV. *Giojosus* , qui & *Giovasius* (3) dictus habetur in scheda Tabularii S. Severini , facultatem dedit domno Nutio Abbati Coenobii Vallis-focinae redimendi quaedam praedia . In ea haec habentur : *In Dei nomine Amen . Anno Domini MCCCLXXV. indict. xiij. tempore Gregorii PP. XI. die xxv. mens. Febr. Nicolaus Aderentii Can. rev. in Christo patris & d. d. Giovasi Dei & Apostolice Sedis gratia*

(1) Libr. oblig. Camer. anni 1374. pag. 182.

(2) Episc. Pin. fol. 1144. edit. Ven.

(3) Forte *Giojosus* ab inepto vulgo dictus est italicè = *Giovoso* = hinc in latinum nomen versum est *Giovasius* .

*tia Camerinensis Episcopi Vic. generalis. Discretis & providis Viris Nicolao Antonii de Cingulo commorante in Villa Panicalis districtus Cinguli, Magistro Marco Marini habitator Ville Serrarum dicte terre Camerinen. dioec. salutem in Domino &c. Jo. Petri de S. Sev. not.* Et ab hac deprehendimus Giojosum suam rexisse Ecclesiam ad annum 1375. De eo imposterum nullam habemus memoriam.

## CAPUT IV.

### *De* Benedicto *II, & de supposito Episcopatu* Joannis *& de Nutio.*

I. *Post Giojosum sequitur* Benedictus.
II. *Fuit nepos* Giojosi, *& Canonicus Fabriani.*
III. *Dat diploma singulis Catholicis Episcopis cum facultate inaugurandi Ecclesias S. Francisci, & S. Salvatoris Pyri.*
IV. *Rodulphus Berardi filius in Camerino dominatur. Subit odium Card. Alburnotii. Florentinis adhaeret. Illius vicissitudines, & mors narrantur. Joannes & Gentilis tenent Principatum.* Benedictus *Rodulphi, & Joannis suarum voluntatum ex testamento factus est exequtor.*
V. *Joannes post Rodulphum Camerinum gubernat. Ejus gesta. Monachi Olivetani Camerini constituti sunt.*
VI. *Agitur de Monasterio* Rivi sacri, *illudque illustratur.*
VII. *Camerinensis Dioecesis tumultus narrantur.*
VIII. *Sequitur argumentum, & historia.*
IX. *Ughellius post* Benedictum *producens Episcopum* Joannem *corrigitur, & a nostra serie Joannes tollitur.*
X. *Successor Benedicti fuit Nutius, anno* 1390.
XI. *San-Severini constituit Vicarium suum.*
XII. *P. Gentilis opinio affertur de San-Severini Oppido ad Auximanum Episcopum per haec tempora subjecto.*
XIII. *Ad examen revocatur haec subjectio.* Pyrum *etiam in Innocentii VII. litteris asseritur Firmanae Dioecesis. Utramque subjectionem in dubium revocamus.*
XIV. *De Pyri vicissitudinibus sub Smedutia gente.*
XV. Nutius *vivit anno* 1404.

I. POst *Giojosum* memoria occurrit Benedicti in Archivo S.Venantii de Fabriano anno 1379. die 10. Jan., quo die facultatem dedit *Benedictus* Raynaldo Cicchi Canonico jura Episco-

scopalia colligendi. Sic me monet cl. Butus. Benedictus selectus fuit Episcopus anno forsan 1378. ab Urbano VI. In publicis tabulis confectis super electione hujus Pontificis, in quibus facta illius recensentur sub illius Pontificatus initio, & antequam schisma pullularet, habetur = *Item Ecclesiae Camerin. tunc vacanti de persona Benedicti de Fabriano providit*. [1] Haec humanissimus Garampius ex Cod. 1. *de Schis. Clem. VII.* in Archivo Secr. Vatic.

II. Fuit *Benedictus* Fabrianensis Nepos Giojosi, illique in Cathedra successor. Tenuit etiam Canonicatum in Collegiata Fabrianensi Ecclesia S. Venantii; idque iisdem plane argumentis probatur, queis patriam, genus, & Episcopalem dignitatem *Giojosi* supra firmavimus. His accedit auctoritas Fr. Dominici Mariani Scriptoris pene coaevi.

III. Florebat adhuc *Benedictus* anno 1381. Documentum habemus apud Fr. Minores Conventuales dictos in nostro Pyrano Coenobio. Datum est diploma ad singulos Catholicos Episcopos cum facultate inaugurandi duas Ecclesias; quarum una est S. Francisci [2] quam Fratres illi Pyri pientissime curant: altera a S. Salvatore

 no-

[1] Tom. 1. de Schismate &c. pag. 175. in Arch. Vet.

(e) Prope Ecclesiam S. Martino sacram, in qua Pyreni ad annum usque 1246. Comitie de more celebrabant ex schedis Pyrani archivi, Fretres Minores se receperunt vivente forsen S. Francisco; quendo, (ut dictum est Lib. . . . Cap. . . . num.) epud Castrum Fajetee Sanctus Pater suum condidit parvulum Monasterium. Templum postea Fr. Minores a fundamentis exeedificarunt & Beatissimae Virgini ad Coelum assumptae consecrarunt. Post glorificationem vero S. Francisci vulgo ex ejus nomine fuit nuncupatum; quamvis hodiedum solemnissimus omnium dies festus sit 15. Augusti SS. Virgini ad Coelum assumptae sacer. In municipalibus legibus a Pyrenis post annum 1216, & ante ennum 1226. conditis Fretres Minores habeut pro tunicis certum ennuum censum, & peculiares oblationes. Nolim tamen petriae gloriae studiosus fautor haberi, dum scribo, Pyrum *Statuta* condidisse sua ante annum 1216, quod certis monumentis rara admodum Castella, & Civitates nostrae provinciae possunt probare. Documenta enim nobis praesto sunt ad id affirmandum. Chartam habemus cooptetionis inter Pyranos cives Attonis filii Comitis Alberti Domini Insulae Orgalis in agro Cingulano confectam enno 1216, qua charte Commune Pyri promittit Attoni *omnes bonas usancias conservare*. En ad haec tempora *consuetudines* pro lege Pyri serveter; ut in Caroli M. constitutione 148. leg. Langob. statutum habetur. Aliud hebemus documentum anni 1226; quo inter nostros Cives edscribuntur Milites Domini Casavollae, de quo elias dictum est, qui nobilee Domini = *Submittimus* (dicunt) *omnes dictos homines Casavollae sub curte, finaita, & jurisdictione Communitatis, & Universitate dicti Castri Piri, eorum preceptis obedire, Capitula seu Statuta tenere, que nunc sunt, vel erunt per tempora &c.* Anno etiam insequenti Dominus Andreas Ugolini de Montecle inter Cives Pyrenos cooptetur, & in charta legitur = *promitto observare, & attendere omnia Capitula sive Statuta Castri Piri facta &c.* Praeterquamquod quamplurime monumenta in eodem tabulario Pyrano, & in aliis, praesertim Monachorum S. Blasii de Fabriano, no-

nomen habet [1] prope moenia Pyri eminenti in clivo sita, quod Castellare antiquitus nuncupatum est, & summa religione colitur. Monachorum Avellanitarum, qui Coenobium SS. Trinitatis ad radices Suavicini montis a Beato Petro Damiano constructum incolebant, Templum hoc antiquissimi juris fuit, & tamquam illius Monasterii membrum Priori SS. Trinitatis anno 1393. reperimus subje-

nobis praesto fuerunt, quae probant ente seculum xiv. municipaler leges Pyranos habuisse suas. Hinc tuto firmamur infra annum 1216, & annum 1286. municipales Pyrani populi legas fuisse confectar; quas postea saculo xiv. sub Urbano VI. Pyrani reformarunt; ut sub initio illarum legitur sic = *Nos . . . . . vocati electi ex presenti per parlamentum dicti Communis, & . . . . . electi secundum formam statutorum dicti Communis ad statuta Communis, & populi dictl Castri facienda . . . . . & in melius reformanda &c.* Nil ergo opteri potest luculentiur ad hanc veritatem firmandam. Qui vero edoceri velit, quare tam cultum in nostro castro regimen, & sic sollicita floruerit haec oeconomia, quam tot monumantis probavimus, dicam brevibur. Quotquot in Vallis S. Clemantir, ajusque circuitu Castrir imparabant Domini, tot nos Pyranos fuisse Civer syncarir monumeutis probamus; & sunt *Gentilis*, aliiqua de Rovellono, *Bernabeus* de Precicle, *Bonus Comes* da Fajetia, *Conradus* de Accola, *Defensor* de Civitella, *Transmundus* de Castregono, *omnes milites* Domini Casavollae, *Atto* da Insula Orgalir, *Andreas Ugolini* de Montecle dominus entiqui Castri *Pyri*, quod in colle florabat, sed sua nobilitate destitutum. Quid ergo mirum si Castrum nostrum tam cultum haberet regimen a tot illustribus viris sub initio xiii. feculi frequantatum? De illis Castris passim quidplam hebes in opere. Indicem consule.

[1] Quemadmodum instante Fr. *Ufredutio* Pyreno Ordinis Min. fuit Sancti Francisci templum inauguratum, sic postulante Domno *Nicolao Rectore & Capellano* Ecclesiaa Sancti Salvetoria fuit templum inauguretum opera forsen Monachorum Suavivicini Coenobii, cujur Ecclesia ista erat membrum, & in qua ab illis Rectores constituebantur. In sacra Visitetione peracta ab Episcopo Alphonso Binarinio enno 1579. lagitur haec Ecclesia consecrata die 18. Augusti 1386. Postquam varo Suavicini Monachi dafecerunt, Paroacia Sencti Salvatorir illi Sanctae Felicitatir fuit unita, & Ecclasia filialir facta est S. Falicitatir una cum Paroecia S. Staphani in Monta Buraco dicto ad mill. circ. pass. Pyro dissita ad ajus Orientam. Harum Paroeciarum parvuli sacro lavacro regenerandi ad Sanctaa Felicitatis baptismalem fontam asportabantur, ibi enim tantum fons baptismalir aperiebatur; & Rectori S. Felicitetir hae duae parocciaa fuerunt assignatae. Forte tunc Rector S. Felicitatir *Plebani* titulum sibi usurpavit. Quia idem priscir tamporibur *Ecclesia plebis* sonabat, aa *Ecclesia baptismalis*, sub qua eliea Ecclesiae sina baptismali fonte erant a suo Rectore gubarnatae. Luculantar hac da re egit Murat. diss. lxxiv. antiq. Ital. Ante enim hanc unionem nullibi reparimur *Plebani* titulum Rectori *S. Felicitatis* adtributum; & multo minus Rectori Ecclasiae S. Salvatoris, qui a Priore Suavicini Coenobii pendebet, idaoque in diplomata Benedicti Rector S. Salvatoris nuncupatur *Capellanus* ad exprimendam subjectionem alteri Ecclesiae debitam, ut bene animadvertit Muretorius in aadam Dissartatione lxxiv. & cap. 1. in fin. ne Clar. vel Mon. in 6. *Plebania dicitur, quae sub se babet Capellas, in quibus instituuntur Clerici perpetui.* Vid. Constit. Aegidan. Lib. II. Cep. II. gloss. verbo *Plebanus*. Etsi post unionem Paroeciee Plebanur fuit appellatus *Plebanus S. Salvatoris & S. Felicitatis*, hoc non aliter factum esse dicandum ast nisi ob reverentiam nominis *S. Salvatoris* nomini *S. Felicitatis* praaponendi. Id dictum sir ad coercendam quorumdam blateronum jactantiam, & ignaviam.

jectum. De hoc egimus in editis actis S. Dominici Loricati [1] Subsequentibus vero seculis templum S. Salvatoris religione crevit ob illuc translatam Beatae Virginis Mariae imaginem, quae Campestri parieti picta coepit miraculis, & quidem insignibus praelucere. Unde factum est, ut, secto muro, imago illa in Templum hoc fuerit translata, ibique hodie assidua tum urbanorum, cum advenarum frequentia celebretur. Diploma Benedicti damus in Appendice. Episcopi utramque Ecclesiam inaugurantis nomen adhuc latet. Ad res Camerinenses sermonem vertamus.

IV. Rodulphus Berardi filius Camerini per haec tempora dominabatur. Princeps iste, qui, adveniente in Italiam Aegidio Cardinale Alburnotio R. Pont. Legato ob tot praeclarè pro S. R. E. gesta, summam sibi Cardinalis promeruit benevolentiam, illo iterum in Italiam redeunte, pravo etiam Malatestae de Malatestis Ariminensis Reguli studio, magnam subiit Cardinalis indignationem. Id in caussa fuit, cur Florentinis sese adsciverit, illorumque sociis, quorum Imperator dictus, Bononiae quae ab Ecclesiae fide jam defecerat & gravi Pontificii exercitus obsidione premebatur, fortem manu, & consilio operam praestitit. Joannes tunc, & Gentilis Rodulphi Fratres Ecclesiae fideles Camerini regimen susceperunt; illisque Gregorius XI. Romam regressus anno 1376. suis Apostolicis litteris Tolentini, San-Genesii (2) aliorumque in Marchia Anconitana Castrorum dominationem confirmavit, *quae Rodulpho Berardi germano vestro* (sic habent Apostolicae litterae) *tunc, ut reputabatur, nobis & Ecclesie fideli olim ad certum tempus duxerimus concedenda; idemque Rodulphus sue salutis immemor, & ingratus, diabolo sug-*

Ll 2

[1] Vit. di S. Dom. Loric. Cap. xxv. pag. 159. die 31. Jan. anni 1393. in articulo mortis constitutus Domnus Nicolaus, [idem forte, quo instante S. Salvatoris Templum fuit inauguratum] omnia mobilia tam in Ecclesia, quam in domo parochiali descripta fuerunt per acta Antonii Joannis Not., quae post illius obitum tradita fuerunt die 8. Aprilis Ven. Viro Domno Joanni Pilori Eremi Suavicinae.

[2] Anno 1355. a Card. Alburnotio San-Genesii Vicarius Rodulphus fuit declaratus ad annos xii. Illis expletis anno 1367. Genesini Ecclesiae libertatem, & exitium tyrannorum (sic Varanios nuncupabant) acclamarunt. Ad haec Varaniae gentis ministri ad tumultuantium interitum exarserunt; illosque saeviter trucidarunt. Forsan Oppidum supremam subiisset perniciem, ni Adamantus de Agrifolio Cardinalis Anglici Episcopi Albanensis Marchiae Legati judex furorem Rodulphi militum sedasset. Accurrit Rodulphus Camerino San-Genesium accitus, suaque lenitate, populo offensarum oblivione promissa, Oppido tranquillitatem, & pacem restituit. Per annos postea quinque in Vicariatus San-Genesii munere confirmatus est Rodulphus praestito juramento, expleto quinquennio S.R.E. Oppidi restituendi. Rodulphus exinde mirum in modum Oppidum munivit, murisque fortissimis vallavit. Sub hoc Principe nobilium potior pars Civium defecit. Haec habet Severinius in sua ms. historia Genesina Lib. 1. Part. II.

*ſuggerente*, *contra nos*, *& eandem Eccleſiam calcamen ribellionis erexerit maledicte lige Florentinorum manifeſtorum ipſius Eccleſie perſecutorum adherendo &c.* (1) Attamen non multo poſt de ſe, rebuſque ſuis veritus Rodulphus, a Florentinis ſe abalienavit, ad Eccleſiae fidem rediit, & foedus cum Picentibus iniit. Hoc fuit Rodulphi poſtremum opus; nam ſub initium anni 1384. extremum clauſit diem, (2) Camerinenſis Eccleſiae regimen adhuc tenente *Benedicto* viro doctrina inſigni, & Canonum doctore eximio; qui tantam ſibi *Rodulphi*, & *Joannis* benevolentiam comparavit; ut ambo extremarum ſuarum voluntatum dixerint Benedictum noſtrum exequutorem. [3]

V. Joannes aetate gravis, & nullo ſuſcepto filio, poſt Rodulphum Camerinum gubernavit; biennio tamen nondum exacto, naturae conceſſit anno 1385. His temporis anguſtiis S. Venantii ſuburbium moenibus vallavit, binaſque turres ad Potentiam unam, in Beregnae montibus alteram a fundamentis erexit. Suos haeredes dixit Gentilem III. ex Berardo II, & Rodulphum filium, alterumque Gentilem, & Berardum ex Venantio natos, quibus in ſuis poſtremis tabulis mandavit, ut in ſuburbio S. Venantii Coenobium conſtituerent a duodecim Monachis Montis Oliveti incolendum, qui antea degebant in Monaſterio *S. Angeli de Murrone* a Civitate bis mill. paſſ. diſſito ad ejus Orientem; cujus rudera adhuc ſuperſunt. In eam Eccleſiam ſcribit Lilius Joannem fuiſſe tumulatum a proxima Sentini arce, quam ille a fundamentis tunc erigebat, & ubi ſuos confecerat dies quatuor ſibi aſſiſtentibus Olivetanis Monachis (4) translatum. In loco, qui olim Belmengeri nuncupabatur, Monaſterium cum templo fuit conditum, & Monachis traditum. Coadunato mox Clero in Cathedrali Eccleſia, indictaque ſolemni ſupplicatione (praemiſſa e ſuggeſtu lectione piae diſpoſitionis Joannis) Clerus cum ſupradictis nobilibus Varaniis haeredibus, & *Benedicto* noſtro, ad Coenobium Belmengeri perrexerunt; ad cujus poſſeſſionem, aliorumque ſtabilium bonorum Monachi immiſſi fuerunt. [5]

VI. An-

[1] Integrum Gregorii XI. diploma habet Lil. Part. II. Lib. III. pag. 104. & 105.

[2] Lil. ubi ſup. pag. 120.

[3] Lil. ubi ſup. pag. 124.

[4] Lil. ubi ſup. pag. 125.

[5] Muterunt poſtea ſedem Monachi Olivetani, & ad divi Matthaei tranſierunt, in quo Rambottus Epiſcopus noſter anno 1291. Monialibus S. Gregorii de Dinazzano in Agro Camerinenſi moram conſtituerat. Monialibus locus Belmangeri datus eſt, ubi anno 1483. Julius Caeſar Varanius nobile condidit monaſterium ſub regula S. Clarae, a Monialibus amplexata, ubi pientiſſimè obiit Camilla illius nata, ut infra dicemus. Hac aedium permutatione orta pariter eſt Eccleſiarum nomi-

num

VI. Anno etiam 1387. in vivis erat *Benedictus*. Documento patet, quod damus in Appendice, ab immortali Card. Enriquez accepto illique a cl. Hannibale de Abbatibus Oliverio communicato. Charta continet Apostolicas litteras Coelestini III. anno 1192. expeditas pro Coenobio *S. Salvatoris rivi sacri* (1) Ord. S. Benedicti, queis Coelestinus sub praesidio Sanctae Sedis recipit Monasterium, variisque privilegiis illud, & Monachos exornat. Apostolicae litterae exscriptae sunt a Paulo Lippi de Flastra Not. districtus Camerini

num permutatio. Ecclesia Belmangeri, prius *S. Maria Nova*, ax Joannis Varanii dispositione a S. Matthaeo nomen habuit: Ecclesia vero S. Matthaei S. Mariae Annunciatae collis Bovis nomen tenuit. Hanc & hodie Monachi Olivetani religiosissime curant (Lil. Par. II. Lib. IV. pag. 124.)

[1] Hujus Coenobii vix nomen profert Lilius in historia sua Part. II. Lib. III. pag. 108. Illud recolit Lubinius in not. Abbat. Ital. edit. Romae anno 1693. pag. 325. sic = Abbatia titulo S. Mariae da Rivo Sacro Ord. S. Benedicti Dioec. Camerinensis; da ea codex taxarum Camerae Apostolicae; in Codice taxatum D. Passionaei additur; sive de Aqua Cumina. *Rio sacro*, & *Aqua-Cumina* vici ad invicem mille pass. dissiti ad fontes torrentis *Fiastra* in Piceno, sive Marchia Anconitana; novem circitat millibus passuum Camerino distantes Orientem hyemalem versus. Erat etiam sub titulo *S. Salvatoris*, ut legitur in vetari Codice taxae Cameralis = De hoc insigni Coenobio nonnulla proferam ad nostri Operis ornamentum, & Monasticae historiaa splendorem, quae, studio Comitis Paridis Pallotta Maceratensis Patricii viri clarissimi, & a Josepho Faricellio hodie Monasterii *riguli sacri* Abbate Commendatario, & Aquae-caninae populi rectore humaniter accepi. Situm erat hoc Asceterium, cujus reliquiae vix hodie supersunt, ad radices Montis *Valle fibbia* dicti ad Oriantem Castri Bononiolae (vulgo *Bolognola*) ad Occidentem Montis *Valle fibbia* in Agro Castri Flastrae [vulgo Fiastra] Oppidi Visso finitimi. Ad Austrum Castrum ipsum Aquae-Caninae habuit, in quo Monachi dominabantur. Die taman 20. Novambris anni 1349. homines Aquae-Caninae subjectionem redemerunt, soluta Monachis quadam pecuniarum parte; idque patet documento in Archivo illius Castri servato, quod nos legimus. Insuper apud Monachos fuit hujus Castri Sacerdotium. Coenobium ab Aqua-Canina bis mille, & 500. pass., a Flastra III. mill. pass. aberat. Ad Meridiem habuit montes, unde rivulus ille fluit propa Monasterium excurrens, cui *Sacri* nomen adhaesit; Forte, quia in illius Coenobii templo summa prosaquebatur religione SS. Salvatoris cruci affixi simulacrum illi simillimum in Basilica S. Pauli extra Urbis moenia culto, quod Templo nomen dedit, rivulo illi, totique Valli *Sacri* nomen est adtributum. Hoc Venerabile monumentum miraculis in dies insigne servatur hudie, & peculiari cultu honoratur in Abbatiali Ecclesia Aquae-Caninae. Monachi illud Coenobium incolentas ordinis fuerunt S. Benedicti, & ab horrido recessu, & solitaria regione, ubi illud conditum est, conjicare possumus illud fuisse a Monachis fundatum antiquissimae Benedictinae regulae sectatoribus; Forsan atiam a S. Romualdo suis monitis vel instructum, vel reformatum. Stetit hoc Coenobium cum Monachis ad medium circiter XV. seculum. Certè anno 1440. ax schedis illius Monasterii florebat adhuc, illudque regebat Domnus Abbas ..... Mazzutallius, Sindicus erat Fr. Symon Machalottus Ambo nobiles Cives Camarinenses. Anno vero 1500. *Fabricius* Varanus Episcopus noster ibi praesidebat Abbas Commendatarius, & forte fuit primus. Corruit exinde Monasterium, & Templum; & Abbatialis & Parochialis Ecclesia fuit translata ad *S. Mariae de Merigu* (vulgo *del Meriggio*) quam recolunt laudatae Coelestini Apostolicae litterae.

rini coram Vicario generali nostri *Benedicti* anno 1387. die 22. Augusti. Ad haec usque tempora *Benedicti* memoriam habemus. (1)

VII. Antequam ad alios nostrae Ecclesiae recolendos Antistites sermonem prosequamur, injucundum non erit tumultus, queis per haec tempora nostra vexabatur Dioecesis, breviter proferre. *Rodulphum* Camerini Dominum ab Ecclesia sejunctum, & Florentinis, eorumque foederatis adhaerentem vidimus. *Bartholomaeus* Smedutii filius, qui in San-Severini, Pyri, aliorumque Castrorum Principatu Smedutio patri cum germano suo Honuphrio successit; in eoque Apostolicis Gregorii XI. litteris anno III. sui Pontificatus die 15. Maji fuit confirmatus; anno scilicet 1372; Rodulphi exempla prosequutus Florentinis pariter adhaesit anno 1375, fuitque foederatorum Imperator dictus (2) eo felici successu, ut ob multiplices a copiis suis relatas victorias = *Bartolomeo delle Vittorie* = fuerit proclamatus. Hinc factum est, ut Gregorius anno 1377. suas Apostolicas litteras dederit ad Universitatem Terrae Fabriani per illa tempora Romanae Ecclesiae fidelem; quibus a Smedutiae gentis dominatione subtrahit *Pyrum*, (3) *Domum Retorsium*, & *Precicchiarum* Castrum; quia *persone in eis degentes nequiter a subjectione nostra* (sunt verba diplomatis) & *dicte Ecclesie se subtraxerint, ac eidem Ecclesie rebelles existant*: & *Castra illa*, inquit Gregorius, *aunectimus & incorporamus, ac illa de comitatu seu territorio dicte terre Fabriani perpetuo esse decernimus. Dat. Rome apud S. Petrum Idib. Februarii Pontif. nostri anno* VII. Quemadmodum vero Rodulphus, sic *Bartholomaeus* ad fidem rediit Ecclesiae. Tunc *Universitates, & singulares persone terre Sancti Severini, nec non Piri, Staffoli, Domi, Castellecte, Retorsii, Ficani* (4) & *Montis Acuti Ca-*

[1] Ind. Castr. S. Aug. init.

(2) Murat. Rer. Ital. Tom. XV. col. 247. Coluccius Salutatus fol. 84. litter. n. XXXVI. part. I. a Josepho Rigaccio edit. Florentiae anno 1741. cum notis.

Poggius lib. II. hist. Florent. circa finem.

(3) Quo tempore Smedutius Bartholomaei pater fuit renunciatus Vicarius Apostolicus San-Severini, obtinuit etiam Pyri dominationem a Card. Alburnotio, omnemque censum illius Castri, & etiam Domi, quia bis mille florenos auri, & mille rubios frumenti Smedutius eidem Cardinali mutuos dedit, ut patet ex diplomate ad Smedutium dato, & in priorali Pyrano Archivo servato, & Ancona expedito anno 1359. In eodem Vicarii munere confirmati sunt post Smedutii obitum, qui anno circ. 1372. contigit, illius filii Bartholomaeus, & Honuphrius a Gregorio XI. anno 1373.

[4] Habuit Ficanum suos dominos seculo XIII, & ab iis fuit venditum Smedutio anno 1348, ut diximus in dissert. praelim. Cap. IV. §. II. pag. 38; postquam idem Smedutius anno 1346. die 13. Junii petiit, & obtinuit a Pyrano populo sui cooptationem inter nobiles Castellanos, ut dicebant, Pyri; & *quod si commune Piri habet aliquod jus in Podio, seu Castellania Ficani, quod illud jus, quod habet sibi detur, & con-*

*Castrorum, & ipsorum districtuum, & territoriorum Camerinensis diecesis, qui dudum se ab obedientia, & subjectione Romane Ecclesie temere subtraxerunt, & eidem Ecclesie rebelles fuerunt, nuper ad cor redeuntes* ab Urbano VI. Gregorii XI. successore veniam impetrare studuerunt, & Urbanus per suas Apostolicas litteras, quarum verba superius nos usurpavimus, Abbatibus S. Apollinaris de Morellis, & S. Laurentii de Sancto Severino, ac Priori Sancti Severini Aesinae, & Camerinensis dioecesf. anno 1379. plenam omnium excessuum absolutionem supradictis Universitatibus, & personis commisit. *Datum Rome apud S. Mariam in Transtiberim xij. Kal. Martii Pontificatus nostri anno primo*. Habes in Appendice diploma.

VIII. Camerinenses interea a Joanne, & Venantio Rodulphi fratribus regebantur; nec ab illorum dominatione resilierant. At non sic Genesini, qui anno 1386. die prima Martii in Varanios insurgentes illos ab oppido expulerunt, fretique Marchiae Anconitanae Legati potentia libertatem redemerunt. Haec habet Severinius in laudata sua ms. historia Genesina. Pyrani eodem anno 1386. sub Bartholomaei, & Honuphrii potestate erant: Sed non multo post horum regimen indignati sunt; illoque anno 1388. erant jam liberati, ut patet ex diplomate Card. Andreae tit. SS. Marcellini & Petri dat. Auximi die v. Febr. dicti anni in Appendice producto. [1] Sic *Benedictus* noster, qui per haec tempora vivebat adhuc, videbat gregem suum hisce intestinis bellis misere discerptum.

IX. Post *Benedictum*, cujus emortualem annum ignoramus, & de cujus gestis ad annum 1387. memoriam habemus, Episcopus nobis occurrit *Joannes*, quem in Cathedra Camerinensi florentem scribit Ughellius ex libr. obligat. Camer. ad diem 27. Martii 1390. Breve fuisse *Joannis* regimen, suspicatus sum, idque in caussa for-

*concedatur*. Civitate donatus Smedutius Podium obtinuit. Confectae exinde fuerunt publicae tabulae, & selectus unus ex Civibus ad illas perficiendas, quae, quum in nostro Pyrano Archivo defecerint, illas accepimus a V. C. Annibale de Abbatibus Oliverio, & damus in Appendice.

(1) Bartholomaeus ejusque filius Smedutius videntes se San-Severini, & Pyri dominatione spoliatos statuerunt vendere Boldrino de Panicalis Castrum Ficani pretio decem millium ducatorum auri; fueruntque aliae publicae tabulae confectae Mathilicae die 25. Aprilis anno 1388, ubi se Bartholomaeus cum filio receperat, per Acta Angeli Guidutii Not. Matilicani. Corrigendus idcirco est Joseph Orsinius e Familia Augustiniana Boldrini gestorum Scriptor eruditus asserens Ficani Castrum a Boldrino per vim captum & expugnatum. In hoc Castro, ubi munitissimam erexit turrim Smedotios, sese recepit Boldrinus ad se, suasque copias reficiendas anno 1391; unde a Tomacello Maceratam ad convivium invitatus fuit, ibique proditoriè trucidatus occubuit. (Comp. regia Pie. Lib. v. Par. 1. pag. 259.) Hinc factum est, ut Bartholomaeus ad primaeva Ficani jura redierit; postquam Inn. VII. auctoritate ad Pyri dominationem nepotes illius San-Severini dominantes regressi sunt, ut mox dicemus anno 1406.

forsan credidi, cur de illo nulla supersit nobis memoria in nostris Tabulariis, quae mihi praesto fuerit; sed hanc meam suspicionem e medio sustulit toties laudatus Canonicus Garampius; erroremque Ughellii detexit; qui post Benedictum in nostra serie ponit Joannem. In libris utique oblig. Camer. ab anno 1387. ad diem 25. Martii 1390. habemus *Joannem* Episcopum non Camerinensem, sed *Caminensem* Episc. sub Gnesnensi Archiepiscopo in Pomerania maj. Haec Ecclesia hodie secularis facta est ob pacem Vestphaliensem, & est Marchioni Brandeburgensi subjecta. *Joannes* ergo iste ad nostram Ecclesiam non spectat.

X. Ughellius in sua serie post Joannem dat locum *Benedicto*, quem decessisse asserit anno 1394, & post *Benedictum* eodem anno 1394. ponit *Nuccium*, seu *Nutium*, de quo sic habet = *Nuccius Salimbenis Camers Ariensis plebanus Camerinensis Dioecesis Benedicto suffectus est Bonifacio IX. eligente anno* 1394. *Idib. Oct. Anno autem* 1398. *Ecclesiae S. Francisci consecrationi interfuit in Fabriano, ac tamquam Dioecesanus amplissimam indulgentiam indulsit omnibus iis, qui illic deprecaturi Ecclesiam illam inviserent. Consule Wadingum in Annal. Frat. Min. tom.* 11I. *Hic vero venerandus Episcopus propemodum effetae aetatis cum esset, captusque oculis, Gentilem Camerinensem cum spe futurae successionis, Bonifacio IX. mandante, excepit, qui tunc Ecclesiae S. Stephani Rector erat; de quo tamen deinceps nulla memoria extat, an Nuccio successerit nec ne. Nuccius enim, cum decessisset anno* 1407. *Joannem, qui proximè sequitur habuit successorem* = Haec Ughellius. Auctoritate tamen libr. obligat. Camer. *Nuccius* non anno 1394, sed anno 1390. die 29. Oct. erat *electus Camerinensis*; ideoque a nostra chronotaxi fidenter *Benedictum* expungimus. Laudati libri obligat. Camer. pag. 88. haec de Nuccio nostro habent, quae a cl. Garampio accepimus = *Anno Dñi* 1390. *die* 29. *Oct. Reverendus in Christo pater Dominus Nuccius electus Camerinensis per Dominum Johannem de Sanctojusto Apostolicarum litterarum scriptorem procuratorem suum ad hoc legitimè constitutum promisit Camere, & Collegio* 16. *Cardinalium pro suo communi servitio* 200. *florenos auri de Camera, & quinque servitia consueta, solvendo medietatem in festo Resurrectionis Dñi nostri Jesu Christi proximè futuro, aliam medietatem in festo Assumptionis beate Marie Virginis ex tunc proxime secuturo, alioquin &c. juravit &c.* = Et de Nutio laudatus Garampius memoriam habet in schedis Archiv. secr. Vatic. usque ad annum 1406.

XI. In Tabulario majoris Ecclesiae San-Severini habemus ad annum 1398. *Nutii* diploma datum Camerini die 20. Nov. indict. VI. ad

ad universitatem, homines, & Commune terrae San-Severini, ejusque regionis. Episcopo supplicarunt San-Severinates, *ut ex causis in ipsa petitione inscriptis dignaremur ad exonerationem vestram, ita ut pro omnibus occurrentibus minimis non cogamini personaliter veniendo ad nostram curiam laborare, constituere unicum Vicarium nostrum in terra praedicta &c.* Sunt verba diplomatis *Nutii*, qui Vicarium Oppidi San-Severini selegit Ven. d. Dominicum Priorem S. Severini. Forte per haec tempora Vicarii Foranei in Oppidis, frequentatisque Castris nondum erant, ut hodie, constituti.

XII. P. Gentilius in laudata sua dissertatione (1) antiquitatum Septempedae asserit anno 1395. a Camerinensi Dioecesi fuisse San-Severinum abstractum, & Auximanae Ecclesiae datum. Constat id duplici diplomate Bonifacii IX. a Reverendissimo P. Antonio Bremondio Ordinis Praedicatorum jam Generali Magistro Scriptore clarissimo in Bullario sui Ordinis notis illustrato, in quibus legitur: *Domus Ordinis Fr. Praedicatorum S. Mariae de Mercato de S. Severino Auximane Dioecesis*. Ignorat deinde Gentilius, quo anno San-Severinum Camerinensi Episcopo fuerit restitutum. Auctoritate tamen diplomatis *Nutii* in Appendice producti anno 1398. Oppidum illud Camerinensi Episcopo subjectum esse deprehenditur.

XIII. Cur vero a nostra Dioecesi San-Severinum fuerit avulsum, & Auximanae Ecclesiae datum argumentari non possumus. Si enim Episcopum intueamur, nostrae Ecclesiae Rectorem habemus *Nutium* virum probum, aetate gravem, & non nisi cum laude commemorandum; ut suspicio nulla haberi possit, id ad injuriam tanti Antistitis fuisse decretum. Si nostros sensus proferre fas est, San-Severinum nunquam a Camerino fuit disjunctum; & si in Apostolicis Bonifacii litteris dictum est Auximanae Dioeceseos, id culpa factum putamus illarum litterarum Scriptoris San-Severinum reputantis in Auximana Dioecesi constitutum. In hujusmodi errorem lapsum animadvertimus Scriptorem litterarum pariter Apostolicarum Innocentii VII, quas in Appendice proferimus ad civilis historiae nostri Piceni ornamentum; in quibus *Pyrum Firmanae Dioecesis* asseritur anno 1406; quod, si factum foret, repugnaret utique Ecclesiasticae disciplinae; nullibi enim ager Pyranus *Firmanam* Dioecesim habet finitimam; & si a Camerinensi Ecclesia fuisset ademptus, Auximanae potius vel Aesinae erat assignandus Dioecesibus, quas Pyrum habet finitimas: Aesinam ad Austrum, Auximanam ad Orientem; non vero Firmanae.

XIV. Ad Innocentii litteras veniamus. *Bartholomaeum*, & *Ho-*

Mm *un-*

(1) Gentil. Antiq. Septemp. n. lvii. pag. 59.

*nuphrium* e Smedutia gente in San-Severino dominante vidimus circa annum 1388. Pyri gubernatione privatos. *Honuphrius*, ejusque filius *Antonius* aegrè admodum hanc expulsionem sustinentes quoquo poterant studio Pyranos fovebant, ut ad illorum regimen ab ipsis revocarentur; tantaque sedulitate rem pertractarunt, ut Pyrani die 27. Martii anni 1405, coadunatis generalibus comitiis, duos e nobilioribus selegerint cives, illosque ad Innocentium miserint gubernationem oppidi *Honuphrio*, & *Antonio* impetraturi. Interea Leonardus electus Firmanus Innocentii Camerarius = *Pro incumbentibus oportunitatibus Romane Ecclesie, & Apostolice Camere gravibus, & in presentiarum urgentibus necessitatibus, maximè pro satisfaciendis pecuniis pro redemptione Girifalci nostri Firmani* (sunt verba diplomatis Innocentii) *ac pro stipendiis, & provisionibus nonnullis gentibus armorum ad nostra, & prefate Ecclesie stipendia militantibus debitis, & aliis casibus gravissimis, cum aliunde non potuerit provideri, summam quinque millium florenorum auri de Camera a dilectis filiis nobilibus viris Honuphrio Colae* (frater fuit Bartholomaei) *Smedutii de Sancto Severino, & Antonio ipsius Honuphrii nato domicellis Camerinen. Dioecesis nomine, & ex causa mutui* aquisivit, habuit, atque recepit: *& pro cautione restitutionis dicte quantitatis quinque millium florenorum* ..... pignoravit & *titulo pignoris & specialis ypothece* dedit posuit, concessit, & obligavit *prefatis Honuphrio & Antonio pro ipsis, & suis heredibus & successoribus Castrum nostrum Piri Firmane Dioecesis cum ejus arce, territorio, districtu, juribus, & pertinentiis ipsorum, cum concessione meri, mixtique imperii, & jurisdictione omnimoda &c.* Haec egit Leonardus Camerarius favore Honuphrii, & Antonii; idque Innocentius ratum habuit, opportunis forte precibus Pyranorum, forsan etiam studio Ludovici de Melioratis Pontificis Nepotis, & Anconitanae Marchiae regimini Praefecti. Apostolicae litterae datae sunt *Romae apud S. Petrum vj. Kal. Oct. anno* II. anno nempe 1406. sub initio propterea anni sequentis 1407. Antonius Pyrum regebat; & duabus publicis tabulis ab Antonio Johannis Not. Pyrani confectis altera die 19. Jan., altera die 26. ejusdem mensis probatur Potestas Castri Piri *Nobilis vir Goronus Gilliotti de Malatestis pro magnifico domino Antonio de Sancto Severino*. At de Antonii vicissitudinibus alias infra; nunc ad *Nutium* redeamus.

XV. *Nutius* noster anno 1404. vivebat adhuc; ut probatur charta permutationis quorumdam bonorum ad Archidiaconalem praebendam Ecclesiae Cathedralis Camerinensis spectantium, quae in agro Fabrianensi posita erant, cum aliis bonis Monachorum S. Catha-

tharinae de Fabriano. Chartam in Appendice damus; in qua nomina recensentur Canonicorum Ecclesiae Cathedralis, & numerus illorum, qui undecim sunt (XII. Canonicus forte aberat, vel praebenda vacabat; quum ad duodenarium fuerit numerus fixus ab Innocentio III, ut in praeliminari Dissertatione [1] disseruimus). In illâ quomodo acta Capitularia tunc celebrabantur; quomodo Capitula indicebantur, habes; nempe personaliter, vel ad Cameras Canonicorum: unde patet etiam hoc XIV. seculo Canonicos Camerinenses moram duxisse in Canonica illius Ecclesiae, vitamque forsan continualle communem. De nostro *Nutio* nil aliud obtinere potuimus; qui tandem extremum clausit diem anno 1407, scribit Ughellius. Nos de emortuali *Nutii* anno nil certi habemus.

[1] Cap. VI. §. I.

# CAPUT V.

## *De Episcopis seculi* XV. *De* Joannis *II. Episcopatu.*

*I. Episcoporum XV. seculi seriem Ughellius dat integram.*
*II. Varanii in Camerino dominantes tentant Smedutios Principatu San-Severini spoliare. Braccius San-Severinum obsidet: repente obsidionem solvit ope S. Severini Oppidi Protectoris.*
*III. Nutii successorem habemus* Joannem.
*IV. Constantiense Concilium Varaniis confirmat Camerini, aliorumque locorum Principatum.*
*V.* Joannes *discordias Varaniae gentis componit.*
*VI. Accurrit indigentiis Coenobii S. Blasii Fabriani.*
*VII. Constituit Tolentini Collegiatam Ecclesiam S. Jacobi.*
*VIII. Joannes Episcopus Teramensis Vicarius generalis nostri* Joannis. *Hujus obitus aera statuitur, & Ughellius corrigitur.*

I. ECce nos ad XV. seculum, quo ignotos expiscari Episcopos vanum est, habemus enim illorum seriem minime interruptam, sed integram: attamen quorumdam Antistitum acta notis digna hic inserere de more non omittemus, & nonnulla, quae ad sacrae, civilisque nostrae Dioeceseos historiae supplendum opportuna sunt proferemus.

II. *Gentilis*, qui in genealogica Varaniae gentis serie tertius est, vir aetate, & consilio praestantior coeteris a *Joanne* Rodulphi fratre ad Patriae Principatum vocatis, (Rodulpho nempe ejusdem

Gentilis filio, alteroque Gentili, & Berardo ex Venantio natis) sub initio hujus seculi Camerinum gubernabat; eodemque initio prope centenarius, quum jam sub Urbano V. Senatoris dignitate praefulsisset, & almae Urbis Gubernatoris munere summa cum laude fuisset perfunctus, fatis cessit, dimisso filio suo *Rodulpho*, & *Gentili-pandulpho*, & *Berardo* hujus Rodulphi natis principatu. Principes isti anno 1416. San-Severinates, eorumque domicellum Antonium e Smedutia gente natum perturbare coeperunt. (1) Devastato Carpignano, & incenso, occuparunt arcem Schiti in agro San-Severinate; tandem auferre tentarunt a Smedutio San-Severini dominationem (2) auxilio implorato a Braccio, & Meliorato, qui Oppidum obsidione vallarunt. Attamen repente pax confecta est, & obsidio dissoluta, quod ad sui beatissimi Severini certam tutelam San-Severinates retulerunt. (3

III. Ad

[1] Habemus Cosae Procacci scriptoris Sanseverinatis coaevi ephemerides mss. in quibus haec habantur = *A di 22. Luglio 1416. li Signori Gentilepandolfo da Camerino, e Berardo suo fratello tolse lo Castello di Carpignano a M. Antonio Smeduccio, e abbrucciollo.*

(2) Ab eadem ephemeride = 1416. *li 9. Agosto lo magnifico e potente Segnor Braccio da Perusia assediò, e pose lu Campo a S. Severino; & alli 15. di detto mese dette la battaglia., & assalto alla Chiesa di S. Maria del Mercato, & per gratia de Dio non ebbe la vittoria.* Quid San-Severinates egerint die 16. Augusti ab actis Concilii daprachendimus. Habuerunt enim illa dia generalia aomitia, in quibus, quid statuendum in illis engustiis forat, actum fuit; & potior consiliariorum pars cum hostibus pacem tractandam in votis hebuit. Vix id Braccio propositum fuit, illico Dux iste pacem exhibuit, & concordia fuit confecta in Sacrario Collegiatae S. Severini die 17. ejusdem mensis. Sequitur Procaccius = *Alli 17. de detto mese Antonio Smeduccio, fece l'accordo col magnifico Segnor Braccio con pagarle quattromila ducati, e lo Castello de Gagliole; e alli 19. de detto mese fu levato lu campo* = Idipsum habat Adamius (de rabus Civit. Firm. lib. 2. cap. 37.) qui scribit cum 500. equitibus, & 2000. peditibus oppidum (San-Severini) obsedisse Bracchium de Montone, & Bernardinum Camettem (nempa Berardum) & post dies duos Antonius Honuphrii, & incolae S. Severini convenerunt cum Bracchio, Berardo, & Ludovico (de Melioratis) quare obsidionem solverunt.

[3] Jam subitae & ferme insparatae pacis conclusionem narrat P. Cancellottus in vita S. Severini [Lib. IV. Cap. VI. pag. 201, & 202.] sic: Braccius de Montono miles in historiis horum temporum celebarrimus, & ob insignem probatamque in armis virtutem Braccius fortis nuncupatus ona cum Varanio Cemarini domino San-Severinum obsessum tenebat. Illis foederatus accurrit cum 500. equitibus, & 2000. peditibus Ludovicos de Melioratis, qui Marchiam Anconitanam axcurrebat S. R. E. Vicarii caractere eb Innocentio VII. ejus Patruo insignitus, armorum vi oppida retenturus illi ab eodam Innoaantio concessa, & Carolum de Malatestis in illam a Gregorio XII. immissum expulsurus. Jamque San-Severinates haud valentes tot hostium impetum sustinere illorum voluntati se tradere parabant, praesartim quia Braccius Ecclesiam S. Mariae de Mercato, quae hodie a S. Dominico nomen habet, unde facillimè Oppidum icere poterat, occupabat. Braccius interea eminenti e loco obsessum oppidum perlustrans venerabilem vidit Episcopum pontificalibus ornamentis indutum, & cle-

III. Ad noſtros Epiſcopos redeamus. *Nutii* ſucceſſor fuit *Joannes*; a Gregorio XII. anno 1407. huic Eccleſiae praepoſitum fuiſſe ſcribit Ughellius, data ab eodem Pontifice facultate ſuis Apoſtolicis litteris cuilibet Catholico Epiſcopo illum inaugurandi. Camerinenſibus acceptiſſimus fuit, & praeſertim Varaniis Principibus. Quantum enim horum quieti *Joannes* profuerit infra videbimus.

IV. Collectum per haec tempora erat generale Conſtantiae Concilium ad ſchiſma tollendum, quod per quinquaginta ferme annos Eccleſiam, Italiamque miſerrime dilacerabat. Illuc Varaniorum convenere Legati, petentes a ſacro Concilio confirmationem *Civitatis Camerini cum comitatu, & diſtrictu in gubernatione* retinendi: *terre Monticuli, terre Belfortis, terre Sernani, terre Amandule, terre Penne Sancti Johannis, terre Montis S. Martini, Caſtri Gualdi, terre Montis-Fortini in provincia Marchie Anconitane, terre Viſſi, te re Cerreti pontis cum eorum comitatibus in provincia Ducatus Spoletani in Vicariatum; terre Tholenten, terre Sancti Geneſii dicte provincie Marchie in Feudum, terre Murris Vallium in Gubernatione* poſſidendi: & Sacri Concilii PP. illorum votis annuentes datis ad Antonium Archiepiſcopum Raguſinum, Bertrandum Epiſcopum S. Flori, & Johannem Stokes J. U. D. Anglicum Nuntios, & Commiſſarios in provinciis Marchiae Anconitanae, Spoletani Ducatus &c. litteris, in enunciatorum Caſtrorum jura Varanios confirmarunt dato diplomate *Anconae vi. Id. Febr.* 1416., quod integrum in Appendice damus.

V. Sequitur Ughellius differens de noſtro *Joanne* = *Anno* 1430. *enata inter Rodulphi Varrani Camertinorum domini filios diſcordia Johannes Epiſcopus ad eam conciliandam ſeſe interpoſuit* = Errant Ughellius, & Lilius (1) aſſerentes concordiam fuiſſe inter Varanios factam anno 1430; & mendoſum proferunt concordiae proëmium. Concordia enim fuit ſtipulata anno 1429. indict. VII. die nona menſis Januarii; quod non habetur apud laudatos Scriptores. Igitur poſtquam *Gentilis pandulphus, Berardus, Pier-gentilis*, & *Joannes* nati Rodulphi a Sacro Conſtantienſi Concilio confirmati ſunt in poſſeſſione, & dominatu Civitatis *Camerini, ejuſque Comitatus, & diſtrictus*, in quo continentur Caſtra quinquaginta quinque & Pagi quatuor; & *affectantes* (ut diplomatis diviſionis utar verbis) *dictam Ci-*

& clericis aſſociatum Oppidi moenia circumire, populo benedicere, excubias excitatas tenere, metumque ab illis adimeret quo aſpectu perterrefactus Braccius eodem momento obſeſſis pacem obtulit iis conditionibus queis illam Oppidani petierant. Qua firmata, Sancto Severino ſuo Oppidani liberationem acceptam retulere. Haec habet Cancellottus ex Leonardi Franchi ſcriptoris graviſſimi mſſ.

(1) Part. II. Lib. v. pag. 168.

*Civitatem*, *ejusque Comitatum*, *& districtum de bono in melius gubernare*, *augere*, *& ampliare*, *putantesque quod quilibet ipsorum partem sibi obveniendam de ..... Castris villis*, *& locis comitatus*, *& districtus predicti vigilantius*, *& prestantius custodiet*, *& gubernabit*, concorditer Castra dividere in quatuor partes statuerunt, & ad hanc divisionem faciendam suam navavit operam noster *Joannes*, ut patet ex diplomate, quod integrum in Appendice retulimus, & fidissimè a suo autographo exscriptum mecum humanissime a cl. Hannibale de Oliveriis communicatum, peropportunum ad corrigendos nonnullos errores, qui irrepserunt in exemplis ab Ughellio, & Lilio productis.

VI. Primum documentum quod *Joannis* nobis dat memoriam, ab Archivo S. Blasii Fabriani accepimus, spectans ad annum 1420. Monachi illius Asceterii, *cum propter guerras*, *quae viguerunt in Patria* (1) *temporibus retroactis*, *ac etiam unionem de Monasterio S. Victoris de Clusis ad Ecclesiam S. Catarine de Fabriano*, *Monasterium*, *& Ecclesia S. Blasii de Fabriano fuerit*, *& sit adeo depauperatum in tantum quod vivunt in paupertate*, *& egestate*, constituerunt eorum *sindicum & procuratorem Dopnum Pierum Galassini de Fabriano Monachum dicti Monasterii ad comparendum*, *& se presentandum coram Reverendo in Christo Patre & Domino Domino Johanne Dei & Apostolice Sedis gratia Camerinensi Episcopo &c. ad dicendum narrandum & exponendum Domino Episcopo*, *quod cum* (Monasterium praedictum) *habeat Ecclesiam S. Petri de Colcillo*, *Ecclesiam S. Angeli de Rosenga*, *Ecclesiam S. Laurentii de Muscano Camerin. Diec. que Ecclesie sunt de membris dicti Monasterii non sufficientes ad gubernationem Rectorum ipsarum propter malas & pessimas conditiones*, *& specialiter ad supplicandum dicto Domino Episcopo*, *& petendum quod dignetur*, *& velit unire annectere*, *& incorporare Ecclesiam S. Marie infra Saxa*, *dimidium Ecclesie Sancte Marie in Campo*, *& Ecclesiam S. Petri de Membricellis membra dicti Monasterii &c. & dictam Ecclesiam S. Petri de Colcillo unire &c. ad Ecclesiam S. Stephani de Genga &c. & Ecclesiam S. Angeli de Rosenga unire &c. ad Ecclesiam S. Stephani de Vallemontagna & Ecclesiam S. Laurentii unire &c. ad Ecclesiam S. Petri de Muscano &c.* Quae Ecclesiae membra erant Coenobii S. Blasii. Documentum habes in Appendice.

VII. Joannis vitam protractam habemus ad annum 1421. ex documento, quod accepimus, & damus in Appendice, ab Archivo Collegiatae *S. Jacobi de Tolentino*, quo *Joannes* Priorem in ea Col-

(1) Legendum quod Cap. I. hujus libri n. VI. de his bellis in notis scripsimus.

[1] Collegiata constituit, & certum Canonicorum numerum firmat. Exinde Canonicorum numerus ad undecimum pervenit; fuitque insigne Collegium formatum cum unica dignitate Prioris titulo decorata; & ab immortalis memoriae Benedicto XIV. datum illi fuit in Ecclesiasticis muneribus signum, mozzettam nempe, ut dicunt, violaceam cum rocchetto.

VIII. In Tabulario Sancti Severini habentur litterae Apostolicae Martini V. a *Joanne* nostro pro communi San-Severini exequendae spectantes ad annum 1423. In eo documento animadvertimus; quod sicut *Andreas* Episcopus sub initio XIV. seculi suum habuit Vicarium generalem Joannem Episcopum Nuceriae in Umbria; sic Joannes noster sub initium XV. habuit suum Vicarium Marcum de Teramo Episcopum Sarnensem Suffraganeum Archiepiscopi Salernitani. Obiit Joannes anno 1432. Ughellius postquam concordiam Varaniorum fratrum refert factam a *Joanne* nostro sic subdit: *Paucis post mensibus* (a concordia nempe confecta) *superstes Joannes extitit anno* 1432. *non modo Varranorum fratrum ingenti luctu, qui ipsum parentis loco observabant; verum totius populi summo desiderio, qui illius sapientissimis consiliis usus fuerat, extinctus est, & in Cathedrali sepultus*. Si concordia stipulata est anno 1429; & anno

[1] Antiquissimae fundationis est Collegiata S. Jacobi, suamque originem habuit in pago Tolentino proximo, cui *S. Andreae* nomen haeret; in qua praesidebat Rector Plebani titulo decoratus. Forte Collegium ipsum a Canonicis antiquae Tolentinatis Ecclesiae Cathedralis ortum habuit, quemadmodum cl. Raphaelius argumentatur de Canonica S. Coronati, & de illa Trividiani [Mem. di S. Esup. L. II. C. v. §. IX. pag. 109.] quas conjicit vir ille solertissimus originem traxisse a dissoluta Canonica Cathedralis Ecclesiae Cingulanae. Temporum lapsu plebania S. Andreae suis remansit viduata Parochianis, qui una cum Plebano intra Tolentini moenia sese receperant ob militum incursiones, aliaque innumera infortunia, queis tunc Picena Provincia divexabatur. Plebis S. Andreae juris erat Tolentini Ecclesia, seu Cappella *S. Jacobi*. Ad hunc confugit Plebanus S. Andreae cum suis Parochianis; ibique novam Ecclesiam excitarunt, solo cedente Commune Tolentinate, piisque Christifidelium largitionibus; in eaque quatuor Canonici S. Andreae Ecclesiastica munia obire coeperunt. *Joannes* vero noster, videns Ecclesiam S. Andreae omnino disjectam, & summa religione illam S. Jacobi cultam, malè tamen tegi sine capite, voluit Canonicis praeficere virum *Prioris* titulo decoratum; idque factum est die 8. Dec. anni 1421. Quia vero duo ex quatuor illis Canonicis jamdiu aberant a residentia, & Plebani *nullam senserunt curam* (sunt verba diplomatis Joannis) *aliquo preterito tempore de ipsa Ecclesia S. Jacobi illam putantes & habentes a se prorsus extraneam*, censum *Johannes* Priori assignavit, voluitque fore illum duorum Canonicorum absentium: & ad numerum duorum Canonicorum & Prioris Collegium illud firmavit, idque donec Plebanus tunc regens Ecclesiam vivebat. Quo cedente, vel decedente omnia & singula bona dictae Plebis S. Andreae voluit devoluta ad Priorem S. Jacobi; & tunc mandavit, ut quatuor Canonici restituerentur, assignato duobus aliis Canonicis censu, Priori debito; quod fuit executioni demandatum.

no 1432, obiit Joannes; non paucis post mensibus, sed paucis post annis Joannis obitus est assignandus.

# CAPUT VI.

## *De* Pandulpho, Alberto, Baptista, & Malatesta *Episcopis*.

I. Pandulphus *locum habet in serie post* Joannem. *Statuitur aera electionis*.
II. *Narratur strages Varaniae gentis*.
III. *San-Severinum ab expulsis Smedutiis oggressum ab istis se defendit*. Pandulphus *Fr. Julianum ex Ordine Cruciferorum, qui se in pugna pro patria libertate immiscuit*, ad cautelam, *ut dicunt, absolvit*.
IV. *Antonii Smedutii vicissitudines recensentur*.
V. Pandulphi *successor fuit* Albertus *postea Cardinalis*.
VI. Alcenii *Episcopatus Camerinensis ut falsus reprobatur*.
VII. Albertus *nunquam fuit Episcopus inauguratus*.
VIII. *De parthenone S. Jo: Baptistae in suburbio San-Severini, ejusque suppressione*.
IX. Albertus *jura defendit Capituli S. Venantii de Fabriano*.
X. Alberti *obitus ad Crypto-Ferratam in agro Tusculano*.
XI. *Eligitur Episcopus* Baptista; *mittitur Nuncius Pontificius ad Regem Poloniae*.
XII. *Succedit Episcopatui Baptistae Malatesta*.
XIII. *Italiae Principum dissidia compouit F. Simonetus Camers Augustinianus*.

I. Electio *Pandulphi* figitur ab Ughellio ad diem 25. Junii 1432, qui fuit annus emortualis *Joannis*. De eo haec habet Ughellius = *Pandulphus Conradi filius ex nobilibus de Alviano Amerinus Abbas Commendatarius S. Valentini in Plano sub Martino V. Protbonot. Apostolicus electus* 1432. *die* 25. *mensis Junii Eugenio IV. Pont. summo sedente. Vixit usque ad annum* 1437, *decedensque ante majus Altare Ecclesiae Cathedralis tumulatus est, ubi ejus effigies prospicitur cum subjecta inscriptione, quae ingredientium pedibus attrita est, ut vix legi posse videatur*.

*S. Domnus Pandulphus Episcopus*
*Camerinus quievit anno D. MCCCCXXXVII.*

Ha-

Habes in Ughelliano elogio Pandulphi genus, patriam, & merita. Electionem vero Pandulphi ad Episcopatum libentius figerem aliquantulum ante diem 25. Junii. Hoc enim die Pandulphus *personaliter obtulit Camerae Apostolicae, & Collegio dominorum Cardinalium pro suo communi servitio debito florenos auri de Camera &c.* [1] & haec solutio subsequi, utplurimum, solet diem electionis.

II. Primis *Pandulphi* annis Camerini funesta patuit scena, quam summo animi dolore spectavit Antistes noster. Varanii fratres qui in quatuor partes imperium anno 1429. diviserunt, adeo cruentis intestinis odiis exarserunt, ut pene ad nihilum redacta sit tam illustris familia. Joannes unus ex illis fratribus morum dulcedine, & sapientia populis prae coeteris carus in caussa fuit cur non solum in istum, sed & in Petrum-gentilem, Gentilem-pandulphum, & Berardum saevissimo odio Camerinenses bacchati sint; impiâque machinatione contra illorum vitam consilium inierint. Joannes in Berardi cubiculo trucidatur; Petrus-gentilis a Joanne Patriarcha Vitellescbio fraude compraehensus, ac Recinetum adductus extra muros securi percutitur. Berardus a Tolentinatibus die 12. Julii 1434. caeditur. Interim vero Camertes infandam Petri-gentilis mortem detestantes, in Gentilem-pandulphum conspirarunt, ut ad horum caedem vindicandam plerique sese erexerint, cruentamque caedem in istum, in nepotes, & in alios Varaniorum studiosos sint exequuti. Sic fratricidae, qui sola regnandi libidine Principatum affectarunt, puncto temporis, vitam, liberos, & pretiosissimas opes miserrimè amiserunt. Vix a strage duo pueruli biennio nondum nati *Rodulphus*, ac *Julius Caesar* Petri-gentilis, & Joannis filii subtracti sunt, & ad tutiora loca delati; quos post decem circiter annos nobilium Civium studio populare imperium, fastumque abhorrentium Camerinum restituti sunt, & a Nicolao V. in Urbis vicariatu confirmati. At non multo post Cives in spem excutiendae servitutis erecti Principibus istis insidias tetenderunt; proditis vero rebellibus, qui multa jam nocte Sanctae Mariae forum occupaverant, aulamque circumvallaverant, ex iis tres desiderati sunt, plerique vulnerati, reliqui partim capti, partim fugati, duo capite publice plexi, reliqui in carcerem trusi aere multati dimissi sunt; & sic Camerinensibus Principibus pax est restituta.

III. Dum Camerini tam atrocia agebantur spectacula *Pandulphus* noster Florentiae apud Eugenium IV. diversabatur; nesciebat forsan quo in loco quietus esse poterat in Dioecesi undique dissidiis, cruen-

Nn

(1) Ex libr. oblig. Camer. anni 1432. pag. 126.

cruentisque rixis dilacerata. Fabrianum anno 1435, ut scribit Lilius [1] in Clavellios regulos suos insurrexit & Thomam in eo dominantem cum quinque filiis dirè interfecit. San-Severinates in Smedutiam gentem furebant; quod patet a supplici libello a Juliano de San-Severino Jordano Episcopo Sabinensi Cardinali de Ursinis porrecto, & *Pandulpho* nostro remisso, in quo haec habentur. *Julianus* de San-Severino Presbyter & Prior Ordinis Fratrum Cruciferorum sub regula S. Augustini degens in domo SS. Pauli & Severini prope moenia illius Oppidi Cardinali praedicto exposuit = *Quod cum olim.* (anno nempe 1434.) *certi homines adversarii, & inimici Communitatis, & hominum dicti Oppidi furtive, & noctis tempore dictum Oppidum ingressi fuissent, & quamdam portam ejusdem Oppidi occupassent, Communitas, & Oppidani predicti, hujusmodi negotio ad ipsorum notitiam deducto, contra dictos inimicos insurrexerunt, ac ipsos insecuti fuerunt, nec non quamdam viam cujusdam porte dicti Oppidi, ne dicti inimici evadere possent, clauserunt: dicti vero inimici videntes se a dictis Oppidanis ita preventos in quodam Monasterio dicti Oppidi se reduxerunt, & contra dictos Oppidanos ibidem se opposuerunt. Oppidani vero, & dictus exponens una cum certis Clericis dicti Oppidi videntes periculum, scandula, & dicti Oppidi depopulationem, que per dictos inimicos evenire potuissent, ad dictum Monasterium accesserunt. Et dictus exponens una cum dictis Clericis quemdam murum cujusdam orti dicti Monasterii, unde dicti Oppidani ingressum ad expugnandos dictos inimicos habere poterant, ad terram prostraverunt, & quamdam domum prefati Monasterii combuxerunt, & sic dicti Oppidani hujusmodi Monasterio intrarunt, & aliquos ex dictis inimicis laicos interfecerunt, aliquos, quos ex eis captivaverunt, qui tamen ultimo supplicio, & morti traditi fuerunt* = Supplicavit propterea pro absolutione ad cautelam ab omnibus censuris, & ab irregularitate fortasse contracta: quod exequendum Cardinalis Ursinus *Pandulpho* nostro commisit. Id factum est Florentiae III. Kal. Sept. anno 1435. anno Pont. Eugenii Quinto. Ad libelli intelligentiam in Appendice relati perpauca sunt enuncianda civilem San-Severini historiam illustrantia.

IV. De Smedutio Antonii filio agit charta enunciata. Cum juvenis iste ferre non posset adversae sortis injuriam (2) quoquomo-

(1) Hist. di Cam. P. II. Lib. v. p. 177.

[2] Accipe eruditionis gratia Antonii ejusque filii Smedutii vicissitudinum summam, quam nos a longo commentario, quod de Smedutia gente scripsimus tit. primo ms. antiquit. Vallis S. Clementis, non modico labore, & studio digesto congessimus opem nobis praebentibus schedis Pyzanis, & Patre Gentilio rerum suae Patriae collectore diligentissimo; illudque amicis-

modo potuit, principatu iterum potiri tentavit. San-Severini Oppidum die prima mensis Junii anni 1434. noctu aggressus est, & per portam penes muros Coenobii Fratrum Min. S. Francisci ingressus, Templum ipsum sui, suaeque gentis propugnaculum consti-



cissimo Raphaello communicavimus, qui in sua Dissertatione critica tamquam appendicem ad vitam S. Exuperantii exarata ad Smedutiae gentis gesta enarranda typis vulgandam libentissime dedimus. Antonius ad Pyri dominationem anno 1406. auctoritate Innocentii VII. regressus, iterum Oppidi regimen amisit anno 1407; & res ita se habuit. Post Innocentii VII. obitum Gregorius XII. electus est Pontifex Maximus die 2. Dec. anni 1406. Instante Ladislao Neapolitano Rege Ludovicus de Melioratis Innocentii VII. nepos a Marchie dominatione deturbatus est; & Benedictus Episcopus Feretranus suffectus. Tunc Ludovicus cedens Ladislao Asculum, & Firmum provinciae principatum retinuit. Roccam (*Roccontrada* dictam) quae a fide defecerat, obsedit. Oppidani Braccii opem implorarunt; qui statim accurrit, & copiis Ludovici, Angelo Pergulano commendatis, profligatis Rocchae Dominus proclamatus est. Cum vero Ludovici res in dies pejores fierent, quamvis ad stipendia duxisset copias Martini Faventini, & Comitis Carrariae, qui illustres, & strenui militum ductores erant, intercedente Joanne de Cimis Vicario sanctae SedisInguli, pax cum Braccio, & Luduvico confecta est. Braccii foederatus erat Rodulphus III. Gentilis III. filius vir aetate longaevus, qui exinde a Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, cui forte adhaesit Martinus Faventinus, aggressus est. Trecenti Martini equites, postquam Braccius non longe a Fabriano Malatestam subegerat, occuparunt Pyrum (Campan. Lib. 1. de gest. Brac.) in quo dominabantur Honuphrius, & Antonius, quibus Malatesta favebat. Vix haec Braccius intellexit (sunt verba Campanii) *Omnibus copiis ex hybernis deductis, illuc noctu agmine infesto proficiscitur; Oppidumque egregie munitum aggressus, Oppidanos sese dedere volentes non audivit. Captum Oppidum, atque direptum est. Trecenti Martini equites rebus omnibus dimittuntur. His rebus permoti Cingulani, quod nimis vicinum haberent bellicosum hostem agri vastationem causati quinque millia nummum, si agro discederet, oppidumque traderet, obtulerunt. Accepta conditione, stipendium ex ea pecunia datum est. Exercitus iterum ad hyberna deductus. Quieturus jam Bracchius videbatur, cum Cingulani Lepiro Oppido in potestatem recepto timere de suis fortunis coeperunt, veriti, ne, vere adveniente, hostes meliorem nacti tempestatem aliquam belli causam, occasionemque perquirerent. Nunc demum, priusquam periculum incumberet, providendum esse rati, consilio inter se inito, legatos ad Martinum Faventinum mittunt petentes quantum praesidii opus esset ad hostium excursiones, rapinasque coercendas.... Faventinus probato consilio, gratias agit, quod in se fidem habuissent, mittitque sexcentos equites ex iis, quos haberet, delectissimos.* Haec Campanius. Braccius vix haec intellexit, initio veris in Cingulanos irruit, aciemque cum illis certamen iniit; pugnatumque est ad tertiam usque noctis vigiliam. Utraque pars victoriam cecinit. Certe Cingulani intra Oppidi moenia se receperunt. Braccius ad Roccam regressus est. Hac oborta opportunitate Antonius ad Pyri Principatum regressus est anno 1408. post pugnam scilicet Cingulanam; & eo anno *pro D. D. Nofrio, & Antonio ejus nato* praesidebat Pyri *N. V. D. Stephanus Nicolaus de Gualdo* ex Instrum. Antonii Joannis Not. die 6. Septembris. Id vero indignè tulit Joannes de Cimis; qui in auxilium evocato Braccio, aliisque confoederatis, Pyrum stricte obsedit, & expugnavit (Pellin. hist. di Perugia Lib. 11. p. 49.) tenuitque per quinque annos, ad annum usque 1414; quo anno ob suscitatas inter Ro-

ſtituit. Praeſto fuerunt San-Severinates, & ſumptis armis aggreſſores repellere adorſi ſunt: commiſſoque certamine, multi in templo vulnerati, & occiſi ſunt, & templum ipſum pollutum. Ex Antonii gregalibus novem capti, ultimo ſupplicio affecti ſunt, reliqui fu-

Rodulphum Vasaninm, & Carolum de Malateſtis diſſentiones, Carolus iſte Rodulpho inſidias tetendit, ut captivum faceres. Quod, quum exequi non poſſe Carolus animadverteres, niſi San-Sevetinatum copias haberet, illas obtulis Antonius ea pactione, ut ad Pyri dominationem reſtitueretur, quod illico obtinuit. Sic habes in ephemeride V. C. Leonasdi Franchi = *l'anno 1414. tenendo Giovagni de Benutino Cima l'Apiro, venne certa differentia tra Ridolfo da Camerino, e li Malateſta, e lo Signor Carlo voleſe da ditto Giovagni l'Apiro in depoſito, e più tempo lo tenne: e perche lo Signor Malateſta fratello del Signor Carlo s'inimicò col Signor Ridolfo da Camerino, & fu ſua intentione di prenderlo in Beldileto, & non potendo fare ſenza la poſſa de San-Severino, & ajuto ſuo, & M. Antonio non volla acconſentire, ſe non li rendia l'Apiro* = Us autem Legatus Apoſtolicus Maschiae Rectos Antonium ad Pyri segimen regreſſum audivit, validum contra illum exercitum miſit; Antonii copias ſubegit, captivumque illum tenuit, Pyri dominatione ſpoliatum. Haec habent Colae Procaccii coaevi Scripsosis San-Severinatis ephemerides = *Adì 19. Ottobre del 1420. il Magnifico M. Antonio fu preſo, e ritenuto dal Legato della Marca d'Ancona, e adì 20. quel M. Memmo da Siena Commiſſario del Legato preſe poſſeſſo dell'Apiro per lo Papa Martino V, e alli 25. Novembre del ditto anno M. Antonio fu liberato, e rilaſciato dal ditto Legato, e tornò a San-Severino con grande allegrezza* = Spem tamen Pyri itetum potiundi non amiſit juvenis ille bellicoſus, & audax. Si ergo Pyranus, ut in illis dominaretur, ad ſui amorem beneficentiis alias allexit, nunc ad fraudes confugit ad illos iterum ſubjiciendos. Intimam ſecretamque cum quodam Presbytero cui Pauli nomen, conſuetudinem iniit, illamque ita fovit, ut per proditionem arcem Oppidi, arciſque cuſtodem captivum receperit. Non defuerunt ad hanc proditionem exequendam nonnulli etiam cives a Paulo corrupti, & praeſertim arcis milites; & ſic Antonius ad Pyri dominationem regreſſus eſt. Audiamus iterum laudatum Procaccium = *Adì 13. Marzo 1424. M. Antonio pigliò il Caſſaro dell'Apiro, il quale gli fu dato da un prete, che ſe chiamava D. Paolo, ribellandoſi detto Caſſaro, avendo pigliato lo Caſtellano, che lo governava per Martino V.* = Ad haec commune Pyri ad provinciae Legatum ſuos miſit Oratores novi facti ſeriem narraturos. Apoſtolici miniſtri Antonio nequidquam ſuaſerunt, ut ultro oppidum dimitteret. Immo menſe Septembris audax juvenis Pyrum venit; Recordatum de Acſio Praetorem, expulit; debuerunt Oppidani illum excipere, & muneribus honorare; & quando Pyro diſceſſit Rectorem Oppidi conſtituit *Bartholomaeum Antonii de Sancto Severino pro Antonio de S. Severino Vicario generali pro S. R. E.* Sic ſuam Antonius vim tegebat. Ad haec omnium odia in Antonium ardebant; illumque populus San-Severini tamquam tyrannum execrabatur. Anno 1426. R. Pontificis juſſu exercitus, & quidem validus San-Severinum cinxit, ubi Antonius morabatur. Obſeſſio facta eſt menſe Majo a Petro de Columna a Martino V. ejus Patruo Marchiae Gubernatore ſelecto. E Roccontradae propugnaculo ad San-Severini obſeſſionem arma delata ſunt. Roccontradenſes duos San-Severinum oratores miſerunt, ut Antonio & Oppidanis ſuaderent, ne Apoſtolicis copiis obſiſterent, ultroque ſeſe Gubernatori traderent. Legationis munere perfuncti duo illius Oppidi illuſtres Cives Nicolaus Pauluccius, qui anno 1406. Poteſtas Maceratam fuerat accitus (Comp. Reg. Lib. vi. n. v. p. 277.) & Ba-

fugae se dederunt. Mox habitis generalibus Comitiis, e quorum actis haec accepimus, publicas preces pro patria libertate San-Severinates constituerunt, & popularia festa. Unus ex iis, qui ad patriae libertatem tuendam accurrerunt, & contra hostes dimicarunt, fuit Fr. Julianus Prior Domus, & Xenodochii SS. Pauli, & Severini Ordinis Cruciferorum, qui a Cardinali Ursinio Episcopo Sabinensi absolutionem ab irregularitate obtinuit commissam *Pandulpho* tunc Florentiae commoranti, a quo Fr. Julianus fuit absolutus.

V. *Pandulpho*, qui per quinque ferme annos suam Ecclesiam administravit, successit *Albertus* nobilis Florentinus, quem recolit Ughellius, dignumque illi intexit elogium scribens = *Albertus (Joannis Equitis Cypriani) de Albertis nobilis Florentinus Metropolitanae Canonicus Prothonot. Apost. ab Eugenio IV. electus est Episcopus* 1437. *die* 18. *mensis Junii, vir litteris exquisitè excultus, raraque in rebus tractandis dexteritate praeclarus. Hic cum in Florentino Concilio haud vulgarem operam impendisset, ut Graeca Ecclesia cum Latina aliquando coiret, percuperetque Eugenius Pont. Florentinos, a quibus splendidissimè hospitio exceptus fuerat, promovere ex multis, qui Senatoria purpura Florentiae digni erant, unum Albertum Albertium Cardinalem creavit sub tit. S. Eustachii acclamantibus non modo civibus, sed etiam iis omnibus, quibus candor morum, ac pietas cordi erat, aliquando tandem virtutes in Alberto Albertis promeritis praemiis fuisse exceptas &c.* Haec electio facta est anno 1439. die 18. Decembris una cum XVII. aliis. (1) Electio vero

& Baptista Benvignatius legationem infelici exitu persecerunt. Strictius in dies Oppidum includebatur; illuc missus fuit Nicolaus Battaglia Roccontradensis audax miles optimusque ballistarius, & in illa obsessione ballistae incendiariae missae sunt numero septem; & commeatus. Ad tres circiter menses obsessi strenuè pugnarunt. Haec e schedis Roccontradae a docto, & erudito P. Seraphino Pagno rerum suae Patriae studiosissimo data sunt. Tandem Oppidani se Pontifici dederunt; & Antonius Captivus factus omnibus bonis spoliatus est. Castra, & jura omnia fisco applicata sunt. Tunc proverbium fuit vulgatum = *Va pero ha strozzato M. Antonio da San-Severino* = ad Oppidum Pyii alludens ab ipso obstinate retentum. Haec habet Francus in sua ephemeride. Iniquo tulit animo Smedutius Antonii filius sui principatus ruinam, ad quam reparandam furibundus die prima Junii anni 1434. cum suis sociis pervenit San-Severinum; iterumque illo potiri tentavit, sed frustra: tunc enim evenit Smedutio, quod in laudata *Pandulphi* charta superius producta continetur. Audias Mathei Grassi ephemerides = 1434. *il primo Giugno rientrarono i fuorusciti, e sbanditi da S. Severino per la porta di S. Francesco e ferirono Biscancia famiglia del Magistrato, presero, e si fecero forti nel Convento di S. Francesco. Poi s'impossessarono della Piazza, e Torre del Commune. Il popolo armato prese una fiera scaramuccia con i suddetti, e in detto fatto restarono morti due di Camerino, e uno di Fuligno. Dopo superati e fatti prigione furono poi in Campo del Mercato fatti impiccare fino al numero di undici tra fuorusciti e paesani.*

[1] Pagius Brev. Act. R. Pont. Tom. IV. n. CLXII. pag. 497. in Vita Eug. IV. edit. Ven.

ro *Alberti* in Episcopum aliquanto ante diem 28. Junii anni 1437. figenda est; hoc enim die *Honorabilis vir Magister Angelus de Perusio Camerae Apostolicae Not. assertus Procurator Reverendi in Christo Patris Dñi Alberti de Albertis electi Camerinensis &c. obtulit Camere Apostolice, & Collegio Reverendiss. Dominorum Cardinalium pro suo communi servitio debito ratione provisionis sibi de dicta Ecclesia facte florenos* 400. *auri de Camera &c.*; quae oblatio, seu solutio aliquot post dies ab illo electionis probabiliter facta fuit.

VI. Scimus in quibusdam schedis Camerinensibus inter *Pandulphum*, & *Albertum* memoratum Camerini Episcopum *Alcenium Attonis* electum Episcopum ab Eugenio IV. anno 1433; illiusque memoriam haberi in libris Plebis Bovellianae; *Alcenium* insuper Concilio Florentino praesentem volunt. Sed haec somnia sunt. *Pandulphus* electus ab Eugenio anno 1432; illiusque obitus anno 1437, excludit a nostra serie *Alcenium*, & hunc inter PP. Concilii Florentini non admittit praesentia in eo consessu nostri *Alberti*. Chartae Plebis Bovellianae non *Alcenium Attonis*, sed *Attonem* Episcopum nostrum recolunt anno 1218; ut scripsimus Cap. I. Lib. IV. §. VI. certique reddimur de *Alcenio* in Bovellianis chartis nullum extare monumentum.

VII. Animadvertimus insuper nullo posse documento probari *Albertum* fuisse nostrae Ecclesiae inauguratum Episcopum: immo certis documentis probatur *Albertus electus*, Ecclesiae Camerinensis, vel Administrator, vel perpetuus Commendatarius ejusdem etiam post illius obitum nuncupatus. In Tabulario Ecclesiae Cathedralis Fabriani scheda servatur spectans ad annum 1439. in qua haec habentur = *Venerabilis Vir Dopnus Antonius de Melia Vic. generalis Rmi D.D. Alberti de Albertis de Florentia electi Episcopi Camerinen. &c.* In altera pariter scheda continente exemplar quarumdam literarum ad Capitulum, & Canonicos Ecclesiae S. Venantii de Fabriano datas habetur = *Hec est copia exemplum, sive transumptum quarumdam litterarum ex parte bo. me. Rmi D. Alberti de Albertis de Florentia tit. S. Eustachii olim Diac. Cardinalis Episcopatus Camerinensis ex concessione Sedis Apostolice perpetui Commendatarii &c.* quas literas intra proferemus.

VIII. Floruit apud San-Severinates in Campo Donico (ita vocabatur regio illa prope Civitatis suburbium *Fontenuova* nuncupatum ad dexteram Potentiae fluvii citra pontem) Parthenon Monialium vulgo *delle Signore* dictarum, quia, ut scribit P. Gentilis, [1] illum incolebant illustres, nobilesque Sanctimoniales, quae regulam pro-

(1) Diff. dell'Antic. di Settemp. n. lxv. pag. 75.

profitebantur S. Benedicti, seu, ut alii volunt, S. Augustini. Attamen amicissimi Gentilii sententia mihi non arridet. Ideo *Dominae* titulo signabantur moniales istae, quia sub S. Benedicti regula vivebant; ut alias a nobis fuit adnotatum Lib. IV. Cap. VI. n. II. & Cap. III. n. IV. & seqq. Monasterium, illiusque templum Sancto Joanni Baptistae sacrum erat sub solo Lateranensi. In dies hoc Monasterium defecit, ut solum duae Moniales per haec tempora superstites remanserint, & Monasterium erat pene dirutum, ideoque Moniales illae ad quasdam incolendas domos ad ipsas spectantes transierunt. Monachi tunc Asceterii S. Laurentii in Doliolo censu non modice imminuti illius Parthenonis bona studuerunt unire Monasterio suo, & ab Eugenio IV. gratiam reportarunt Apostolicis obtentis litteris datis Florentiae v. Id. Martii anni 1438. ad Vicarium generalem *Alberti* nostri directis. Illarum tamen exequutio ob exortas inter Monachos, & Moniales dissensiones fuit impedita. Patres tunc Ordinis Praedicatorum non longe a derelicto Parthenone degentes eundem Eugenium adierunt, petieruntque illius Monasterii bona applicanda Monasterio suo assiduis illorum temporum calamitatibus laeso, [1] quae in Eugenii litteris recensentur, idque in caussa fuit, cur revocatis litteris ad Monachos Sancti Laurentii datis, novae litterae XII. Kalendas Martii scriptae sint ab eodem *Alberti* nostri Vicario generali exequendae. Moniales exinde, quae juris ordine servato, vocato etiam litis consorte Capitulo Lateranensi, rem habuerunt cum PP. Praedicatoribus, die v. Dec. 1439. liti nuncium remiserunt; bona illius Parthenonis ad Dominicanos transierunt; duaeque illae Moniales altera Barthomaea vocata San-Sevinas domi suae manere voluit, altera domum selegit incolendam ab illis religiosis viris sibi assignatam, a quibus quoad vixit fuit sustentata. Haec Monialis patria Perusina habuit nomen An-

(1) Quo tempore Braccius de Montone anno 1416. San-Severinum venit, illudque obsedit, ut supra dictum est, in Coenobio S. Dominici castrametatus est, & ea occasione fuit non modice laesum. Insuper postquam San-Severinum sub Martino V. Sanctae Sedis regimini supposuit, petiitque ab Astorgio Anconitano Episcopo, & in Marchia Vicario Pontificio a gravaminibus sublevari, queis a Smeduciis oppressum fuerat, Astorgius tunc San-Severini & in Monasterio S. Dominici commorans, non solum San-Severinatum votis non se praebuit liberalem; immo illis minatus est nova gravamina antiquis superaddere, quod ad rebellionem San-Severinates compulit, ut propterea Oppidum interdicto fuerit suppositum, moenia Oppidi prope portas S. Laurentii, & S. Francisci, illaque prope portam nundinarum volgo dictam *del Mercato* disjecta fuerint. Indignati tunc Oppidani in Coenobium, ubi morabatur Astorgius, irruerunt, igneque in illud injecto, non modica illius Coenobii pars exarsit, coactusque fuit Astorgius illinc abire. Id factum est annis 1427, & 1428. ex memoriis illius Coenobii, & Eugenii litteris.

Angelina. Apostolicae Eugenii litterae in archivo servantur illorum Patrum, unde has notitias desumpsimus, quas forsan vulgabunt Annalium Ordinis Praedicatorum Scriptores.

IX. Anno denique 1445. *Albertus* Romae diversabatur (parum enim credimus in sua Dioecesi illum permansisse assidue ab Eugenio occupatum) eoque anno vacavit Prioratus Ecclesiae Collegiatae S. Venantii Fabriani Princeps illius Capituli dignitas, cujus electio ad illud Capitulum spectabat. Timentes vero Canonici, ne illam dignitatem Pontifex conferret alicui forsan illam aucupanti, inconsulto Capitulo, ad Cardinalem Episcopum scripserunt, exorantes, si qua instantia ad Pontificem deferretur, ne illorum juribus derogaretur: Albertus Eugenium adiit, & ad Canonicos rescripsit = *Statim providimus apud S. D. N. quod de Prioratu nulli providebit neque modo neque in posterum, & placet sue santitati, quod servetis formam vobis traditam* = Habes litteras in Appendice.

X. Hoc ipso anno, qui fuit *Alberto* emortualis, & post datas ad Canonicos Fabriani litteras die videlicet xv. Junii, secessit Albertus ad Crypto-Ferratam (celebris est Abbatia inter Tusculum, & Marinum) ibique immatura morte correptus obiit, cum Ecclesiam sibi commendatam per annos octo administrasset. Defuncti corporis pars in Basilica Lateranensi tumulata; altera, & quidem potior delata est Florentiam, & reposita in gentilitio Albertiae gentis sepulchro ad Sanctae Crucis cum hac epigraphe ab Ughellio producta.

*Alberto Albertio Episcopo Camertino ab*
*Eugenio IV. Pont. Max. in Concilio Floren*
*tino ex lectissimis Christianae Reipub. Viris in*
*Collegium Cardinalium cooptato sacri foederis*
*Sub Vdalislao Polon. & Hung. rege latinae*
*Classi Praefecto Roman. Apostolicae dignitatis*
*Studiosiss. propugnatori Albertii gentili opti*
*mo meriti mon. restituere anno sal. MD.*
*LXXIII. Obiit III. Id. Augusti*
*MCCCCXLV.*

XI. Vita functo *Alberto* fuit illico selectus Episcopus *Baptista* de *Henriciis* Romanus, VI. Kal. Septembris, ut scribit Ughellius. (1) In libr. oblig. Camer. habetur = *Anno Dñi 1445. die 10. Septembris Reverendus Pater Dominus Baptista de Ericiis electus Camerinensis personaliter obtulit Camere Apostolice, & Collegio Reveren-*

[1] Libr. oblig. Camer. anno 1445. pag. 28. in Arch. Secr. Vatic.

*vendiſs. Dominorum Cardinalium pro ſuo communi ſervitio flor. auri de Camera, ad quos dicta Eccleſia taxata reperitur &c.* Annus illius emortualis eſt 1449. Brevi Eccleſiam ſuam adminiſtravit. Nulla de eo in noſtris Archivis monumenta nobis praeſto fuerunt. Sunt qui aſſerunt *Baptiſtam* noſtrum Aſſiſii cum Romano Pontifice praeſentem, quando Sancti Franciſci corpus fuit recognitum. Auctoritate Martini Cromeri Poloniae Regni hiſtoriae Scriptoris *Baptiſta* a Nicolao V. ad Caſimirum Tertium Regem Poloniae Apoſtolicus Nuncius miſſus eſt, illique auream roſam detulit. Haec a cl. Antiſtite Compagnonio accepi: Ughellius tandem ſcribit = *In Ara-Coeli hactenus ſepulchrum ſpectatur* = addere debet = *Ludovicae ſororis ejus* = nempe noſtri *Baptiſtae*; non utique ſepulchrum noſtri Epiſcopi. Ludovicae ſepulchralem Arae-Coeli inſcriptionem dat. cl. P. Caſimirus a Roma: (1) Ubi *Baptiſta* ſepultus ſit, aſſequi non potuimus. Forte tumulatus eſt in ſua Cathedrali Eccleſia Camerini.

XII. Eodem anno 1449. *die Mercurii vij. Kal. Aprilis* (haec habemus ex libr. proviſ. in Archivo Secr. Vatic.) [2] *Sanctiſſimus Dominus noſter in Conſiſtorio ſecreto providit Eccleſiae Camerinen. de perſona Domini Malateſtae Sacri Palatii Apoſtolici Auditoris vacanti per obitum Baptiſtae ultimi &c.* Fuit Malateſta e gente Catania e Burgo S. Sepulchri in Etruria. Ughellius Malateſtae electionem ponit die 29. menſis Aprilis; reponenda tamen ad diem 26. menſis Martii. De viro iſto in jure doctiſſimo in Cathedrali Eccleſia Camerini ad aram S. Joannis prope portam Sacrarii extat memoria ad annum ſpectans 1454. quo ara illa fuit exornata, & reſtaurata.

> *Factum fuit opus hoc ſub anno Domini* 1454.
> *tempore D. N. D. Nicolai Papae V, & tempore Malateſtae Epiſcopi Camerini & tempore D. Baſtiani Archidiaconi & tempore D. Accomantii Cappellani hujus Eccleſiae.*

Alterum documentum de noſtro *Malateſta* produxerunt Fabrianenſes in cauſa concathedralitatis cum Eccleſia Camerinenſi coram Sacra Congregatione Signaturae Gratiae dicta, reſpondentes ficto illi Domno Pacomio Archipreſbytero Floriſmontis anno 1732, & edictum producentes Malateſtae Vicarii Generalis, cujus initium eſt: *Antonius de Morono decret. Doctor Rev. in Chriſto Patris & D. D. M. digniſſimi Epiſcopi Camerinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus* Oo *Vic.*

(1) Memor. iſt. della Chieſa e Conv. di Ara.Coeli Cap. VII. §. IV. n. I. pag. 281.

(2) Ex libr. proviſ. anni 1449. pag. 35.

*Vic. Generalis* = quod edictum datum est *Camerini die penultima Junii* 1451. Dissimulare non possumus, Fabrianenses toto coelo erraße putantes illud M. *Marci* nomen praeseferre, quum revera *Malatestae* nomen exprimat: *Marcus* enim floruit anno 1370; & Moroni edictum datum est anno 1451, quando noster *Malatesta* regebat Camerinensem Ecclesiam; illamque rexit ad annum 1459, quo inter mortales esse desiit.

XIII. Dum Malatesta nostrae praeerat Ecclesiae, Nicolaus V. ad componendos Italiae Principum mores desudabat; & nequidquam potuit Regem Aragoniae, Venetos, Ducem Mediolani & Florentinos ad concordiam trahere. Tandem cum omnes essent fessi ut scribit S. Antoninus (1) remque infectam prae desperatione relinquerent, *inventus est Frater Simonetus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini patria Camers, obscuri autem nominis & prorsus ignoti, sed vitae integritate probatus vir, praeterea prudens magis, quam eruditus qui ultro citroque commeans Venetos, Ducem Mediolanensem, & Florentinos ad concordiam saepius adhortans, eos tandem compulit, ut pacem inter se firmarent magna cum totius orbis Christiani admiratione, pro qua conciliand a Nicolaus Pontifex & Cardinales maximos labores frustra consumpserant*. Haec Pagius [2] quae recensere placet; ne Fr. *Simoneti* Civis Camertis vitae integritate, & prudentia celebris memoriam praeteriisse in hoc opere videamur.

[1] S. Antonin. tit. XXII. cap. XII. §. V.

(2) Pag. Brev. Act. R. Pont. Tom. V. in Vit. Nicolai V. n. XLI.

# CAPUT VII.

## *De Alexandro, Agapito, Andrea II, iterum Agapito, Silvestro, & Fabricio Episcopis.*

*I. Per obitum Malatestae a Pio II. factus est nostri Episcopatus perpetuus Administrator Card.* Alexander *Oliva anno* 1461.

*II. Post* Alexandrum *habemus Episcopum* Agapitum *ab Ecclesia Anconitana translatum. Dimisit Episcopatum. Obiit Romae.*

*III. Ughellius in elogio* Agapiti *suppletur, & corrigitur.*

*IV. Agapitus cedit Episcopatum* Andreae *Ughellio ignoto cum reservatione regressus. Lucentius corrigitur in aera obitus* Andreae.

*V. De* Andrea *Clerus & Dioecesis queruntur coram R. Pont.*

*VI. Vivit* Andreas *anno* 1472.

*VII. Post*

*VII. Post* Andreae *obitum redit ad Ecclesiam nostram* Agapitus, *qui iterum Ecclesiam dimittit; & seligitur* Silvester, *qui diploma dedit pro restauratione Ecclesiae S. Crucis de Civitella in Agro Cingulano.*

*VIII. Transfertur Corpus S. Romualdi Fabrianum. Narratur historia.*

*IX. Prosequitur idem argumentum.*

*X. Monachi Camaldulenses Fabriani anno 1754. in subterraneam Aediculam transferunt Corpus S. P. & intra pretiosissimam urnam recondunt, cujus ectypon datur.*

*XI.* Fabricius *e gente Varania claudit seculo xv. seriem Antistitum.*

*XII. Rodulphi, & Julii Caesaris Varaniorum Principum continuantur facta. Illustria monumenta a Julio Caesare relicta referuntur. Hic a Valentino Borgia immanissime jugulatur una cum filiis excepto Joanne Maria qui a caede servatur: In notis agitur de B.* Baptista *ejusdem Julii Caesaris filia.*

*XIII. Ornamenta nostri* Fabricii *recensentur.*

*XIV.* B. Camilla *Gentilis Matrona Septempedana pro virtute martyr occumbit. Cultus illius immemorabilis probatur.*

*XV. Obiit supremum diem Fabricius anno 1508. Fabriani.*

I. M*Alatestae* successor datus est *Alexander*. Elogium ab Ughellio contextum *Alexandro* juvat hic proferre = *Alexander Oliva Saxoferratiensis Ordinis Eremitarum S. Augustini olim sui Ordinis Generalis, atque a Pio II. P. M. inter Cardinales ascitus anno 1460. Eodem anno ab eodem Pontifice Camertinum obtinuit Episcopatum (non Episcopus Camerini, sed perpetuus Administrator fuit, ut ex Torello affirmat Gandolphus in dissertatione historica Scriptorum Augustinian. pag. 200., ubi de hoc Alexandro plura scribit cl. Mandosius) Tiburi plenus meritis fato sublatus est, Romamque delatum cadaver in Augustiniano templo tumulatum fuit supra portam templi ad sinistram cum hoc epitaphio.*

*Alexandro Olivae Saxoferratensi Teologo*
*eximio Eremitarum B. Augustini ab infantia spei maxime alumno, qui cum esset Ordinis Generalis Cardin. a Pio II. ignorans creatus est. Vixit anno lv. obiit anno salutis*
*MCDLXIII.*

*Ut tibi sola dedit probitas, non gratia, soli*
*Digno Cardineum nomine reque decus*
*Si eadem indignis raptum, dum tollit ad astra*
*Felix hoc, inquit, Principe Roma foret.*

*Alexandrum* vero nostrum ad Camerinensis Ecclesiae regimen anno 1460. praefectum fuisse a Pio II, ut scribit Ughellius, non facile credo. In publico enim Camerinensi Archivo extat documentum continens electionem Episcopi factam a Canonicis S. Venantii die XI. Nov. anno 1461, quod videtur innuere *Alexandri* electionem in Administratorem nostrae Ecclesiae serius esse reponendam, & non anno 1460, quo illam fixit Ughellius.

II. Brevi Ecclesiam administravit *Alexander*; anno enim 1463. a Pio II. ab Anconitano Episcopatu translatus est ad nostrae Ecclesiae regimen *Agapitus* Rusticus Romanus, Vir insignis & dignus; *ab eodem Pio* (ut scribit Ughellius) *tantopere celebratus per xvij. annos summa cum prudentiae laude rexit Ecclesiam*, quam anno 1480. dimisit; *Romamque reversus in paterna domo decessit anno* 1482, *sepultusque in marmoreo sepulcbro prope lateralem portam S. Mariae super Minervam hoc honorifico epitaphio Fratres praeclarissimo viro parentarunt.*

*D. O. M.*
*Agapito Rustico Episcopo Camerino I. V. C. latinae linguae peritissimo, integritate prudentiaque insigni, ac fratri Paulo Rustico probitate, comitateque charo, Fratres VII. Pauli Filii mesti Patri & Patruo benemerenti posuerunt anno Domini MCCCCLXXXII.*
*Kal. Julii.*

III. Ughellius in elogio *Agapiti* supplendus est, & corrigendus. Praeteriit Vir ille solertissimus *Agapitum* Episcopatum dimisisse ea lege, ut in illum posset habere regressum post obitum sui Successoris; quod tamen animadvertit P. Lucentius differens de *Andrea*, qui *Agapito* suffectus est. Erravit Ughellius asserens *Agapitum* Ecclesiam Camerinensem gubernasse XVII. annis; quando uno tantum circiter anno illam rexit; illaque anno 1464. dimissa, locum dedit *Andreae*, quem Ughellius ignoravit.

IV. Episcopus *Andreas de Verulis primum Cupersani* (haec habet Lucentius) *mox Boviani tertio Urbini, quarto Muri, quintam denique accepit sponsam Camerinensem Ecclesiam, cedente Agapito cum reservatione regressus, ut tunc moris erat, anno* 1464. *Sed cum citius*

*tius obiisset, rediit regimen ad Agapitum, quod sustinuit ad annum* 1480. *&c.* Lucentius etiam de celerrimo Andreae obitu emendandus videtur, nam anno etiam 1468. certo documento probatur Episcopus Camerinensis. Siquidem in Tabulario S. Severini Pauli II. Apostolicae litterae servantur ad Episcopum Racanatensem, & Abbatem Monasterii S. Victoris de Cingulo Auximanen. Dioecesis datae *Romae apud S. Marcum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo nonis Maji anno Pont. quarto.* Quo anno vivebat adhuc Andreas.

V. Apostolicae Pauli litterae Cleri, Civitatis, & Dioecesis Camerinensis petitionem continent = *Quod licet ipsi fructus, census, redditus, jura, & emolumenta per eos, & eorum predecessores Venerabili Fratri nostro Andree suisque predecessoribus Episcopis Camerinensibus pro tempore existentibus ratione beneficiorum Ecclesiasticorum, que in eisdem Civitate, & Diecesi obtinent, dari, & solvi solita a tanto tempore, cujus contrarii memoria non existit, eidem Andree Episcopo dare, & solvere sint parati; tamen idem Andreas Episcopus his non contentus ab eis majores census, & redditus ratione dictorum beneficiorum extorquere ..... minus juste, ipsosque super his indebite molestare presumpsit hactenus, & presumit in eorundem Cleri prejudicium non modicum, & gravamen* = Mandat propterea Pontifex iisdem Episcopo, & Abbati, vel alteri ex ipsis, ut utrâque parte audita, quod justum fuerit, appellatione remota, decernant; & quod decretum fuerit mandent firmiter observari. Quid inde factum sit assequi non potuimus.

VI. Andreae insuper vitam extendimus ad annum 1472. ex documento Archivi Montecchii, in quo legimus; quod Gens Montecchiana persolvere debebat *xl. florenos ad rationem quadraginta boloneorum pro quolibet floreno Dopno Raynaldo Joannis Petri de terra S. Severini Syndico & Procuratori S. Laurentii de Doliolo, S. Eustachii de Domoris de S. Severino, ac S. Marie de Rambona Camerinen. Diecesis Monasteriorum invicem Canonicè unitorum*: Voluitque illud Commune xl. illos florenos conversos in utilitatem Ecclesiae S. Mathaei illius Oppidi, & pro construenda una Capella sub vocabulo *S. Marci*; & a Monachis contractus fuit stipulatus die 17. Jan. anni 1457. Anno vero 1472. in calce instrumenti sequens legitur decretum a nostro *Andrea* tunc Montecchii commorante propria manu scriptum, & obsignatum = *Die xxvi. Novembris* 1472. *Nos Andreas Episcopus Camerinen. sollicitati a Prioribus & Populo Monticulano desiderantibus edificia & decorem Ecclesie S. Michaelis in dicta terra, & petentibus a nobis, ut dispensationi florenorum xl.*

*ut*

*ut supra distribuendorum in edificio Cappelle conficien. sub vocabulo S. Marchi in dicta Ecclesia S. Michaelis, & ejus ornatu & reparatione assensum prestemus, & auctoritatem ordinariam; predictis dispensationi & deputationi assensum, auctoritatem & decretum concedimus & ad fidem manu nostra propria hic subscripsimus. Datum in Monticulo in Palatio Plebis die & anno supradictis.*

*A. Episcopus Camerinen. manu pp. ss.*

Hinc compraehendimus non modico quidem tempore, sed supra novem annos Andream suam Ecclesiam gubernasse, quam tenebat etiam anno 1472.

VII. Post *Andreae* obitum, cujus emortualis annus incertus est, iterum *Agapitus* ad regimen nostrae Ecclesiae regressus est; & illam tenuit, fide Ughellii, ad annum 1480, ut supra dictum est, quo iterum illam dimisit; fuitque a Xysto IV. ad illam gubernandam missus *Silvester* de Nobilibus de Labro Reatinus eodem anno 1480. VII. Kal. Oct., ut scribit Ughellius, qui post duos circ. annos inter mortales esse desiit. Unum diploma in Appendice producimus hujus Praesulis expeditum anno 1481. pro hominibus Castri Civitellae in Agro Cingulano quondam sito, qui pro templo Castri S. Crucis sacro jam diruto a *Silvestro*, post illius Templi restaurationem ab illis hominibus factam opera Jo: Andreae de Comitibus quondam Civitellae (1) dominis nonnulla privilegia obtinuerunt.

VIII. Labente hoc seculo, & sub *Agapiti* Episcopatu anno 1480. die VII. Februarii translatum fuit Fabrianum Venerabile Sancti Romualdi Corpus, quod per CCCCLX. ferme annos jacuerat in Monasterio Vallis Castri, quae translatio sic facta est. Dum *Agapitus* Episcopus noster anno 1466. regebat Ecclesiam Camerini, Coenobita quidam in Valle Castri audacter sepulchrum, in quo jacebat S. Romualdi Corpus, curiosus aperuit. Vix id illius Asceterii Abbati, & Monachis innotuit, illico Monachi Fabriani Proceres, ipsumque Episcopum hac de re certiores reddunt, qui illuc venientes admiratione pleni aperto tumulo integrum venerabile Corpus reperiunt, *eaque totius oris specie membrorumque ac vestium compositione, ut somnum placide carpentis, non tanto ante tempore defuncti prae-*

[1] Civitellae Castrum suos habuit Dominos, in eoque anno 1226. filii Defensoris de Civitella dominabantur, ut alias dictum est. Divexati sunt eodem seculo a Cingulanis; & ut pacem redimerent se, suaque omnia jura Communi Cinguli tradiderunt; & inter nobiles, ut dicebant, Castellanos an. 1227. fuit Defensor adscriptus; pactosque est sui Castri, suorumque agrorum in illis montibus venditionem, quae fuit stipulata anno 1244. die VII. mensis Februarii quibusdam privilegiis, & gravaminum condonationibus illis eorumque haeredibus concessis ab hominibus Cinguli; illaque hodiedum servantur illis illaesa.

*praeseferret imaginem* ( verba sunt, quae habentur in Breviarii Camaldulensis lectionibus.) Fama tam admirandae manifestationis e Classensi Ravennate Coenobio tres traxit Monachos, qui ad Vallem Castri properarunt simulato quidem religionis impulsu, revera tamen consilio furtim Venerabile Corpus Ravennam asportandi. Aliquot post dies, quod Monachi praemeditati sunt, exequuntur. Sarcophagum audacter aperiunt, sanctum Corpus tollunt, quod ad sacrilegae manus contactum in cineres est resolutum, ossibus tantum remanentibus. Haec diligenter collecta in saccum reponunt, & rapiunt, captaque clandestina fuga impii raptores Aesium versus iter arripiunt. Illuc summo mane perveniunt Monachi, & ad Cauponam divertunt. In cubile a Caupona accepto, sacra pignora deponunt, illud claudunt, & per Civitatem exeunt vagantes. Interea parvulus Cauponis filius e portae rimulis ingenti splendore lucere cubiculum intuetur, quasi inopinato incendio illud flagraret, Genitorem evocat, qui ad incendium compescendum vocatis quotquot erant in Caupona, gentibus, frangit cubilis portam, ingreditur; stupens flammas non intuetur, & animadvertit ab illo sacco ingens lumen exire. Illud aperit, & praeter mortui ossa in illo nil videt. Episcopum tunc Aesinum protinus adit, & miraculum narrat. Interim Monachi Vallis Castri furti jampridem conscii in suspicionem adducti, a tribus illis Monachis fuisse raptas S. Patris reliquias; Aesium advolant Raptores insequentes; auditoque in illa Civitate miraculo, quod per omnium ora divulgabatur, celeres ad Episcopum gradiuntur, de furto sacrilegè facto illum certiorem reddunt; & Episcopus indicta solemni supplicatione ad cauponam pergit, sacrasque S. Romualdi reliquias ad suam Cathedralem Ecclesiam sanctissimè transfert.

IX. Quum vero Monachi sanctissimi Patris ossa ad Vallis Castri Monasterium restituere petiissent, Aesini renuentes non nisi Legati Apostolici Marchiae auctoritate coacti restituerunt, ea tamen pactione, ut prius apud ipsos sacri illius pignoris insignis Reliquia, quae fuit unius bracchi pars, remaneret, quod factum est. Tunc quò sacrae illae Exuviae essent transferendae, orta quaestio est, & hanc alterum miraculum solvit. Impositis enim mulo sacris Lipsanis, bestia numquam iter, quo ad Vallem-Castri progredimur, neque per vim, arripere voluit; sed recto tramite Fabrianum perrexit. Vix ad Oppidi vicinitatem venerabilis Romualdi exuviae pervenerunt, omnia Fabriani tintinnabula sponte festivo sonitu pulsari audita sunt. Insequenti die, solemnissimâ indictâ supplicatione, ad Divi Blasii S. Romualdi Reliquiae, quae tota nocte in templo S. An-

S. Antonii extra Oppidi moenia fuerunt depositae, & non intermisso Psalmorum cantu a Sacerdotibus veneratae, ea pompa, qua nulla major, translatae sunt, ubi hodiedum maxima religione venerantur. Intra marmoream arcam sub Principe illius templi Ara S. Patris ossa in perampla eleganti subterranea aedicula quae priscis temporibus *Confessio*, dicta est, reposita fuerunt. [1]

X. Verum enim vero perpendentes Abbas, coeterique Blasiani Asceterii Monachi non bene subterraneo sacello tam eleganter ornato congruere antiquum illum marmoreum tumulum, majori erga sanctissimum Patrem suum religione excitati, aere collato ab universa utriusque sexus Camaldulensi Familia anno 1754. pretiosissimam urnam summo pretio compararunt affabre laboratam, lapide, ut ajunt, lazulo undique obducto, inauratis aeneis circumcirca teniis, argenteisque anaglyphis perbelle dispositis ornatam, & in ea sub nova ibi erecta Ara Sanctissimi Patris ossa includi curarunt cum hac epigraphe.

ROMVALDO. PATRIARCHAE. SANCTISSIMO.
MONACHI. EREMITAE. MONIALES. FECERVNT.
ANNO. MDCCLIV.

Accipe ectypon urnae.

XI. Claudit hoc seculum vir praeclarissimus, & doctissimus *Fabricius* e Varania gente adhuc Camerini principatum tenente. Hunc Ughellius credidit Herculis filium, & Petri-gentilis fratrem; sed erravit: fuit enim Petri-gentilis frater; uterque tamen non Herculis, sed Rodulphi filii. [2] Hic opportune de his Principibus aliquid summatim proferamus ex iis, quae Lilius retulit in historia sua.

XII. Rodulphus; & Julius Caesar in Camerini Principatu firmati, ut supra dictum est, [3] duas ex praeclarissimo sanguine natas virgines alter Camillam Estensem, alter Joannam Malatestam sibi desponsatas habebant. Rodulphus quatuor susceptis filiis Petrogentile, Hercule, Nicolao, & *Fabricio* (hic est Episcopus noster) ipso juventutis flore anno 1464. mortem oppetiit. Julius Caesar animi magnitudine, armorumque praestantia clarissimus fuit Paulo II. R. Pont. in Ariminenses bellum gessit; ab eoque pro se, suisque filiis,

(1) Hanc miram translationem Abbas Bonifacius Collina Camaldulensis exacte describit Par. 1. Cap. xlvii. vitae S. Romualdi ab eodem summa eruditione scriptae & vulgatae. Bononiae typis Pisarriis anno 1748.

(2) Lil. Part. II. L. vi. p. 212.

(3) Cap. vii. n. II. hujus libri v.

Pag. 296.



ECTYPON· VRNAE· Q
ABBATIS·OSSIBVS·
INSIGNEM VNIV
EX·ÆRE·CO

Bart's Boronus inv. et caelavit Romae

filiis, & illis ex Rodulpho natis feudi confirmationem reportavit. magnificis Civitatem ornavit, & auxit aedibus; inter haec Camerini Palatium, S. Clarae Coenobium; [1] & ad infantes incertis parentibus natos alendos Orphanotrophium, aliaque praeclarè gessit, ut e Varania gente nemo, qui antea, quique postea in Camerino sint dominati ampliora & illustriora monumenta reliquerit. Senio tandem confectus (quis non credat Julium Caesarem tot meritis onustum in lectulo suo inter amantissimos Cives, & subditos pacificè obiisse) a Valentino Borgia impio, & truculento tyranno, omni fidei sanctitate contempta, una cum filiis jugulatus est, excepto Joanne Maria, quem ad Venetos cum thesauris domus suae Julius Caesar, quasi coeterorum filiorum & suam hariolaretur stragem, jussit asportari. Quo animi dolore tam infandum scelus, quod die 9. Oct. anni 1502. perpetratum est (2) *Fabricius* audierit, explicare quis poterit? Ad rem nostram redeamus.

XIII. Rodulphus igitur Varanius filium suum *Fabricium* liberalibus disciplinis instituendum dedit Ludovico Lazzarellio nobili San-Severinati [3] morum integritate, & doctrinae laude insigni. Liberalibus artibus graecaeque linguae, & poëseos eruditioni junxit Fabricius studia Philosophiae, Sacrae Theologiae, Jurisprudentiae, Sacrorum Canonum, sanctarumque litterarum, hisque ornatus disciplinis a Xysto IV. elatus est ad hanc Episcopalem sedem, anno 1482. Id. Jun. ut scribit Ughellius.

XIV. Dum *Fabricius* Camerini praesidebat Antistes martyrium pro virtute subiit ab impio conjuge trucidata Beata Camilla Gentilis Sanseverini. Hujus Matronae Corpus jacet sub ara maxima Ecclesiae S. Dominici Ordinis Praedicatorum illius Civitatis. Immemorabilem cultum illi praestitum Dionysius Pieraugustinus patricius



(1) Julius Caesar a Joanna Malatasta conjuge sua filiam habuit *Camillam*, quae divinae gratiae ubertate praeventa, spretis mundi illecebris, Monasticum S. Clarae institutum amplexa est Urbini anno 1481, & *Baptista* fuit appellata. Lilius (Part. II. Lib. VI. pag. 230, & seqq.) multa de praeclaris hujus Virginis gestis scribit in historia sua Camerinensi. Pater amato animo tantam filiam a se sejunctam patiebatur. Ad illam Camerinum revocandam a fundamentis exaedificavit Coenobium Sanctae Mariae novae a S. Clara postea dictum, ad quod incolandum Baptistam revocavit. Solemni supplicatione indicta anno 1484. die 4. Jan., cui praefuit Andreas Orsellius nostri *Fabricii* Vicarius Generalis, in illud Coenobium ingressa est Baptista cum sex aliis Urbinatibus Monialibus, in quo piantissimè vixit ad annum 1524, qui fuit Baptistae emortualis, & die ultima mensis Maji obdormivit in Domino, & in Ecclesia sui Parthenonis tumulata, ubi *Beatae* titulo colitur.

(2) Lib. VIII. Part. II. pag. 263. Lil. ip.

(3) A Friderico Imperatore Lazzarellius ob praeclara ejus Carmina laurea fuit corona donatus. In Vaticana Bibliotheca servator ms. Insigne Lazzaralli opus de Fastis Christianae Religionis, ad cujus laudem, suique praeceptoris *Fabricius* noster nonnulla carmina scripsit.

cius Camers, & San-Severini Episcopus promulgavit anno 17 . . .

XV. Postquam vero Fabricius per XXVII. ferme annos Ecclesiam sibi commissam gubernavit Fabriani supremum obiit diem, anno 1508. die VII. Martii; illiusque Corpus Camerinum delatum in Cathedrali Ecclesia conditum fuit ea pompa, qua decuit prosequi tam illustrem Antistitem, ejusque sepulchrum hac epigraphe fuit exornatum.

*Fabricius Varanus Episcopus Camerini*
*Frater Pergentilis vir in sacris literis maxime eruditus, philosophiae, & legum scientia pollens, qui Ecclesiam Camerinensem optimè gubernavit. Obiit an. MDVIII.* [1]

(1) Lil. Part. II. Lib. VIII. pag. 273, & 274. Corrigendus propterea Ughellius, qui asserit Fabricium e vivis raptum anno 1506., & mendosam dat sepulchralem inscriptionem praeferentem Fabricii mortem anno MDVI.



# LIBER SEXTUS

## A SECULO XVI, AD XVIII.

## CAPUT I.

### Francisci II. *Episcopatus*; & Antonii Jacobi.

I. *Jo. Maria Varanius Camerinum revocatur: mox timens Ducis Valentini copias Camerino fugit.*
II. *Obsidet Jo. Maria San-Severinum, & turpiter ejicitur.*
III. *Tandem Camerinum summo plausu regreditur, &*
IV. *a Leone X. Dux Camerini renunciatur.*
V. Franciscus *Roboreus Episcopus eligitur.*
VI. *Illi succedit* Antonius Jacobus *Bonjoannes, qui Fr. Cruciferis Montecchii morantibus jus dat destruendi Ecclesiam S. Catharinae beneficio Ecclesiae S. Mathaei, quam illi curabant.*
VII. *Facultatem dat destruendi Ecclesiam S. Romualdi, & Agathae pro refectione Ecclesiae S. Jacobi Montecchii.*
VIII. *Ortum habet sub* Antonio Jacobo *familia Fr. Min.* Capuccini *nuncupatorum. Hos tuetur Catharina Uxor Joannis Mariae Ducis; illiusque opera condunt primum Coenobium extra Camerinum.*
IX. *Reperitur San-Severini Corpus S. Philomenae in Ecclesia Sancti Laurentii in Doliolo.*

I. POstremus hic Liber Episcopos amplectitur a seculo XVI. ad nostra usque tempora; quos Ughellius ordinate producit; Coletus supplet, Nosque ad medium usque XVIII. seculum ad nostra haec tempora continuamus. Hic de more Camerinensium vicissitudines, aliaque insignia in Dioecesi facta contexemus; ut jucundum sic lectoribus paremus pabulum; quaeque scitu digna sunt non omittamus. Ad stragem Varaniorum Principum, quam supra Lib. V. meminimus, commoti Camerinenses Jo. Mariam revocarunt, qui illico regressus, & Principatui restitutus rebelles subditos incendiis, & caede plexus est: mox quoquo modo potuit nummos cumulare non praetermisit. Veritus tamen Valentini potentiam in Camerinum procedentis cum

9000. peditibus quique alias copias a Galliarum Rege expectabat, Camerino Jo. Maria fugit mense Novembri 1502.

II. Tunc factum est, quod a Conciliaribus actis San-Severinatibus [1] accepimus, quodque Lilius [2] strictim enunciat: Jo. nempe Maria de Varano sex millibus conductis Camertibus, Ranutio de Mathilica cum parte suorum Comitante, Castra apud San-Severini moenia posuit, & duobus millibus salmis grani, & quatuor millibus Ducatis sibi exsolvi flagitavit, aliter excidium Oppidi comminatus est. Viriliter a republica omnia denegata sunt, & propterea bellum illico indictum, & per diem prope muros acriter pugnatum est. Id evenit die 29. Novembris, postquam Jo. Maria agrum vastavit, pagum Orpiani incendit, & potiorem Seribolae partem (alter pagus est ad Occidentem aestivum San-Severini Orpiano proximus in Monte). Denique non sine clade suorum turpiter abiit = Haec habent Sanseverinates schedae.

III. Alexandro VI. e vivis erepto anno 1503, attritaque Valentini Ducis tyrannide, Jo. Maria, tota plaudente Civitate, Camerinum regressus est; & reportata a Pio III, & a Julio II. Principatus confirmatione, una cum matre iniit regimen [3] ad annum 1511. quo Joanna mater maximo filii, civiumque dolore vita functa est; tunc enim Joannes Maria solus Principatum tenuit. [4]

IV. Quum vero Princeps iste a R. Pontificibus ob integerrimam fidelitatem, promptamque obedientiam summum sibi amorem conciliasset, & pro recuperandis ab Ecclesia descitis Civitatibus Arimino, Asculo, & Senogalliae arce copiis, & aere strenuus adfuisset, ob haec aliaque praeclare gesta a Leone X. anno 1513. fuit Camerini Dux renunciatus. [5] Post haec Jo. Maria ad tan-

(1) Act. Concil. ann. 1502. pag. 121.

[2] Lil. Part. II. Lib. VIII. pag. 266.

[3] Hac de causa exposita fuit moneta cum matris & filii nominibus; quam Muratorius vulgavit sub num. XI. In prima facie argentei nummi Varaniae gentis apparet stemma, & in limbo = *Joanna M. & Jo. Maria Var. Cam.* supple *Domini*: in altera parte S. Venantius cum lemmate = *S. Venantius de Camerino*.

[4] Post Joannae matris obitum duos exhibet nummos ineditos, & usque adhuc non observatos clarissimus Vincentius Bellinius in sua erudita dissertatione *De monetis Italiae medii aevi hactenus non evulgatis*. Hanc dissertationem Ravenna ad me misit immortalis memoriae Card. Henriquez, meque illa donavit. In utroque cusa est effigies Jo. Mariae pileati: cum his in margine notis = *Jo. Maria Varanus Camerini D.* nempe *Dominus*: ex altera parte cum lemmate circumscripto = *Distingue, & concordabis*.

(5) Duos inaeditos exhibet nummos Bellinius, & sunt in num. V & VI. In utroque Varaniae gentis stemma, & in limbo = *Jo. Maria Camerini Dux*. Adversae partis area ab hoc lemmate in laurea Co-

tantae gloriae fastigium evectus, factusque populi studio, suaque virtute gloriosus praeclarissimas jamdiu optatas nuptias Camerini celebravit anno 1520. cum Catharina ex Francisco Cibò Innocentii VIII. filio, & Magdalena Medicea Leonis X. Sorore nata. (1) Principatum Joannes ad annum 1527. administravit, quo Camerini saeva oborta lue XIV. Kal. Septembris sui Ducatus, & dominationis anno XXV, aetatis suae XLV. decessit, unica relicta e Catharina conjuge filia Julia nomine Principatus haerede.

V. Dum in hisce fortunis Camerinensis respublica versabatur, Ecclesia illa suo viduata pastore, Antistitem obtinuit *Franciscum* Roboreum. De eo haec habet Ughellius = *Franciscus Roboreus Savonensis antea Episcopus Militensis a Julio II, cujus erat propior affinis, translatus est ad hanc Ecclesiam regendam anno* 1508. *mense Februario, quam Ecclesiam cum per annum rexisset Vincentino Episcopatu condecoratus est: non multo post Volaterranum adeptus, Beneventanus Archiepiscopus defunctus est, par omnibus titulis, ac dignitatibus etiam si contigisset illum ad summam sedem fortunam provehere* = Lilius [2] *Franciscum* memorat successorem *Fabricii*; asseritque Dioecesim suam nunquam vidisse; & propterea de illo nulla memoria in Tabulariis, quae vidimus, nobis relicta est.

VI. Post Franciscum Roboreum *Antonius Jacobus Bonjoannes nobilis Romanus a Julio II. electus est* 1509. *die* 27. *mensis Junii* (3) *sub Cle-*

Corona conscripto impletur = *Leonis X. cultui*: Sextus nummus ad eundem Joannem spectans habet in anteriori parte Varaniorum stemma; a tergo nodum litteris hinc inde dispositis V. A. nempe *Varanus*. Hi nummi alter argenteus, alter aeneus per populum effusi sunt.

[1] Princeps haec foemina pulchritudine, & pudore fuit insignis; morum suavitate celeberrima; scientiarum, artiumque liberalium studiis addicta ingenium supra sexum excoluit. Hebraicam, Graecam, & Latinam linguam optime calluit. A Leone X. summo in pretio habita adeo venustatis forma, & suavitate sermonis avunculi animum sibi devinxit, ut maritus Romae Praefectus, Senogalliae Comes, & Custos maris fuerit renunciatus. In antiquis libris Vicariatuum, & impheudationum Civitatum & Castrorum servatis in Archivo S. Angeli de Urbe lib. III. fol. 337; & in recentioribus lib. XXIII. fol. 155. sub Leone X. habetur Jo. Maria de Varano Duci Camerinensi concessa in Vicariatum pro se & filiis, & descendentibus per rectam lineam in perpetuum *Civitas Senogalliensis* cum Castris Castellionis, Sancti Laurentii in Campo, & Montis-folei sub annuo censu 100. flor. aur. de Camera solven. in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli.

[2] Franciscus iste est omnino diversus ab illo, de quo Sartius in Episc. Eug. pag. 314. Franciscus noster Julii II. fuit ex fratre nepos, ille Xysti IV. Sororis filius fraterque Clementis Card. Ord. Fr. Minor. Conventualium, qui sibi Roboreae gentis agnomen usurpavit; fuitque Episcopus Mimatensis. Noster vero Franciscus fuit Episcopus Militensis [ Milazzo ], & postea ad Camerinensem translatus.

[3] Nimia propere facta est Romana gens Bonjoannia. Noster Episcopus est patria Recanatensis Berardi filius, qui fuit Medi-

*Clemente VII. fuit magister Aulae, subque Paulo III. eodem munere functus est cum laude prudentiae. Viginti sex annos Camerinam Ecclesiam administravit: Deinde volens libensque eo munere abivit anno 1535. Romae fato functus est, sepultusque apud S. Augustinum in majorum suorum sepulchro.* Haec habet Ughellius. De nostro *Antonio Jacobo* ex actis Conciliorum Montecchianae gentis ad annum 1531. habemus: *Antonium Jacobum* de Recanato Episcopum Camerinensem Fratribus Ordinis Cruciferorum Montecchii commorantibus facultatem dedisse Ecclesiam S. Catharinae (1) destruendi beneficio Ecclesiae S. Mathaei, quam fratres illi curabant.

VII. Alteram in iisdem actis memoriam habemus de Episcopo nostro *Antonio Jacobo*, & est diploma Clementis VII. datum Romae die 24. Maji anni 1532, qui Antonio Jacobo instante, permisit demolitionem & profanationem Ecclesiae S. Romualdi, & Agathae [2] quae una cum Monasterio, quod incolebant Moniales Camaldulenses ad Camerinensem mensam spectabat, ut pecunia ex ejus macerie acquisita reficeretur antiquissimum templum *S. Jacobi*, [3] cujus adhuc rudera supererant, quamvis a tempore immemorabili dirutum,

VIII. Dum

dicus Alexandri VI. Habuit Berardus quinque filios a Barthomaea Anticia patritia Recanatensi. Inter hos Episcopum nostrum. Vita functa Barthomaea Berardus fuit electus Episcopus Venusinus anno 1501. Anno 1502. Ferrariam missus fuit Berardus, ubi florebat sanctitatis fama B. Lucia Narniensis ex Ordine Praedicatorum ad recognoscenda in illius Corporis impressa Stigmata nostri Redemptoris; & recognitionis seriem suo Chirographo retulit, quod incipit = *Nos Berardus Recanatensis electus Venusinus SS. D. N. Papae Alexandri VI. physicus &c.* Duobus annis illam Ecclesiam rexit; obiitque anno 1510. Mathaeus alter Berardi filius nobilem puellam patriciam Romanam duxit, & tunc Civis Romanus factus est; & hujus filii Romani dicti sunt. Haec e schedis Recanatensibus, & a Calcagnio illius Civitatis historico.

(1) Extra Montecchii moenia floruit priscis temporibus Sanctimonialium Ascesterium S. Catharinae forsan Benedictinum. Anno 1406. Moniales opem implorarunt a Montecchianis pro reparatione sui Monasterii minantis ruinam. Anno 1437. hae Moniales intra Oppidum habentur constitutae cum Ecclesia S. Catharinae pariter facta prope Coenobium Fratrum Cruciferorum. Anno 1463. Monasterium S. Catarinae erat Monialibus penè destitutum. Ad id reparandum Concilium Montecchianum decrevit, ut inter Moniales cooptaretur quaedam Monialis Anconitana, publicisque expensis tam ipsa Monialis, quam ejus pater alerentur. Id satis non fuit, nam, ut supra narratum est, Fr. Cruciferi S. Mathaei Ecclesiam S. Catharinae obtinuerunt, & vastarunt.

[2] Antiquissimum fuit Coenobium S. *Romualdi* & S. Agathae, in quo Camaldulensis regula profitebatur. Florebat seculo XIII; & infra XIV. seculum derelictum remansit. Documenta ad hoc Monasterium spectantia, quae ab humanissimo Josepho Castellanio accepimus, ad amantissimos Chronistas Camaldulenses misimus in illorum Annalibus vulganda.

(3) Post restaurationem, & amplificationem templi *S. Jacobi* aere publico, aliorumque fidelium, & praesertim Venantii Catervini Rectoris Ecclesiae *S. Egidii* extra

VIII. Dum *Antonius* hanc Ecclesiam regebat, ortum habuit Familia Fr. Min., qui Capuccini dicti sunt opera Fr. Mathaei a Bassio. Catharinae Jo. Mariae Ducis uxori, de qua supra, progressus nascentis Congregationis fovere cordi fuit. Persecutiones contra Mathaeum excitatas viriliter pressit: a Clemente VII. Apostolicas litteras pro nova reformatione a nostro *Antonio Jacobo* exequendas obtinuit: Mathaeum cum sociis in Ducali Palatio suo Camerini hospitio excepit, & munifice aluit, donec illis in loco prius qui dicitur *Colmenzoni* a Camerino bis mill. pass. dissito ad ejus Orientem domicilium cum sua aede (1) statuerit: mox ad alterum locum, qui *Rena Cavata* nuncupatur stabile domicilium firmaverit, quod hodie incolunt: quare Catharina jure ac merito a Capuccinis eorum Parens nuncupata. In nostra pariter Dioecesi, & in agro Fabrianensi anno 1529. [2] (qui quartus erat a novae Congregationis initio) primum Generalem Conventum habuerunt Fratres isti adhuc persecutionibus vexati in quadam solitudine supra Albacinam *Aquarella* nuncupata; & exinde in varias orbis partes hic Ordo mirifice propagatus est.

IX. Sub hoc pariter Praesule San-Severini repertum fuit admirabile Corpus S. Philomenae Virginis Septempedanae in Ecclesia S. Laurentii in Doliolo [3] cum scheda membranacea ex illius collo pendente, quae & nomen, & genus, & patriam ejusdem Virginis patefacit, de cujus sinceritate schedae nonnulli cum Sollerio suspicari visi sunt; Eruditi San-Severinates studeant a censuris illam vindicare.

CA-

tra Montecchium sitae factam, hujus Ecclesiae *S. Egidii* Sacerdotium anno 1603. intra Oppidum ad majorem Parochianorum commodum translatum fuit ad Ecclesiam S. Jacobi a Mathia Polito Decano Ecclesiae Maceratensis, & Proepiscopo Card. de Bubalo Episcopi nostri, exequente decreta ad id perficiendum jampridem facta a Hieronymo de Bobus, & Gentili Delphinio Episcopis. Hodie Rector Ecclesiae S. Jacobi Prioris titulo est insignitus.

[1] Ad hanc Aedem, quae nunc juris est Capituli Cathedralis Ecclesiae Camerinensis, quotannis Capuccini, cum Religiosis Novitiis annum probationis in loco *Rena-cavata* peragentibus accedunt, ibique uno integro die sacra peragunt. Antiquum Colmenzoni Coenobium est omnino disjectum, solaque illius vestigia supersunt.

(2) Wading. Annal. tom. XVI. ann. 1529. num. XXXI.

(3) Lilius Par. I. Lib. IV. pag. 109.

# CAPUT II.

## *Agitur de Episcopis* Dominico, Berardo *II*, *&* Alphonso.

*I. Antonii Jacobi successor est Dominicus de Cupis.*
*II. Post obitum Ducis Jo: Mariae Julia unica ejus filia Principatus haeres fuit. Vicissitudines Varaniae gentis prosequuntur. Camerinensis Ducatus transit ad Roboream gentem Urbini dominantem.*
*III.* Berardus *Bonjoannes eligitur Episcopus, cujus acta & laudes recensentur.*
*IV. Confert* Berardus *Plebem Staphyli Angelo Massarellio V. Cl. & postea Episcopo Telesino.*
*V. Inveniuntur reliquiae S. Venantii Camerini anno 1558. Aqua emanat iterum ex arido illo saxo, unde olim ad preces Sancti Martyris fons aquae manavit, & in quo illius genuum vestigia sanguinea sunt expressa.*
*VI. Sequitur in Antistitum serie* Alphonsus *Binnarinius. Ejus acta ex Ughellio dantur. Perlustrat Alphonsus totam dioecesim, & ad formam Tridentini Concilii illam reformat. Ven. Franciscae de Serrono pago San-severinate probat spiritum; eique confert Sacramentum Confirmationis.*
*VII. San-severini sequitur inventio Corporis S. Severini Episcopi Septempedani.* Alphonsus *illud locat sub illius Ecclesiae principem Aram. Facti seriem litteris mandat. Facultatem obtinet in ea Ecclesia inventionis officii celebrandi.*

I. D*ominicus* de Cupis, quem volunt *Joannem Dominicum* vocatum, Cardinalis Tranensis successor *Antonii* fuit eodem anno 1535. die 27. Julii. Post duos annos Episcopatum dimisit cum regressu tamen ad illum juxta illorum temporum morem. Ad Camerinenses vicissitudines redeamus.

II. Post Joannis Varanii obitum, qui sui Principatus haeredem dixit Juliam unicam e Catharina uxore sua filiam, Rodulphus Joannis naturalis filius, & Beatrix uxor regnandi libidine conciti Camerini arcem occuparunt; traditaque in militum custodia Catharina, imperium Civitatis tenuerunt. Vix hoc Innocentio Card. Cybò Catharinae fratri innotuit; Tedaldus Ceretanus cum biscentum pe-

peditibus a Cardinali in sororis auxilium missus est, tentavitque frater illam libertati restituere; initoque cum hoste certamine, Tedaldus, quia viribus impar fugatus est. Clemens VII. interea in arce Hadriana obsessus Neptis adversam fortunam miseratus a foederatis suis, ut Catharina libertati, & Principatui esset restituta, opem imploravit, felici quidem successu; nam Rodulpho cum uxore interceptis, & in Pisaurensi arce conclusis, Catharina Principatui restituta est (1) Joannes Maria Camerini Dux, ne imperium suum in alienos migraret principes, postremis suis tabulis mandavit: *ut domina Julia debeat tradi in uxorem uni ex filiis d. Herculis de Varano consobrino ejus testatoris*: idque Joannes facere dixit: *ut conservetur illustrissima familia de Varano*: Hercules filius erat Rodulphi. Catharina vero in hos Varanios quammaximè indignata mariti voluntati parere noluit, & Juliam filiam duodecimo nondum expleto aetatis anno sine pompa nuptui tradidit Guidoni Ubaldo Francisci Mariae Urbini Ducis filio, nequidquam id impedire conante, sacro Cardinalium Collegio, ipsoque Matthia Herculis majore natu; & sic Camerinensis ducatus ad Roboream gentem Urbini dominantem transiit. Hercules Ferrariam, ubi jampridem sedem fixerat Rodulphus, regressus est, ibique Varania gens floret adhuc.

III. Sequitur in nostra Antistitum Chronotaxi *Berardus* nepos nostri *Antonii Jacobi* Bonjoannii, & hic Romanus potest appellari; fuit enim filius Matthei *Berardi* senioris filii, qui, ut supra dictum est, moram Romae fixit, & inter Romanos cives cooptatus est. De nostro Berardo longum texit elogium Ughellius sic: *Berardus Bonjoannes Romanus nepos Antonii Jacobi sui praedecessoris a Paulo III. electus est Episcopus anno 1537. die 5. Martii. Scientia theologicae facultatis maxime inclaruit, ita ut summatim ea mysteria omnia, quae in ea facultate solent tractari, enodarique, in unum volumen compulerit Pio IV. inscriptum, ac Romae emissum. Sub Paulo III. Picentibus incorruptum jus dixit, cum Ranuccio Farnesio ejus Provinciae Legato vicariam operam praestaret. Apud Regem Poloniae pro Pio IV. prudentissima Legatione functus est* (2), *interfuitque Tridentino Concilio, in quo tamquam in bene explicato Campo ad pietatem ad gloriam doctrinae suae vires explicavit. Suae Cathedralis magnam partem ipse reficiendam restaurandamque curavit; inque summa* 



*cha-*

[1] Duas exhibet Bellinius non observatas monetas hac occasione cusas: in utraque lemma est: *Clementis VII. Clementia*: Sunt in num. IX, & X.

[2] Hanc Berardi nostri legationem recolit Otho Truchses Card. Augustanus in Epistola ad Martinum Cromerum datam Roma prid. non. Jan. MDLXI., quae habetur tomo II. Epistolarum Julii Pogiani ad illum annum n. II, quas eruditissimis il-

lu-

*charitate annonae pauperes propemodum fame enectos, effusis liberarissimè horreis, aluit atque fovit, Communitati Camertinae ad hoc ipsum praestandum mille attributis scutis. Fundavit erexitque prope Camerinam Ecclesiam sumptuosum operosumque palatium, quod morte praeventus anno 1574. die 12. mensis Septembris haud absolvere potuit. Praesul sane haud desitura memoria dignus. Ejus ossa cum patruo, cumque Mutio nepote Archiepiscopo Surrentino jam diu vita functo tumulata sunt Romae apud S. Augustinum ante sacellum S. Monicae sacrum &c.* In palatio Communitatis Camerini a Berardo magnificè constructo, & regia liberalitate proceribus Camerinensibus donato ad gratae posteritatis memoriam sub illius Antistitis imagine haec legitur inscriptio.

D.O.M.

lustratas Notis P. Hieronymus Lagomarsinius S. J. V. C. vulgare coepit Romae anno 1756. typis Generosi Salomonii; qui nostro Berardo [pag. 203. not. a] hoc intexit elogium: *Ad Sigismundum Augustum Poloniae regem missus paullo ante fuerat de ee potissimum futuri Concilii Nuncius a Paulo IV. Beerardus Bonjoannes Romanus, jampeidem a Paulo III. Camertium Episcopus factus. Euntem ad munus suum obeundum Maetino Cromero diligenter commendaveeat Cardinalis Puteus; cujus nova ejusdem Episcopi ad eundem Cromerum commendatio in litteris, hoc ipso quarto Januarii die ab eo datis extat hujusmodi = Delectaverunt me magnopeee litteeae tuae .... propteeea quod Cameetium Episcopi Apostolici Nuntii dignitatem & commoda meo quoque nomine curae tibi fore polliceeis, in quo diligendo, ejusque consiliis conatibusque tua auctoritate adjuvandis, si studium tuum diligentiamque posueeis tam mihi geatum erit hoc officium, quam & peovinciae vestrae salutare, & perhonoeificum tibi futurum esse intelligo. Cyprianus Tabularii Ecclesiae rom. eruditus & diligens editor, in argumento, quod Borromaei epistolae ad Hosium die 24. Jan. 1561. datae pag. 210. prefixit Canobium pro Bonjoanne imprudens posuit. Agitue in ea epistola de Episcopo Camerini apud Poloniae Regem tum nuncio. Canobius autem Camerini Episcopus nullus umquam fuit. Vide Italiam Saceam Feedinandi Ughellii; qui hanc eamdem Bonjoannis ad Poloniae regem Pii IV. nomine allegationem commemorat. Extat hujus Bonjoannis opus editum Venetiis apud Andream Aeivabenum anno 1563. hoc titulo: Beeardi Bonjoannis Episcopi Camerini nuncii apostolici apud Serenis. eegem Poloniae brevis Summa, in compendium totius Summae theologicae divi Thomae Aquinatis ad sanctiss. Pium Pont. max.* Haec habet in sua nota laudatus Lagomarsinius. Memorat etiam in Epistola X. idem Otho Truchses ad eundem Cromerum *Berardum* eodem tom. II. pag. 226. Ad *Berardum* nostrum ad Poloniae regem Nuncium euntem Janus Matheus Durastantes celebris Medicus Picenus in oppido Sancti Justi natus libellum scripsit, cujus est titulus: *De congruo Italorum in Septemtrionali eezione victu Consil. pro Reverendiss. Berardo Bonjoanne Cameeini Episcopo Pont. max. ad Seeeniss. Poloniae regem Nuncium.* Jo. Panellus Medicus intet primos Asculanae Civitatis haec recolit (Tomo II. inscripto: *Memorie degli Uomini illustri, e chiari in Medicina del Piceno pag.* 147.)

D. O. M.
BERARDO. BONJOANNI. PATRICIO. ROMANO. CAMER. EPIS.
OB. PALACIVM. HOC. A. SE. AVCTVM. ET. EXORNATVM. PVB.
REGIM. CESSVM. ALTERVM. EPISCOPALE. MAGNIFICENTIVS.
AEDIFICAT. CATHED. ECCL. FORNICEM. INSTRVCTVM. MILLE.
AVREOS. PRO. SVBLEVAN. EGENIS. AD. CENSVM. PERPETVVM.
ASSIGNATOS. PIAM. ANNONAM. ADVERSVS. INOPIAE. PRES-
SVRAS. QNGENTIS. FRVMENTI. SARCINIS. LIBERALITER.
ERECTAM.
PARENTI. MVNIFICENTISSIMO. INNVMERIS. BENEFICIIS. OPT.
MERITO. S.P.Q. CAM. MEMORIAM. CORDE. MELIVS. IMPRESSAM.
PARIETE. EXPRIMENDAM. DECREVIT.

Haec inſcriptio habetur in priorali Palatio Camerini. Neſcimus unde Ughellius acceperit ſuam a noſtra penitus diſcrepantem.

In Sacrario Eccleſiae S. Joannis ad illius pariter imaginem altera ſubjecta legitur inſcriptio.

REVERENDISSIMO BERARDO BONIOANNI EPISCOPO
CAM. QVOD AVRI X. PONDO LIBRAS VT EX TANTI
AERIS FOENORE PAVPERES OLIM SVBLEVARENTVR
HVIC COETVI D. IO: BAPT. SACRO PIE SIT
ELARGITVS HOC GRATI ANIMI TESTIMONIVM IDEM
COETVS FACIVNDVM CVRAVIT.

Ex tot praeclarè a *Berardo* geſtis comprachendere poſſumus quali doctrina, quali animi magnitudine, liberalitate, & pietate Praeſul iſte inter illuſtriores Antiſtites recenſendus, eſſet inſignitus.

IV. Dum Vicelegatus munere in Anconitana Marchia fungebatur *Berardus* Plebis Staphili (Oppidum eſt a Cingulo & Pyro IIII. circ. mill. paſſ. diſſitum) Eccleſiae S. Egidio Abbati ſacrae ſuo viduatae paſtore per obitum Petri Pauli Lancellotti Sacerdotium contulit anno 1550. die 30. menſis Decembris Viro ea tempeſtate morum innocentia, & doctrina celeberrimo Angelo Maſſarello San-Severinate Julii II., Marcelli II., & Pauli IV. RR. Pontificum, & ipſius Sacri Tridentini Concilii a Secretis ad Teleſinam Cathedram a laudato Paulo promoto, quem ſummis laudibus exornat C. V. Fr. Caſimirus Romanus ex Ord. Fr. Min. [1]



[1] Iſtor. di Araceli cap. VII. §. VII. n. V. pag. 183. & ſeq. Hunc celebrat etiam laudatus P. Lagomarſinius tom. III. Literarum Julii Pogiani in ſuis notis pag. 101, & alibi, praeſertim ubi luculenter probat Paulum Manutium Aldi fil. nullam impendiſſe operam in exarandis Concilii Tridentini Actis, ſed ſolum ſtudium impendiſſe ſuum

V. Sub nostro *Berardo* duo facta Camerinenses spectarunt, quae beatissimi Venantii cultum mirifice foverunt. Alterum anno 1558. patuit, quo repertum fuit Corpus S. Martyris, & solemniter a *Berardo* recognitum. Publicae fuerunt confectae tabulae recognitionis, & a Lilio (1) producuntur: Alterum anno 1561, quo aridum illud saxum, ex quo emanavit aqua ad preces B. Venantii, ut ejus acta habent, & super quod S. Martyr flexis genibus oravit, ibique non tantum genuum forma, sed etiam pellis sanguine tincta post tot secula summa admiratione adhuc aspicitur, die 28. Martii aqua desudare cepit per integrum diem coram R. P. D. Carolo de Grassis pro-Legato Camerini, & Umbriae, aliisque dignissimis testibus, id etiam coram universo populo ad prodigium spectandum concurso; ut publicae probant tabulae confectae, & a Lilio pariter datae. [2]

VI. Post *Berardi* obitum, quem ad diem 12. Septembris anni 1574. signavimus, Episcopatum gessit *Alphonsus* Binarinius Bononiensis, de quo Ughellius dignum texit sequens elogium = *Alphonsus Jo: Mariae Binarinus Bononiensis Rotae Auditor, deinde Reatinus Episcopus ad Ecclesiam Camerinam a Gregorio XIII Pont. Max. translatus est* 1574. *die* 17. *mensis Septembris, cujus Ecclesiae iniit possessionem die* 23. *mens. Nov. ejusdem anni. Hic severissimè castigato Clero, ad Tridentini Concilii aequissimas compulit leges. Palatium a suo Antecessore inceptum demum absolvit. Itaque adamussim puriorum morum Ecclesiam suam constitutam habuit; ut, cum Gregorius XIII. aliis labentibus Ecclesiis vellet mederi, & rei decenter salubriterque praestandae unum Alphonsum legaverit; Etruriam itaque Picenum, Sanctique Petri Patrimonium saluberrimis latis legibus ad defaecatiores mores revocavit. Singulari pietate, doctrinaque praeditus erat. Itaque divini cultus desiderio tactus, ut quoad vixit, in eo peragendo contentissime laboraverit. In suae complexu Ecclesiae septuagenarius vitam finivit anno* 1580. *die* 26. *Aprilis, sepultusque in Cathedrali, cui etiam nunc moerentis Camertini populi lacrymae parentare videntur. Ad ejus tumulum haec Carmina apposita fuerunt.*

REVEREND. ALPHONSVS BINARINVS
EPISCOPVS CAMERTINVS

VI-

suum ad illa typis vulganda. Inter enim Concilii Patres Viri doctissimi non defuerunt, qui Concilii decreta exararunt, & inter illos Massarellius a Secretis Sacri Concilii, cujus acta ipse obsignavit una cum duobus ejusdem Concilii notariis. Legenda est nota (c) ad epistolam LII. Othonis Truchserii ad Stanislaum Hosium Card. Varmiensem in tom. III. Epist. Julii Pogiani pag. 99. & seqq.

(1) Part. 1. Lib. II. p. 64, & seqq.

[2] Ubi supra pag. 56, & seqq.

VIXIT VT MORITVRVS. MORTVVS
EST VT VICTVRVS.

*Quid magis optandum, quam terris linquere nomen?*
*Post obitum & vitam vivere cum Superis.*

VII. *Alphonsus* noster Tridentini Concilii legibus exactè obtemperans, Dioecesim qua longe lateque patet, sedulus perlustravit, optimisque decretis reformavit. Acta peractae visitationis vidimus in Episcopali Archivo servata. Ea opportunitate in agro San-Severinate, qui nondum a nostra Dioecesi erat avulsus, spiritum, & vitae genus Ven. Servae Dei Franciscae a Serrono (pagus est a San-Severino 11. circ. mill. pass. dissitus) ad examen vocavit, probavitque, illique piae foeminae confirmationis Sacramentum contulit anno 1575. [1] quo regionem illam visitabat.

VIII. Anno insequenti 1576. contigit nova S. Severini Episcopi Septempedani manifestatio in templo illius nomini dicato, & *Alphonsus* propere San-Severinum se contulit; sanctum Corpus rite recognovit; sub Ara principe illud honorifice collocavit; totius rei gestae seriem litteris exactè mandavit; mox a R. Pontifice facultatem obtinuit solemni ritu & officio hanc Inventionem quotannis die 8. Junii celebrandi. [2]

## C A P U T III.

### Hieronymi, & Gentilis *Episcopatus amplectitur*.

*I.* Hieronymi *acta ex Ughellio dantur. Diminuitur a Xysto V. Dioecesis Cam. sed compensatur.*
*II. Rodulphus Varanius fundat hospitale pro pauperibus in Oppido Tolentini; quod postea vertitur in Parthenonem.*
*III. Hieronymus inaugurat Ecclesiam Cathedralem Camerini.*
*IV. Dat operam ut Montecchii parthenon constituatur Ordinis Sancti Benedicti.*
*V. Caldarolae fundatur insignis Collegiata Ecclesia Card. Evangelistae Pallottae studio ab ejus germano Martino.*
*VI. Agitur de hac fundatione.*

*VII. Ejus*

[1] Hujus piae Virginis acta scripsit P. Scampolus Cl. Reg. S. Pauli ut habet P. Aloyhus Barellius Tom. 1. Lib. IV. Cap. 11. inscripto = *Memorie historiche dell'Origine &c. de' Cherici Regolari &c. detti Barnabiti*; quo capite summam affert actorum hujus Venerabilis Virginis.

(2) Cancell. *Vita di S. Severino* Lib. IV. Cap. V. p. 199.

VII. *Ejus incrementa, recensentur, & fundatio inibi facta de Seminario.*

VIII. *Privilegia enunciantur illius Collegiatae Ecclesiae.*

IX. *Obiit* Hieronymus *Romae anno 1596.*

X. *Hieronymo succedit* Gentilis. *Synodum celebrat anno 1597. aperit Seminarium pro 30. juvenibus. Pauperes Dioecesis vult ibi gratis alendos. Alteram habet Synodum 1598. Obit Maceratae Prolegatus Marchiae anno 1601. Ejus Cadaver Camerinum transfertur, & in Ecclesia Cathedrali deponitur. Illius ossa anno 1749. deteguntur.*

XI. *Varaniae gentis vicissitudines prosequuntur.*

XII. *Finis illius Principatus.*

I. DE nostro *Hieronymo* haec habet Ughellius = *Hieronymus Vitalis de Bobus nobilis Bononiensis ex Advocato Consistoriali, sanctique Petri Canonico, Binarino successit anno 1580. die 26. Maji. Die 13. Julii inauguratus fuit. Picentes frenavit 1583. Ad Regem Poloniae legatus est. Mortuo Gregorio XIII. rediit ad Ecclesiam suam; ubi Episcopale palatium liberalitate plane mirabili ornavit absolvitque. Tres Synodos Dioecesanas celebravit. Verum, cum inter Canonicos, & ipsum jurium lites intercessissent, multum illi de gloria, deque benevolentia Civium decessisse oportuit* &c. Haec Ughellius. Sub hoc Episcopo Xystus V. Tolentinum, & San-Severinum Civitates fore dixit. Episcopos illis destinavit cum sua Dioecesi; sic diminuta fuit Dioecesis Camerinensis, quamvis aliquomodo ab eodem Xysto compensata, ut diximus in Dissertatione praeliminari. [1]

II. Ad alia *Hieronymi* acta progrediamur. Nobiles Varanii, quum in Tolentino dominarentur, splendidam sibi aulam in illa Civitate compararunt. Rodulphus ex Varaniis postquam cum Picenis anno 1383. pepigit foedus, ad illud Oppidum secessit, & insequenti anno 1384. inter mortales esse desiit, ut in superioribus a nobis est enarratum. In suis, queis decessit postremis tabulis, inter alia pia legata, ad quae adimplenda suos haeredes obligavit, unum illud fuit, ut regiam suam in hospitale ad pauperes excipiendos converterent; quod exinde fuit factum sub titulo = *della Misericordia* = stetitque per unum ferme seculum. Animadvertentes vero Tolentinates ad pauperes, & peregrinos excipiendos satis superque esse hospitale *S. Salvatoris* jam diu in illo Oppido fundatum, publicis, & generalibus habitis Comitiis statuerunt anno 1582. die

[1] Cap. III. §. 1. pag. 32.

die 24. Novembris, praevia R. Pontificis facultate, hospitale *Misericordiae* in Parthenonem permutare. Oratores ad Gregorium XIII. anno 1583. Romam missi sunt. Res ad *Hieronymum* Episcopum nostrum, & a latere in Marchia Legatum Cardinalem Columnam, commissa fuit exequenda; qui Tolentinum perrexerunt. Attamen, variis impedimentis supervenientibus, res infecta remansit. Anno tandem 1585. ad R. Pontificatum Xysto V. assumpto, Monasterii fundationem Tolentinates iterum tentarunt pro puellis Tolentinatibus, & a Xysto, qui Oppido illi Civitatis honorem restituit, obtinuerunt etiam opera Galeatii Moroni Mediolanensis, & Maceratensis simul & Tolentinatis Ecclesiarum Antistitis declarati Monasterii fundationem, quae anno 1600. facta est; & illud est quod *Della Misericordia* = vulgo dicitur, & regulam S. Benedicti profitetur.

III. Ecclesiam Cathedralem a *Berardo* II. jam restauratam, ornatamque *Hieronymus* inauguravit; postquam diu perscrutari fecit aliquod monumentum, ex quo anterioris inaugurationis memoria colligi posset; quod cum reperiri non contigisset, ad solemnem illius Templi inaugurationem ventum est die 16. Octobris anni 1588. *In honorem Dei immortalis, & Deiparae Virginis, cui Ecclesia olim erat dicata, cujus Annunciationis Festum quotannis solemniter in ea celebrari consuevit* = sunt verba diplomatis, quod ad eam rem posteritati commendandam ab Hieronymo datum est, quodque ego a Francisco Vivanio Episcopo meo humanissime accepi, & in Appendice do.

IV. *Hieronymo* adhuc Ecclesiam Camerinensem administrante, suumque votum, operamque praebente Montecchii fuit constitutum Monasterium S. Mariae, quod *a Pace* nomen habet. Anno siquidem 1512. religiosae quaedam foeminae studuerunt in illo Oppido Monasterium fundare sub regula S. Benedicti. Institerunt propterea coram gente Montecchiana, ut votis illarum Commune Montecchianum faceret satis. De loco seligendo ad Parthenonis sedem figendam anceps diu fuit Concilium; tandem, loco invento, & annuente Gregorio XIV. suis Apostolicis litteris dat. Romae non. Aprilis anni 1591, fuit monasterium aere collato erectum. Ibi sese receperunt piae illae mulieres; ad quas instituendas noster *Hieronymus* misit tres sanctimoniales Parthenonis S. Salvatoris Camerini Domnam videlicet Maximillam Sparapaniam, Domnam Virginiam Bonjoanniam, & Domnam Scholasticam Mezzapollastriam; & ita hoc Monasterium Ordinis S. Benedicti ortum habuit.

V. In-

V. Insignior vero sub hoc Episcopo fundatio facta est in Oppido Caldarolae studio Evangelistae Pallotta Cardinalis amplissimi: Erectio videlicet insignis Collegiatae Ecclesiae S. Martini anno 1589; pro cujus regimine constitutiones a Capitulo factas *Hieronymus* anno 1594. adprobavit.

VI. Ut vero morem nostrum prosequamur, qui, quoad potuimus, illustriorum primordia, progressusque Coenobiorum, & Ecclesiarum nunquam praetermisimus, juvat hic illius insignis Collegiatae Ecclesiae fundationis seriem referre. Martinus Pallotta Caldarolensis optimus Civis germanus frater Cardinalis Evangelistae Pallotta *ingenti impensa, magnificoque & sumptuoso opere propriis pecuniis a fundamentis de novo* construxit, & aedificavit Parochialem Ecclesiam *S. Martini* in illo Oppido sitam, veteri Parochiali Ecclesia sub eodem titulo cessâ Monasterio Sanctimonialium (1) Ordinis S. Benedicti prius ab eodem Martino & Card. Evangelista fundato & dotato. *Post haec Martinus pia devotione ductus existimavit congruum fore aliquo honoris titulo dictam Parochialem Ecclesiam decorari; & sicuti nuper puellis Virginibus Altissimo famulari cupientibus opportuna dicti Monasterii fundatione & dotatione providit, ita etiam Xysto V. supplicavit, ut Ecclesiam illam in Collegiatam dignaretur erigere cum una Praepositura pro uno Praeposito, quae prima & unica Dignitas, ac inibi praeeminentiam & jurisdictionem haberet, ac sex Canonicatus & totidem praebendas .... nec non quatuor pro totidem perpetuis beneficiatis, qui actu Diaconi, vel Subdiaconi .... ac alia duo Clericatus nuncupata perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica pro totidem perpetuis beneficiatis Clericis, qui in quatuor minoribus Ordinibus essent constituti &c.* & laudatus Xystus anno 1590. sui Pontificatus anno VI. Kal. Aug. Ecclesiam S. Martini in Collegiatam cum omnibus Collegialibus Insignibus erexit, & instituit assignatis ab eodem Martino praedictis Praeposito, Canonicis, & Beneficiatis pro dote pinguibus latifundiis. Jus tamen praesentandi & nominandi Canonicos & Beneficiatos spectare dixit Pontifex ad dictum Martinum fundatorem, & post ipsum ad Pallottae gentis natu majores in infinitum: cum declaratione, quod Praepositus Episcopo Camerinensi, Canonici, & Clerici Beneficiati Praepo-

(1) Laudatus Martinus anno 1589. per Apostolicas Xysti V. litteras fundavit Parthenonem pro decem puellis, quae profiteri debent S. Benedicti Regulam, & esse debent a Caldarolae Oppido oriundae, gratis Deo sacrandae, praefigendo illarum regimini duos perpetuos a Confessionibus Cappellanos largâ illis assignata mercede, & a Camerinensi Ordinario approbandos. Clemens vero VIII. hanc approbationem Praeposito Sancti Martini, secluso Ordinario Camerinensi, reservavit ex infra dicendis.

posito illius Capituli debeant praesentari, & ab illis bullas, ut dicunt, & institutionem respective obtinere.

VII. Adauxit Card. Evangelista Ecclesiae Collegiatae splendorem constituendo inibi Seminarium pro sex juvenibus cum suo Magistro Praefecto, aliisque necessariis Ministris, qui a majore pariter Pallottae gentis natu seliguntur, & destinantur; nec omisit Cardinalis amplissimus, munificentissimus, suaeque Patriae amantissimus perpetuum censum pro manutentione Ecclesiae, ejusque Sacrarii assignare; aliaque reliquit suae pietatis insignia monumenta. (1)

VIII. Clemens vero VIII. aliis Apostolicis litteris dat. Romae die 13. Martii 1594. Pontificatus anno III. Pallottae gentis, illiusque majoris natu Privilegia mirificè ampliavit. Voluit enim Pontifex iste, ut tam Moniales, quam ab illarum Confessionibus Cappellani non Episcopo Camerinensi, sed Praeposito S. Martini praesententur, & Praepositus jus habeat puellarum Deo sacrandarum voluntatem explorandi, illas religioso habitu vestiendi, & ad professionem admittendi, & Capellanos examinandi, & approbandi. Insuper si qua pro parte tam Capellanorum, quam Monialium lis excitaretur, haec definiri debeat vel ab Episcopis Montis-alti, vel San-Severini, vel ab A. C. excluso semper Camerini Ordinario.

IX. Ad *Hieronymum* redeamus, prosequentes, quod de illo habet Ughellius = *Verum, cum inter Canonicos & ipsum jurium lites intercessissent, multum illi de gloria, deque benevolentia Civium decessisse oportuit. Postquam Cathedralem consecravit Romae decessit die 26. Januarii 1596. fuitque depositus in Ecclesia Nationis Bononiensium: sequentique anno cum Cardinalis Pallottae cadavere in patriam Bononiam delatus est die 16. Decembris, sepultusque in Ecclesia S. Martini in majorum suorum sacello, ubi pavimento affixa est de ipso memoria.*

Rr HIE-

[1] Antiquum Caldarolae existebat templum SS. Gregorio & Valentino MM. sacrum; Sancto videlicet illi Gregorio Presbytero Spoletano, cujus exuviae venerantur in Templo illius nominis insignito in suburbio Civitatis Spoleti. Ecclesiam illam curabant unus Archipresbyter, & unus Canonicus Archipresbyteri Coadjutor in animarum cura. Quum vero ob vetustatem templum ruinam minaretur, peneque corrueret Parochiani vix illud frequentabant; &, quod pejus erat, ad illius reparandi omni spe erant destituti ob pecuniae defectum; quamvis laudatus Cardinalis 500. nummos aureos pro illius reparatione sponte obtulisset. Tandem munificentissimus Cardinalis novum templum, novamque aedem illi junctam in suo solo suis impensis a fundamentis erexit; & aliis Apostolicis litteris illum de jure patronatus Martini fratris, ejusque majoribus natu in infinitum dictum voluit. Duo exinde Cappellani inibi facti sunt ab aliis benefactoribus; & in Ecclesiasticis functionibus signo utuntur simillimo illo ab Archipresbytero, & Can. Coadjutore semper usurpato, caputio nempe super albam.

HIERONYMVS. DE. BOBVS. CAMER. EPISCOPVS. QVI. OBIIT. ANNO. SALVTIS. HVM. MDXCVI. AETATIS. SVAE. LIV.

*In pariete autem* =

HIERONYMVS. VITALIS. FILIVS. VARIIS. MVNERIBVS. IN. AVLA. ROMANA. AC. PICENI. ADMINISTRATIONE. PERFVNCTVS. DEMVMQVE. CAMER. EPISCOPVS. ET. GREGORIO. XIII. ATQVE. SIXTO. V. APVD. STEPHANVM. BATTOR. POL. REGEM. LEGATVS. HOC. MON. GENTILIBVS. SVIS. B. M. M. PONI. IVSSIT. ANNO. MDXCVI.

Haec habet Ughellius.

X. *Gentilis* e praeclarissima Delphinia gente Romana a Clemente VIII. Episcopus Camerinensis selectus est die 18. Decembris anni 1596, fuitque *Hieronymi* successor. Anno 1597. die 11. Augusti primum Synodalem Conventum habuit, typis vulgatum. Clero suo, totique populo pronunciavit jam constitutum & apertum ad mentem Tridentini Concilii Seminarium pro triginta juvenibus totius Dioeceseos ibi educandis: alendis quoad divites illorum sumptibus, quoad pauperes sumptibus Seminarii. Accipite decretum =

*De Seminarii Dioecesani erectione.*

## CAPUT IX.

*Cupimus mirum in modum omnia sacri Concilii Tridentini decreta debitae executioni demandare, praesertim quae ad Seminarii Dioecesani erectionem spectant. Quocirca in ejusdem Sacri Concilii Tridentini executionem, nostrum Dioecesanum Seminarium aperiendum esse duximus prout hodie in hac Civitate nostra Camerini aperimus, & apertum esse declaramus, & vobis omnibus significamus, in quo pueri ad numerum triginta ex omni nostra Dioecesi alendi, erudiendique erunt, pauperes sumptibus Seminarii, divites vero congrua & honesta portione per nos praefigenda, & per eos solvenda juxta praedicti S. Concilii Tridentini dispositionem. Praefatique Seminarii curam, & regimen a probis, & honestis viris, atque doctis, & peritis Magistris gubernari, & administrari curabimus. Confirmantes insuper, & quatenus opus sit, etiam innovantes omnes & singulas quorumcumque beneficiorum uniones per Nos, & Praedecessores nostros ad favorem praedicti Seminarii quomodolibet factas* = Anno deinde 1598. mense Novembri in festo Sancti Clementis alteram Synodum celebra-

bravit *Gentilis*; ſemperque providis decretis ad reformandos plebis ſibi commiſſae mores impensè adlaboravit. Tandem anno 1601. immatura morte praereptus eſt, dum pro Octavio Card. Bandino pro Legati munus in Piceno [1] obibat, anno aetatis ſuae XLII. Illius cadaver Camerinum delatum in Cathedrali Eccleſia tumulatum fuit cum hac Epigraphe a Flaminio fratre in pariete appoſita ab Ughellio etiam data ab Autographo tamen aliquantulum diſcrepante.

D. O. M.
GENTILI DELPHINO PATRICIO ROMANO
VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIO
EPISCOPO CAMERTINO PICENI PROLEGATO
QVI DVM IN SACRIS CVRANDIS
ET IN ADMINISTRANDA PROVINCIA
CVM LAVDE LABORARET
INVIDA MORTE EXTINCTVS EST
ANNO AETATIS SVAE XLII.
SALVTIS MDCI.
FLAMINIVS DELPHINVS
FRATRI BENEMERENTI P.

Humi vero, & ſupra Gentilis cadaveris tumulum altera inſcriptio ab Ughellio pariter data legebatur.

NVLLVM. CORPVS. MORS. HABET.
FESTINANT. IVVENES.
DECREPITI. CVNCTANTVR.
NEMO. NON. MORITVR.
OSSA. GENTILIS. EPISCOPI. HIC. IVDICIVM. EXPECTANT.

Haec inſcriptio amplius non extat. Gentilis cadaver, dum Cathedralis Eccleſiae facies nuperrimè reſtaurabatur, effoſſa humo, ſub lapidea illa inſcriptione parieti affixa, fuit repertum; & forte tunc ſaxum, in quo altera inſcriptio ſculpta erat, periit.

XI. Antequam ad noſtrorum Antiſtitum XVII. ſeculi Chronotaxim progrediamur Camerinenſis Civitatis viciſſitudines hujus ſeculi



(1) Maceratae ſuos confecit dies Gentilis die 4. Martii 1601. Die 5. fuit tumulatus in Eccleſia S. Joannis Soc. Jeſu. Fuerunt ibi ſolemnia celebrata funera expenſis publicis. In actis generalis Concilii illius Civitatis die 10. ejuſdem menſis haec habentur = *Attento obitu Domini D. Gentilis Delphini Epiſcopi Camerinenſis V. Legati agantur ſumptibus publicis exequiae uti Patrono noſtro benemerenti; ac precipue veluti miniſtro D. Cardinalis Bandini Legati, & conficiantur in Eccleſia S. Joannis &c.* Haec ab humaniſſimo Comite Paride Pallotta accepi.

culi XVI. summatim proferamus. Juliae nuptiae Paulo III. in Rom. Pontificem assumpto nunciatae sunt; quas Pontifex indignè ferens, Juliam, ipsamque Catharinam matrem ab omni jure antiqui Varaniorum Principatus decidisse Apostolicis litteris denunciavit, & Camerinum interdicto supposuit; a quo postea, instante Carolo V. Romae tunc degente, fuit absolutum, Guidone Ubaldo, Juliâ, totoque Caamerte populo plaudente, & in tripudia ac festos lusus effuso: Quo tempore aureus nummus fuit cusus, quem cl. Bellinius profert [1] Hercules vero Varanius, qui post Ducis Jo: Mariae obitum bis magnis conatibus Camerinum repetere tentaverat, semperque ab illo fuerat repulsus, anno 1534. Paulum Pontificem, cujus gratia & benevolentia fruebatur, adiit; & ab eo omnia, quae sibi Principatum possent constituere, enixe imploravit. Paulus duos selegit judices Cardinales Jacobum scilicet Simonetam, & Hieronymum Ghinuccium, qui Herculis favore sententiam dixerunt, quam Paulus in Concistorio die 7. Januarii anni 1535. firmavit. Ea opportunitate Hercules aereum numisma cudere fecit, quod ex una parte exhibet Herculis de Varano faciem cum inscriptione = *Hercules Varano Camerini Dux II.* = Ex altera Turrim cum lemmate = *Esto nobis Dñe turris fortitudinis* = Illud exhibet laudatus Bellinius. [2] Post haec Urbini Dux res suas veritus, factusque certior Pontificem nil aliud quam Camerini Ducatum expetere, nullamque pacem, nisi dedita Civitate, posse sperare, quibusdam pactionibus firmatis, Ducatum Camerinensem Pontifici cessit, ultroque dimisit.

XII. Vix haec perfecta sunt, quae ad firmandum Herculis Principatum videbantur propitia, *Pontifex e sententia recedens Herculi jus regni abrogavit, rebelliumque numero habendos sanxit quoscumque ex Camertibus, qui ei obedientiam, auxiliaque praestitissent; habitoque Concistorio nonis Novembris 1540. Octavium Farnesium ex Petro Aloysio filio natum, Camerini Ducem pronunciavit eumque sequenti anno, ubertissimis Varano suo juri cedenti praemiis pollicitis, in Principatus possessionem immisit. Hercules deplorata dignitatis retinendae spe, sive rebus suis timens, sive precibus, ac pollicitationibus motus cessioni animum adjecit; pactisque cum Pontifice conditionibus, ipse, & filii duobus & triginta sibi millibus aureis scutis numeratis, non in Camerinum tantum, sed & in allodialia bona, quorum media pars, utpote quae ex Rodulpho prodeuntes, qui cum Julio Caesare Joannis Mariae patre Principatum diviserat, penes*

[1] De monet. non obser. pag. 33. num. XIV.

(2) Bellin. ubi supra ad num. XVII. pag. 33.

*nes ipsos erat, suo, quod habebant, juri cessere; ex quibus bonis non paucam nummorum summam, non tam immodicam porro, ut in articulo* Varano *Moretius scripsit, in singulos annos exigebant.* = Verba usurpavi Eruditissimi Bellinii (1). Sic Camerinensis Principatus ad Farnesiam gentem transiit, stetitque ad annum 1545, quo Octavius Dux illum sanctae Sedi pariter cessit, obtento ab eadem Parmensi, & Placentino Ducatu *cum annuo censu novem millium ducatorum auri de Camera in foeudum nobilem Gentilitium Francum & antiquum.* (2) Et hic finem habuerunt Camerinensis Principatus, & Varanie gentis vicissitudines.

[1] Bellin. ubi sup. pag. 31. Hanc eruditam consule dissertationem *Vincentii Bellini Ferrariensis de Monetis Italiae medii aevi hactenus non evulgatis* impressam Ferrariae Typis Bernardini Pomatelli anno 1755. ad me missam, donoque datam ab immortali Card. Henriquez Ravenna die 4. Februarii 1756.

(2) Lil. hist. di Cam. Part. II. lib. x. pag. 347.

# C A P U T IV.

## Innocentii & Joannis *gesta recolit*; *eorumque successoris* Caesaris.

*I.* Innocentius *praefuit Episcopus primus Seculi XVII. datur elogium illius ex Ughellio.*

*II. Succedit Innocentio* Joannes *Severinius Mathilicanus.*

*III. Pyrani sub* Joanne *transferunt cultum S. Urbani intra oppidum; aedificant Ecclesiam illius nomini sacram. Statuunt ibi auctoritate Joannis Collegium duodecim Presbyterorum, quos dixerunt Canonicos una cum Archipresbytero, quem sic vocarunt illum antea Plebanum nuncupatum.*

*IV. Cultus S. Urbani habetur etiam in Ecclesia Pagi* Monasterii *juxta oppidum San-Genesii. Argumentatur quomodo illuc propagatus.*

*V. Fundatur Montecchii Parthenon Ordinis S. Clarae.*

*VI.* Caesar *Gherardus Cardinalis succedit Joanni translato ad Archiepiscopatum Sipontinum. Illius elogium ex Ughellio.*

*VII. Collegium Canonicorum in Pyrana Ecclesia S. Urbani dissolvitur: & Plebanus titulo Archipresbyteri, & duodecim Presbyteri titulo Canonicorum privantur. Pyrani seligunt duos Cives pro obtinenda fundatione Ecclesiae Collegiatae auctoritate Apostolica.*

Pri-

I. PRimus hoc Seculo XVII. nostrae praefuit Ecclesiae *Innocentius* e gente Bubala [*del Bufalo*] patritia Romana a Clemente VIII. selectus anno 1601; cui Ughellius subsequens intexit elogium: *Innocentius de Bubalo ( del Bufalo ) Romanus haud vulgari eruditione ornatus moderatione vitae singulari nobilitatem generis commendabat. Clementi VIII. apprime charus V. S. Referendarius declaratus, & S. Petri Canonicus. In Melitensi Insula generalis in Fidei caussis Inquisitor Camerinensis Episcopus dictus fuit anno 1601. die 14. Maji; possessionem sumpsit die 20. Junii solemni pompa. Ab eodem Clemente Romam accitus ad Henricum IV. Gallorum Regem Legatus missus post tres annos ab eodem Cardinalis renunciatus est sub titulo S. Thomae in Parionis. Interfuit Creationi Leonis XI, & Pauli V, a quo inter PP., Senatoresque Congregationis Sancti Officii, aliorumque Coetuum adlectus est. Electo Paulo V. Camerinum reversus est; sed cum loci Coelum insalubre experiretur, Ecclesiae illius misit Nuncium mille scutorum pensione, ut vocant, sibi reservata ad Cardinalitiae dignitatis cultum ampliorem. Vixit deinde, secunda integritatis fama, quippe cui pietas, divinique cultus amor maximè cordi esset. Adhuc florente aetate ex calculo renum Romae decessit die 27. Martii anno 1610, legavitque moriens Camerinensi Ecclesiae Crucem praegrandem, quatuorque argentea Candelabra. Sepulchro exceptus est apud S. Mariam in Via in suae Gentis Sacello cum epitaphio in marmore nigro legendo.*

D. O. M.
INNOCENTIO BVBALO DE CANCELLARIIS ROMANO NOBILITATIS ET VIRTVTIS VIRO POST VRBIVM PRAEFECTVRAS AD MELITENSEM INSVLAM A CLEMENTE VIII. CVM EXTRAORD. POTESTATE MISSO MOX AB EO PONTIFICE EPISCOPO CAMERINO DENIQVE PRO EODEM APVD GALLIAE REGEM HENRICVM AGENTI S. R. E. CARDINALI CREATO QVA DIGNITATE DVM ACERRIMO IVDICIO, INCENSO ECCLESIASTICAE AMPLITVDINIS STVDIO DOCTRINA MORVM SVAVITATE SINGVLARI VITAE INNOCENTIA SVSTINET ROMAE MORITVR AN. DOMINI MDCX. IV. KAL. APRILIS AETATIS SVAE XLIIII.
MVTIVS FRATER ET HAERES P.

Nil ad haec nobis occurrit addendum. *Innocentius* enim a RR. Pontificibus aliò distractus non diu in sua Dioecesi permanere potuit; nullumque propterea nobis praesto est documentum ad illius Acta illustranda accomodatum.

II. Car-

II. Cardinali *Innocentio* in Episcopatu successor fuit *Joannes* Severinius Mathilicanus *familia ingenua & vetere prognatus multis pro R. Ecclesia laboribus functus a Paulo V. anno 1606. die 20. Februarii* (ut scribit Ughellius) *atque a Cardinali Perbenedicto consecratus. Ejus Episcopatus iniit possessionem die S. Ansovino Sacro ejusdem Civitatis* (Camerini) *olim Antistiti die 13. Martii ejusdem anni. Sedit annos sexdecim. Translatus inde ad Archiepiscopatum Sypontinum anno 1622. ibidem post paucos menses decessit, ibique tumulatus* = Haec habet Ughellius de nostro Joanne.

III. Sub hujus seculi initio Pyranus populus cultum S. Urbani PP. & M., quem Oppidum praecipuo honore tamquam patronum, ducem, & defensorem prosequutum est, ab Ecclesia (1) in ora Aesinantis fluvii transtulit intra moenia Castri in Templo ab ipso a fundamentis constructo. Mox anno 1622. auctoritate nostri *Joannis* ordinariâ erigendum ibi curavit Collegium duodecim Presbyterorum cum Plebano; & hic *Archipresbyteri*, illi *Canonicorum* nomina usurparunt. Et sic jacta fuerunt fundamenta nostrae Collegiatae Ecclesiae; quae subsequentibus annis adeo opibus, & magnificentia, ut infra videbimus, excrevit.

IV. Liceat hic de rebus infimi aevi ad medii antiquitates retorquere sermonem: & quoniam de cultu S. Urbani inter Pyranos propagato memoriam fecimus, hujus S. Pontificis cultum aliò etiam Monachorum Sancturbanensium forsan opera diffusum videamus. Id enim, & quod doctissimi Camaldulenses Chronistae [2] scribunt de Coenobio S. Urbani de Aesinante vel condito, vel saltem a S. Romualdo reformato, & quod ego de Monasterio juxta Oppidum Esculanum ab eodem S. Viro constituto conjicio, apprime roborare videtur. Nuperrimè animadvertimus *Monasterium* prope Oppidum Esculanum a S. Romualdo conditum dedisse nomen pago illi, qui disjecto Castro Insulae, superest adhuc, & *Monasterium* nuncupatur, (ab illis ruriculis *Monasti*) & hujus Pagi Patronum & illius Ecclesiae Sanctum titularem, ut dicunt, eundem S. Papam Urbanum, & Pyri, & in Ecclesia S. Urbani Aesinantis veneratum. Quid igitur, si suspicemur S. Romualdum vix condito illo Monasterio, ad illud incolendum, & stabiliendum misisse Monachos Sancturbanenses, & horum opera S. Urbani cultum in illas gentes asportatum, & Ecclesiam ibi Deo in honorem S. Urbani consecratam?

V. Anno 1607. assentiente, operamque dante *Joanne* in Oppido

(1) De hac Ecclesia disserimus in nostra serie sub Episcopo Ugone I. Lib. II. Cap. VI. num. V. & VI.

(2) Annal. Cam. tom. I. Lib. VIII. n. 121.

pido Montecchii ortum habuit Parthenon S. Clarae piis fidelium oblationibus. Nonnullae religiosae foeminae, quae Capuccinae vulgo dictae erant, Montecchii morabantur sine clausura; & hae ad Monasterium illud incolendum se contulerunt, dato jure *Joanni* Episcopo a S. Congreg. Concilii numerum Monialium ibi praefigendi, regulamque illis proponendi profitendam, quam piae illae foeminae selegerunt; & illa fuit, quae secundi Ordinis S. Francisci dicta est: unde factum est, ut novae illae Sanctimoniales non amplius Capuccinae sint vocatae, sed a S. Clara nomen tenuerint. Anno postea 1623. perpetuae clausurae fuerunt obstrictae, regulamque selectam professae sunt quatuordecim Sorores coram Vicario Generali Cardinalis *Caesaris* Gherardi *Joannis* successore.

VI. Dimissum a Joanne Episcopatum *Caesar Gherardus* Perusinus (1) Cardinalis tit. S. Petri ad montem aureum obtinuit eodem anno 1622. die septima mensis Maji. Brevi tamen Episcopatum tenuit; nam anno insequenti 1623. die 30. Septembris supremum clausit diem. De illo longum intexit elogium Ughellius; quod habes breviùs in sepulcrali Inscriptione illius tumulo apposita apud S. Franciscum prope Ripam Tiberis Romae, in quo Templo condi voluit.

D. O. M.
CAESARI GHERARDO PERVSINO S. R. E. TIT. S. PETRI IN MONTE AVREO PRESB. CARD. QVEM PERVSIAE FIRMIQVE XX. ANNIS IVR. CAN. INTERPETRATIOMEM (2) A SCIPIONE CARD. BVRGHESIO ROMAM EVOCATVM AVDIENDIS APVD SE CAVSIS PRAEFECTVM PAVLO V. PONTIFICE MAXIMO INTER VATICANI CANONICOS, ET VTRIVSQVE SIGNATVRAE PATRES RETVLIT, ATQVE IN AMPLISSIMVM COLLEGIVM COOPTAVIT. GREGORIVS XV. CAMERTIBVS PRAESVLEM DEDIT MOR. ANNO XLII. NONDVM EXACTO PRID. KAL. OCT. MDCXXIII. DOMINICVS GHERARDVS B. M. P.

VII. Hoc tam Brevi *Caesaris* Pontificatu S. Sedis praecepto Pyranum Collegium in Ecclesia S. Urbani statutum dissolutum fuit mense Septembri anno 1623; & *Caesar*, cui id oneris fuit impositum, Plebano *Archipresbyteri*, caeterisque Presbyteris *Canonicorum* titulum abrogavit. Hinc studium in Pyranos Collegiatam Ecclesiam Apo-

[1] Ortus est Caesar in Castro Fossati in agro Perusino. Vide Vinciolum scribentem de Viris illustribus Perusinis.

[2] Lege: *Interpretantem*: sic habetur in autographa Inscriptione S. Francisci ad Ripam Tiberis.

Apostolica auctoritate erigendi. Generalibus habitis comitiis selecti sunt ad opus exequendum Octavius Barzius inter nobiles Cardinalis Peretti aulicos adscriptus, & Joannes Jacobus Baldinius medicus Municipes optimi Romae commorantes.

# CAPUT V.

## Joannis Baptistae, & Aemilii *de Alteriis acta*.

*I. Vita functo Caesare eligitur Episcopus* Jo: Baptista *de Alteriis ab Urbano VIII. Illius gesta dantur ex Ughellio. Agitur de origine fundationis Ecclesiae Collegiatae Pyranae, & de ejus Fundatore.*

*II. De B. Gentili Fr. Min. e gente Finaguerria apud Mathelicenses illustri.*

*III.* Aemilius *Frater Jo: Baptistae succedit hujus Episcopatui. Cardinalis eligitur. Mox Summus Pontifex.*

*IV. Romanus Summus Pontificatus illi praenunciatur a Clemente IX; prius a Fr. Nicolao a Cingulo Viro Sancto, de quo nonnulla in notis.*

*V. Synodum habet* Aemilius *anno* 1630.

*VI. Recognoscit Corpus Beati Angeli de Aquapagana Converso Camaldulensi.*

*VII. Accrescit Collegium Canonicorum Montecchii.*

*VIII. Sub* Aemilii *Protectione fundatur Montecchii Congregatio Oratorii.*

*IX. Fundatur Ecclesia Collegiata Pyri, de qua datur historia.*

*X. Amplificat* Aemilius *Parthenonem S. Clarae Montecchii: applicat bona S. Mathaei Seminario Camerini, e quibus census assignatur pro nonnullis juvenibus Montecchianis gratis inibi alendis.*

*XI. Fundator Ecclesiae Collegiatae Pyranae Jo: Jacobus Baldinius obiit Romae anno 1656. in suo testamento adjungit Ecclesiae Collegiatae servitio octo Beneficiatos ab* Aemilio *per suas Episcopales bullas in possessionem immissos.*

I. C*Aesare* obeunte, *Jo: Baptista* de Alteriis Romanus anno 1624, ad Episcopatum fuit adsumptus; cui Ughellius sequens intexit elogium = *Jo: Baptista Alterius nobilis Romanus Gentilis Delphini antecessoris sui ex sorore nepos insignis theo-*

 *logus*

*logus, eruditionis singularis, Vaticanaeque Basilicae Canonicus Theologali praebenda auctus sacram doctrinam, jusque Pontificium palam professus est. Ibidem & alibi verbum Dei enunciavit non sine sui nominis laude. Ab Urbano VIII.* (1) *Episcopus Camerinus adlectus est 1624. die 26. Februarii. Sex purpuratorum Episcopatuum Apostolicus Visitator constitutus, singulari sua prudentia SS. Pontificis pietati abunde satisfecit. Qui postquam tribus annis Camerinam rexisset Ecclesiam vitae tranquillitatis avidus otiique, quo maxime provebi studia solent; Episcopale onus discessit, Romamque rediit, & ab eodem Urbano Urbis Vicesgerens Sacrae Penitentieriae Sigilli Custos, unusque ex Urbis Visitatoribus ejusdem Congregationis Secretarius factus in iis muneribus omnium gratulationem adhuc versatur. Anno 1643. ab Urbano VIII. inter Cardinales relatus, & Episcopatu Tudertino donatus est* = Haec ab Ughellio accepimus.

II. Insignis est apud Mathilicanos memoria B. Gentilis Ord. Min. e Finaguerria illustri gente, ut perhibent, Mathilicae nati. Martyrium apud Persas subiit, ut habet Franciscanum Chronicon. (3) Illius corpus Venetias translatum fuit. Mathilicani, curante Fr. Gentilio Finaguerrio ex eodem Ordine, obtinuerunt integrum illius Sancti Viri brachium, quod anno 1625. *Jo: Baptista* Episcopus noster die 11. Aprilis recognovit, cultumque probavit, publicis

[1] Sub hoc Pontifice a Pyranis meis semper in honore habendo, summeque cum reverentia memorando ortum habuit Ecclesia Collegiata S. Urbani opera, & impensis supra laudati Jo: Jacobi Baldini. Tam insignis fundationis ortum, progressusque suos placet hic; & in sequentibus referre, ut gratum me probem eximio Fundatori illius Ecclesiae, quae ceteras Provinciae nostrae & magnificentia, & opibus antecellit, cujus Ego famulatui tenera adhuc aetate fui addictus. Res itaque ita se habuit. Baldinius Pyri humilem ortum habuit anno 1583. a Mathaeo Baldinio de Serra Comitum Senogalliae Dioecesis, qui Pyri cum honesta foemina Matrimonio junctus, hic sedem suam fixit, artemque fabriferrariam exercebat, fuitque baptizatus in Ecclesia plebis S. Felicitatis Jo: Jacobus, qui Pyranae Collegiatae fundator fuit Mathaei filius natu major liberalibus disciplinis vacans Clericali militiae fuit adscriptus ab Episcopo *Gentili* Delphinio anno 1595. Mox sumptibus Octavii Barzii, quem supra memoravimus Romam, deinde Patavium se contulit. Ibi philosophiae, & medicinae operam dedit, lauream que doctoralem obtinuit anno 1603. Ad Patriam Patavio vix reversus anno 1605. omnium suffragiis fuit medicus electus, quod munus per plures annos, donec anno 1611. Corinaldum ad idem munus exercendum fuit vocatus, plaudentibus municipibus universa feliciter gessit. Dum medicum Corinaldi ageret, a Cardinali Justiniano Romam accitus est, interque primarios Urbis medicos floruit. Vita functo Justiniano, medicus a Cubiculo Cardinalis Scipionis Burghesii, quem a gravi morbo sanavit adlectus est. Pari fortuna Baldinius Urbanum VIII. vix ad Pontificatum assumptum desperatae sanitati restituit. Crescente hinc opulentius in dies Baldinii censu, inspirante numine, Collegiatem Ecclesiam, quam Pyranus populus aere communi fundare curabat, statuit Jo: Jacobus aere suo constituere, ut infra dicemus.

(2) Chron. Fran. Lib. VIII. fol. 496.

cis confectis tabulis quae in Episcopali archivo servantur. Solemnis fuit indicta supplicatio, qua translatae fuerunt sacrae illae Reliquiae ad Coenobium Fr. Min. quos Observantes vocant, ubi summa pietate hodiedum venerantur.

III. Ecce nos ad Pontificem illum, qui ad summum gloriae Camerinensem Cathedram provexit, suaque dignitate Ecclesiam illustravit, ad *Aemilium* scilicet de Alteriis germanum fratrem *Jo: Baptistae*, qui hanc Ecclesiam gubernavit. *Aemilius* igitur, sedente Urbano VIII, anno 1627. die 29. Aprilis Camerinensis Dioecesis regimen sumpsit. Post varia, quae *Aemilius* tum in Aula Pontificia cum per nonnulla Urbis tribunalia obivit munia ab Urbano ad Poloniae Regem Apostolico Nuntio a cognitionibus datus est. Exinde Camerinensis Episcopus selectus bis Marchiae Anconitanae Praeses est constitutus. Hinc Ravennam ab eodem Pontifice mittitur ad sublevandas Ravennatum angustias, quas sustinere cogebantur ob fluminum alluviones undequaque regionem illam vastantes; unde & inculti campi remanebant, & incolae ob inopiam frumenti angebantur ad mortem. Alterius admirabili dexteritate illico alluviones frenavit, plaudentibus illius regionis incolis, & videntibus *Aemilii* industriâ tam funestam ruinam versam illicò in insperatam felicitatem. Post Urbani obitum ab Innocentio X. Apostolicus Nuncius Neapolim missus munus suum maximâ prudentiâ, & plausu exercuit. Insubriae tumultus postea repressit, illuc a PP. in conclave pro electione novi Pontificis degentibus missus ad Italiae pacem componendam, quod & perfecit eo Alexandri VII. novi Pontificis gaudio, ut ad se *Aemilium* accitum a Secretis Sacrae Congregationis super negotiis Episcoporum & Regularium destinaverit. Tandem a Clemente IX, qui post Alexandrum datus est R. Pontifex Pontificii Cubiculi praefectus destinatus est, & ab eodem pene moriente Cardinalis renunciatus. Accessit *Aemilius* ad Clementem pro collata dignitate gratias acturus, & tunc quasi vaticinans Pontifex asseruit ipsum *Aemilium* in Apostolico sibi Throno successorem futurum. Praesagium probavit eventus. [1]

IV. Praeivit tamen Clementis IX. praesagio P. Nicolai a Cingulo [2] Viri inter Capuccinos sanctimonia insignis, cum quo *Aemi-*



[1] Forest. Mappamond. Istor. Tom. III. par. II. in vit. Clem. X.

[2] Ortum habuit vir iste pietate insignis Cinguli ex gente *Maria* ejus pater vocabatur Riccardus, Baptista *Calcalaria* mater; alter Cingulana, altera Camerinensi nobili familia nati: *Franciscus Maria* in seculo P. Nicolaus est nuncupatus. Ad Divi Exuperantii extra Cinguli moenia antiquissimum & miraculis illustre veneratur Christi cruci affixi simulacrum. Ibi *Franciscus Maria* orans Dei vocem clare ad

*milius* familiarissimè versabatur, quemque inter difficillima suorum munerum negotia consulebat, illustre vaticinium. Cum enim Pater Nicolaus quadam die *Aemilium* inter animi angustias, & vexationes, quibus aula semper exundat, pacem, & quietem optantem audivisset, illum adhortatus est ad strenuè laborandum pro Ecclesia Dei, cujus regimen Pontifex prius Maximus, quam Cardinalis aliquando erat sumpturus. Ita plane factum est. Postquam *Aemilius* per XXXIX. circiter annos Camerinensem Cathedram rexit, illam sponte dimisit anno *1666*; & aetate longaevus, & quasi octogenarius fuit P. M. renunciatus. Clemens IX. supremum clausit diem mensis Decembris die *9*. anni *1669*; & *Aemilius* nondum rubro pileo insignitus die *29*. Aprilis *1670*. fuit Papa proclamatus, & Clemens X. dictus.

V. Nunc ad nostri *Aemilii* acta veniamus. Anno *1630*. Synodum habuit editis Constitutionibus sapientissimis dulci, suavique spiritu plenis, quo *Aemilii* animus erat ornatus, quas, qui postea floruerunt Episcopi, aureas dixerunt, & non sine peculiari veneratione sunt semper sequuti.

VI. Eodem pariter anno *1630*. Aemilius visitans Ecclesiam S. Salvatoris de *Aqua-pagana* in qua requiescit Corpus Beati Angeli Conversi Ord. Camaldulensis, hoc recognovit, solemnique indicta supplicatione die *19*. Aug., qui fuit Beati Viri annus emortualis, transtulit in Capellam ad ejus honorem erectam, reponens caput & ossa illius una cum cyatho, in quo vivens bibebat, in capsa cupressina inclusa in alia capsa nucea. Omnia ipsius ossa, & integra habentur in urna, excepto osse pedis, quod anno *1626*. Jacobus Fagianus Augustinensis Mathilicanus Sancti Viri apprime studiosus in patriam suam transtulerat, & deposuerat in altera Capella, quam ipse dicaverat in Ecclesia S. Augustini Mathelicae. Festivitas hujus Beati recolitur die dedicationis ejusdem Ecclesiae, quae celebratur die Dominica post solemnitatem Assumptionis Beatae Mariae Virginis. Quotannis solemnis instituitur supplicatio, cui praeter Sacerdotes illius regionis interveniunt duo Canonici Camerinen-

ad illius autem personantem audivit illum ad Seraphicam Capucinorum familiam invitantem. Illico obedivit Franciscus Maria, seseque Sacrae illi Congregationi mancipavit *Nicolai* nomine assumpto, eo virtutum omnium progressu, ut omnium fuerit speculum perfectionis, & exemplar. Illum Deus coelestibus cumulavit donis, quae habentur in illius actis. (Annal. Capuc. Tom. III. ms. pag. 14. & seqq.) Obiit Nicolaus in Coenobio Pyrano die 18. Jan. 1667; magnoque populorum concursu illius funus fuit honoratum. *Maria* Familia Cioguli extincta est. In Hyppolyte genitrice amicissimi Raphaelli mei, qui censum haereditavit, & *Francisci Mariae* nomen, quod P. Nicolaus in seculo tenuit,

nensis Ecclesiae, quibus progressu temporis Abbatia de Aqua-pagana a Summis Pontificibus commendata fuit, & annexa Ecclesiae Cathedrali, cujus Canonici administrationem obtinent, Vicarium ibi constituentes qui diligenter custodiat Corpus Beati Angeli Protectoris totius Vallis appellatae = *della rocchetta* = Vide quae de hoc Beato scribant Chronistae Camaldulenses. [1]

VII. Ad divini cultus incrementum semper advigilans *Aemilius*, instante Capitulo, & Communi Montecchii anno 1631, insigni Collegiatae Ecclesiae illius Oppidi Canonicorum numerum auxit. (2) Duodecim Canonici, inter quos Can. Theologus, & Poenitentiarius, & unus Archipresbyter (quondam Plebanus) praeter alios Ministros, & Mansionarios Ecclesiae illi inserviunt. Animarum cura, quae septem veteris Capituli Canonicis, & Plebano erat addicta, nunc ab uno substituto Rectore, & altero Vicario ab iisdem selectis exercetur; superadditis enim Plebano (nunc Archipresbyter dictus est) & illis Canonicis duobus Sacerdotiis altero S. Martini [3] nuncupato. Plebs collapsa circa xv. medium seculum fuit reparanda. Opus perfecit aere collato, Jacobus de Nigris Plebanus; templumque olim *S. Joanni Baptistae* sacrum fuisse ab inscriptione super januam domus Canonicorum affixa, aperte colligimus; cujus tenor est.

*Virginis a partu sacre labentibus annis*
*Mille quadringentis sexdeciesque simul*
*Dum constructa fuit domus hec sacrata Joanni*
*Qui Christum lavit fluminis ante vadum*

*Do-*

(1) Tom. v. Lib. xlvii. o. xi. pag. 290. & seq.

(2) Nobilis haec Collegiata Ecclesia vetustis temporibus *S. Joanni Baptistae* sacra fuit. Patet ex documento quod in Appendice damus ad annum 1273. Anno vero 1308. titulo *S. Mariae* erat insignita, quo titulo forte Ecclesia erat Trejensis decorata, a qua suam traxit originem Plebs Trejensis de Monticulo; & ideo in municipalibus Montecchii legibus ante annum 1216. confectis rub. 29. lib. III. Ecclesie illa *Cathedralis* titulo legitur ornata. *Plebs de Trea* in enunciato documento anni 1273. dicta est, & in altero anni 1275, habetur = *Nos Jordanus Canonicus plebis Trea de Monticulo*, quae documenta in secreto Montecchii Tabulario servantur. Per illa igitur tempora & sub initio XIII. seculi Canonicorum Collegium Montecchii jam erat constitutum, quod e Trejensi Ecclesia ortum suum habuisse putandum est.

[3] Ecclesia haec fuit aedificata anno 1400. tempore Calisti II. Anno exinde 1448. fuit reparata. Quum enim ea Ecclesia sita sit props Arcem (Cassarum dicebant) Montecchii *a nefandis tyrannis* (sic Conciliaria acta habent) per plures annos occupata pene prophanata, & disjecta remansit; & propterea gens Montecchiana ad illius templi reparationem accurrit. Tyrannos forte credimus fuisse Franciscum Sfortiam, suosque confederatos, qui in Marchia Anconitana per plures annos dominati sunt. Anno pariter 1581. fuit iterum restaurata Aere Communi. Sacerdotium illius Ecclesiae hodie Vetus Montecchianum Capitulum, illiusque Archipresbyter tenent.

*Doctor & Antistes de Nigris Monticulanus*
*Edidit hanc Jacobus, & lavacrumque dedit.*

Revera anno 1308. Ecclesia erat jam B. Virgini sacra, & anno 1484. in Apostolicis litteris Innocentii VIII. legitur Ecclesiam illam eodem titulo inscriptam sic = *Innocentius Episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Petro de Pancottis Canonico Ecclesiae plebis nuncupatae S. Mariae de Monticulo &c.* Prodiit ex Collegio hoc Canonicorum illustris vir Barzius Calliensis Episcopus, ut habet Ughellius, & una cum Episcopatu aliquandiu Canonicatum retinuit, quem postea dimisit, & Innocentius supradicto Pancotto contulit laudatis litteris. Dat. Romae apud S. Petrum anno incarnat. Dominice 1484. prid. non. Dec. Pontif. anno primo. Et alterum *S. Stephani* [1] Capituli Sacerdotium amplum, & populosum evasit, & duobus illis ministris traditum fuit exercendum. Duodecim sunt hodie Canonici, & unus Archipresbyter. *Aemilius* noster non tres tantum Canonicos, sed quinque veteri capitulo addidit; quamvis justis rationibus trium tantum institutio facta sit.

VIII. Hoc ipso anno *1631.* *Aemilius* auctoritate ordinaria ad constituendam Montecchii Congregationem Oratorii S. Philippi Nerii adhibuit P. P. Demetrium Mattheuccium, & Herculem Polinium Presbyteros Congregatorii Camerinensis, (2) & *Aemilius* primus Fundator potest appellari; quam fundationem vix Episcopus noster ad Petri Sedem assumptus suis Apostolicis litteris firmavit die 20. Maji *1671.* Templum S. Antonio Abbati sacrum cum annexis aedibus Alumnis illius Congregationis Oratorii fuit assignatum studio Nicolai Ursinii civis Pyrani Canonici S. Laurentii in Damaso de Urbe viri pietate & doctrina celeberrimi ad Ripanam Ecclesiam regendam postea jure, & merito assumpti. Inter primos hujus Congregationis P. P. Alphonsus Blanchius civis Montecchianus, (3) & Flaminius Perutius (4) civis Pyranus laudati Nicolai Ursinii affinis una

(1) S. Stephani Ecclesia est omnino disjecta. Animarum hujus Paroeciae cura transiit ad Canonicos, qui ut se ab hoc onere liberarent, duplicem hujus Paroeciae fructum Archipresbytero cesserunt; sibi reservatis domorum benedictione, & decimis.

[2] Marcian. Mem. Istor. delle Congr. Tom. III. fol. 9.

(3) Vir iste illustris, postquam summa cum laude Antistitum Assisiatis, Firmani, Auximani, & Camerinensis, nostrique Aemilii a cognitionibus fuit, tandem, Nuncio misso curis omnibus, sese inter primos PP. Congregationis Oratorii Montecchi recepit.

(4) Non modice adlaboravit P. Flaminius ad censum novae Congregationis augendum. Suis sumptibus campestrem sacram aedem beatissimae Virgini, & S. Ubaldo sacram in praedio Congregationis fundavit, ubi illius effigies picta hodiedum servatur. Vir Deo plenus orationi, & pietatis operibus semper addictus omnibus venerationi fuit. Plenus meritis, & virtutibus ex hac vita migravit die 4. Julii 1646, legatis Congregationi domesticis rebus, librisque suis.

una cum Francisco Ovidio e Serra S. Quirici [1] Flaminii famulo unico illius Congregationis laico fratre, sunt adnumerandi. Hi ad sancti Instituti regulas & munia exacte adimplenda ad P. P. Congregationis Oratorii Camerini alternatim perrexerunt instituendi.

VIIII. Urbanus VIII. ad X. sui Pontificatus annum pervenerat; nosterque Baldinius, habito consilio cum concivibus suis Thoma Peranzonio Liberianae Basilicae beneficiato, & laudato Nicolao Ursinio, ab eodem Pontifice petiit, & obtinuit Apostolicas litteras pro fundatione suae Collegiatae Ecclesiae. *Dat. Romae apud S. Petrum anno Dominicae Incarnationis 1633. pridie non. Jan. anno Pont. X*; quarum exequutio Scipioni Card. Burghesio S. R. E. Summo Poenitentiario, Episcopo nostro *Aemilio*, & Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori fuit demandata, in iisdemque litteris, quae ad optimum Ecclesiae regimen spectant, sunt statuta. (2) Post haec Baldinius octo Canonicos nominat, reservata nominatione ad aliud tempus aliorum quatuor, & dotem assignat; qui in pervigilio festi diei S. Urbani Pyri Protectoris, die videlicet 24. Maji 1633. in possessionem Canonicatuum ab Archipresbytero, qui dimisso Plebani titulo Archipresbyter dictus fuit; & hic a Joanne Andrea Urbanio cive Pyrano, & tunc in Cathedrali Ferrariensi Ecclesia Canonico Poenitentiario, immissi fuerunt. De hac fundatione in Pyrana Collegiata Ecclesia marmore sculpta haec habetur memoria.

D. O. M.

(1) Peti piatate, & christianae perfectionis maritis aetate longeevus die 20. Martii 1706. obiit Ovidius, sepultusque ast cum PP. suis.

(2) Canonicorum electionam de jure patronetu laicali sibi postarisque suis reservevit Baldinius in Apostolicis Urbani litteris. Deficiantibus varo certis quibusdem personis in ipsis litteris nominatis sex Canonicatuum Capitulo, duorum Confalonerio pro tempore residenti Communis Pyri, quatuor raliquorum quibusdam familiis sibi benemaritis & charis nominationem, & praesentationam Camarinensi Episcopo exhibendam, cujus ast singulos Canonicos instituere, & bullas [ut dicunt] expedire, perperuo essignavit.

Brevi defecerunt singuli ax fratre Nepotas Jo. J cobi, suparstite una tentum inter Moniales S. Clarae Pyri adscripta Maria Jacoba nuncupate, cujus jus fuit, quoad vixit Canonicos post Patrui obitum, & octo Praebendatos, quos Beneficiatos vocant, ab ipso Jo. Jacobo in suis, queis ipse decessit ultimis tabulis; ejusdam Ecclesiae servirio addictos nominare, & dotes nonnullis Puellis assignera. Interea Jo. Jacobus suas opes mirifica edanctas ad opus perficiandum integre dalliberat. Sactistiaa dotem assignat, aemqua sacra suppallectili, pretiosis vastibus, argantelsqua vasis ad valorem supre quinqua millia aureorum nummorum exoroat. Tria pinguie latifundia Canonicis pro augumento dotis, & distributionum donat. Eosdem Canonicos in suo testamento Baldinius haeredas dixit. Duos ex ipsis suae voluntatis exaqutores essa voluit, quibus jus dedit aa omnia facera pro Collegiata Ecclesie, quae ipsemet Fundator, si adhuc in vivis foret agisset. Pro dote pauparum Puellarum quinquaginte nummos aureos essignat, & quotannis illae dotantur. Pingulus dotandas puellas Baldiniae familiae propinques voluit.

D. O. M.
IO. IACOBVS. BALDINVS
CIVIS APYRANVS
CARDINALIS SCIPIONIS BVRGHESII
PAVLI QVINTI P. M. NEPOTIS
MEDICVS A CVBICVLO
PRO ANIMAE SVAE REMEDIO
HANC ECCLESIAM AB VRBANO VIII. PONT. MAX.
PER. EIVS. BVLLAS. PER CAMERAM. EXPEDITAS
SVB DIE. IV. IAN. MDCXXXII.
IN. COLLEGIATAM ET IN. EA. XII. CANONICATVS
CVM. RESERVATIONE
EORVM IVRIS. PATRONATVS
SIBI ET ALIIS TVNC NOMINATIS
EOSQVE. IN. LX. LOCIS. MONTIS. FIDEI. NON. VACAB.
PER. ACTA. MARTII. NVCCIVLAE. A. C. NOTARII
PRIMO. SVB. DIE. VIII. MENSIS. APRILIS
MDCXXXIII.
POSTEA. SVB. DIE XII. MENSIS. OCTORBIS.
EIVSDEM ANNI
DE PROPRIO. DOTAVIT.
ET SVCCESSIVE IPSAM DOTEM
ILLIC. AD. ANNVM.
IN. ALIIS. XII. LOCIS MONTIVM LIBERIS
CVM ONERE CERTARVM. MISSARVM
PROVT. IN LITERIS. PATENTIBVS
CESSIONIS. ET. DONATIONIS
DICTORVM. LOCORVM. MONTIVM
SVB. DIE XXX. MENSIS. DECEMBRIS.
ANNI. MDCXXXV.
ET. CLARIVS. PER. ACTA.
BAPTISTAE STENDARDI. DE APYRO
NOT. PVB.
CIRCA. IDEM. TEMPVS.
ADAVXIT.

X. Pro ampliatione Parthenonis S. Clarae Montecchii, de quo fub *Joanne* differuimus, ceffit *Aemilius* nofter Domus Fratrum Cruciferorum Coenobium incolentium S. Matthaei. Infuper, quum anno 1466. gens Montecchiana fuis fumptibus extra Montecchium e fundamentis erexiffet Ecclefiam S. Marci, eamque curandam dediffet facrae familiae Servorum Mariae nuncupatae anno 1652. fuppreffae, *Aemilius* tam Monafterium, quam domum S. Marci iifdem Mo-

Monialibus S. Clarae pro amplificatione suarum Aedium assignavit: Censum vero Coenobii S. Mathaei Seminario Camerini applicavit cum onere gratis in eo retinendi tot Montecchianos juvenes, quot ad illos alendos census fructus essent satis. Haec omnia ab Aemilio sapienter disposita Sacra Cong. Concilii suo firmavit decreto die 4. Aprilis 1653.

XI. Decennium antequam optimus *Aemilius* Episcopatui Nuncium remitteret supremum Romae clausit diem *Jo: Jacobus Baldinius* Pyranae Collegiatae Ecclesiae Fundator illustris, anno nempe 1656. die prima mensis Februarii; fuitque tumulatus ante Aram S. Monicae sacram in templo S. Augustini. [1] Octo instituit Praebendatos, quos dicunt, Beneficiatos in suis ultimis tabulis Baldinius, dotemque illis assignavit. Canonicis vero distributiones munificentissime adauxit. *Aemilius* novam hanc Beneficiatorum Jo: Jacobi

Tt

[1] Ante S. Nicolai Tolentinatis Sacellum in ea Ecclesia positum est honorarium sepulchrum, & Jo: Jacobi super illud marmorea effigies; & sub hac sequens inscriptio =

D. O. M.

IOANNES IACOBVS BALDINVS EX APYRO IN PICENO PHILOSOPHIÆ, AC MEDICINÆ LAVREA DECORATVS. A BENEDICTO CARDIN. IVSTINIANO ROMAM ACCITVS, SCIPIONI QVOQVE CARDINALI BVRGHESIO INSERVIENS ILLVSTRIS NOMINIS EXISTIMATIONE ITA INCLARVIT, VT EIVS OPERA OMNES FERE PVRPVRATI PATRES, AC PRINCIPES VTERENTVR. QVIN IMO REPARANDA VRBANI VIII, AC INNOCENTII X. SALVS, EIVS CVRÆ SÆPE CREDITA FVIT. AB ALEXANDRO VII. PARITER ACCERSITVS OB VALETVDINEM, ET SENECTVTEM IMPOTENS MERITO MVNERE SE ABDICAVIT. TOT VERO POST HONORIFICOS LABORES VITÆ METAM ATTINGENS PATRIA, QVAM OPERVM SPLENDORE CLARAM REDDIDERAT, OPVM LARGITIONE LOCVPLETAVIT, NAM IN APYRO VBI ECCLESIAM SVB INVOCATIONE SANCTI VRBANI A FVNDAMENTIS EREXERAT, COLLEGIATAM DVODECIM CANONICORVM CVM OCTO BENEFICIATIS INSTITVIT. VIRGINIBVS NVBILIBVS CERTAM PECVNIAM IN DOTEM PRÆSCRIPSIT. EX OMNI ASSE HÆREDES DVODECIM CANONICOS VLTIMIS TABVLIS DECLARAVIT. MVLTIS DEINDE LOCIS PIETATE ADDICTIS LEGATO INGENTI AERE CONSVLVIT. QVI ENIM AMANTISSIMVS PAVPERVM PATER FVERAT, PAVPERVM INOPIÆ STATIM POST FATA PRÆSTO ESSE VOLVIT; SIC PLVS ALIIS, QVAM SIBI VIVENS, ANNO REDEMPTIONIS 1656. PIE DEVIXIT. TOT IGITVR OB PROMERITA CANONICI S. VRBANI IN APYRO GRATISSIMORVM ANIMORVM INSTINCTV TANTI BENEFACTORIS MEMORIAM COLERE VOLENTES ILLVD IN HAC ECCIESIA IN QVA CONDI VOLVIT, LVCI RESTITVVNT, ET ÆTERNITATI COMMENDANT ANNO IVBILEI 1675. THOMAS PERANZONVS CANONICVS ET EXECVTOR TESTAMENTARIVS, MONVMENTVM HOC AERE HÆREDITATIS PONENDVM CVRAVIT.

cobi institutionem adprobavit; & electos per suas Bullas in possessionem immittendos esse mandavit.

## CAPUT VI.

### *De* Jacobi *Card. Fransonii,* Francisci *Justi, &* Bernardini *Bellutii Episcopatibus.*

I. Aemilio *succedit Card.* Jacobus *Fransonus, qui Dioecesi perlustrata, bis ad Synodum Clerum vocavit. Sacellum in Cathedrali Ecclesia construxit, & censum illi assignavit, quem ejus haeredes auxerunt.*

II. *Rem habuit cum Montecchianis, qui Fr. Min. Observantibus Ecclesiam SS. Crucifixi extra Oppidi moenia curandam dederunt. Tandem Fr. Min. Reformatis data est.*

III. *Suam navavit operam* Jacobus *ad ornamentum, & decus novae Ecclesiae Collegiatae Pyranae.*

IV. *Dimisit Jacobus Episcopatum anno 1687, quem tamen administravit ad annum 1697, quo anno obiit Romae.*

V. *Eligitur Episcopus* Franciscus *Justus translatus a Sutrina, & Nepesina Ecclesia. Dioecesim perlustrat. Ecclesiam Collegiatam Pyranam inaugurat. Moritur Mathilicae anno 1702. omnibus charus.*

VI. Bernardinus *Belluccius e Feretrano Episcopatu transfertur ad nostrum. Vir natalium splendore, doctrina, & pietate insignis.*

VII. *Moniales S. Benedicti in Cippo ad Genesinum Oppidum translatas, annuente Clemente XI, transfert ad Monasterium S. Hieronymi in eodem Oppido.*

VIII. *Recognoscit Corpus S.* Liberati. *Confusiones tollit exortas pro ejus cultu. Agitur de origine Monasterii S.* Liberati, *& de cultu antiquissimo illi praestito.*

IX. *Agitur de B. Rizerio Fr. Min., & de recognitione illius Corporis facta a nostro Bernardino.*

X. *De obitu Bernardini non sine fama sanctitatis anno 1719.*

I. ECclesia Camerinensis ultro ab *Aemilio* anno 1666. dimissa *Jacobo* Cardinali Fransonio Patritio Januensi data est die 7. Junii ejusdem anni; eamque die 21. mensis Junii solemni ritu suscepit regendam; statimque ad illius reformationem

to-

totis viribus summa charitate, prudentia, & zelo incubuit. Bis ad Synodum vocavit Clerum; annis scilicet 1675, & 1688; semperque constitutiones ab *Aemilio* datas confirmavit, ad unaquaeque capita quibusdam appendicibus opportunè additis. Totam Dioecesim accuratissime invisit, providisque decretis accurrit; quaeque sapienter sanxit non oscitanter, sed prompte exequta voluit. In magno volumine hujus Visitationis acta continentur, & in Episcopali Cancellaria servantur magno siquidem successorum Antistitum emolumento. Missis Apostolicis viris ad mores populorum componendos impiger semper divinum cultum promovere studuit; humana divinaque studia promovit; Seminarium, & Episcopale domicilium reparavit, pauperes subsidiis accurrit. Novum Sacellum SS. Carolo, & Philippo Nerio sacrum in Cathedrali Ecclesia a fundamentis excitavit. Censu 500. scutatorum illi assignato, qui ad mille scutata ab illius haeredibus fuit adauctus. Studio pariter nostri Cardinalis Camerini fuit erecta Domus Patribus Congregationis Somaschae, quam pinguis patrimonii haeredem dixerunt Venantius & Ansovinus Manierii honesti Cives Camerinenses cum onere ibi retinendi tres Ludimagistros ad juventutem in bonis artibus erudiendam.

II. Rem habuit Jacobus noster cum gente Montecchii, quae Sanctissimi Crucifixi Monasterium & templum, de quo in Dissertatione praeliminari [1] disseruimus, a Fesulana Congregatione per 149. annos custoditum, post hujus Congregationis suppressionem incolendum tradidit Fratribus Minoribus, qui Observantes Reformati appellantur. *Jacobus* noster quicquid Commune Montecchii illius Ecclesiae dominium tenens statuerat irritum dixit; & per tres ferme annos suspendit; donec Apostolicis litteris Clementis X. anno 1671, instantibus Montecchianis, Fratres Minores ad illud incolendum accesserunt. Cardinalis tamen opera nescimus quare, Fratres illi, annuente etiam illorum Ministro Generali, Sanctuarium acti fuerunt deserere. Aegre id pertulit Montecchiana gens; missoque Oratore ad R. Pontificem, res cum Episcopo, hujus Oratoris studio, fuerunt tandem compositae, & Fratres Minores Reformati anno 1673. ad illud Coenobium transierunt, in quo hodiedum religiosissimè vivunt, summaque pietate SS. Crucifixi simulacrum in dies miraculis clarum curant, ejusque cultum pientissimè fovent. [2]

III. Plurimum adlaboravit *Jacobus* ad nascentis Collegiatae Py-



(1) Cap. IV. §. III. pag. 46.

(2) Vide quod de hoc sacro Simulacro scripsimus in Dissertatione praeliminari Cap. IV. §. III. pag. 46.

Pyranae Ecclesiae ornamentum, & decus. Mense Octobris anni 1670. Pyrum accessit. Pro administratione Baldiniae haereditatis ad 150. mille aureos nummos attingentibus a Canonicis administratae varia utilia, & opportuna edidit decreta, quae servantur adhuc. A duobus Canonicis ex testamento a Baldinio suae voluntatis Exequutores vocatos pro Musica Capella, & pro Seminario ad octo Pyranos juvenes gratis in liberalibus artibus instituendos perpetuum censum ex mente Fundatoris assignatum, juris ordine servato, adprobavit Franzonius. Capella musica fuit illico constituta. Seminarii ob justas tunc causas fundatio delata, nunc (proh pudor!) est omnino neglecta, immo a nonnullis (proh caecitas!) etiam detestata. Utinam in nos priscus ardor revivisceret illud aliquando statuendi! utinam & meis votis Episcoporum suffragia adstipularentur! oh quam opportunè & juvenum institutioni, & Collegiatae Ecclesiae utilitati, decori, bonoque nomini consultum foret. Ad Episcopum nostrum redeamus. Praetiosam suppellectilem pro templi ornatu, & pio sacrorum Ministrorum usu, Organa, Campanarum concentum, & alia quamplurima ad novae Ecclesiae Collegiatae decorem, & domus Dei ornamentum, & dignitatem ab ipsismet Canonicis ex testamento Baldiniae voluntatis exequutoribus decreta sua auctoritate *Jacobus* firmavit.

IV. Tandem Cardinalis Fransonius anno 1687. die 10. Novembris fuit Episcopus Tusculanus renunciatus; & tunc Camerinensis Ecclesiae regimen tamquam Administrator retinuit. Vixit exinde Cardinalis ad annum 1697; supremumque clausit diem ejusdem anni die 19. Decembris, sepultusque est in Aede Vallicellana PP. Congregationis Oratorii de Urbe. Sub magno Ecclesiae fornice marmoribus contextum in pavimento cernitur Cardinalis gentilitium stemma cum hac Epigraphe.

EM̃O ECCLESIAE PRINCIPI CARDINALI FRANSONO
PATRITIO IANVENSI
POST VARIOS HONORVM GRADVS SINGVLARI PRVDENTIA
PROBITATE CONSTANTIA FELICITATE DECVRSOS
SACRA PVRPVRA, QVAM AB INNOCENTIO X.
MODESTIAE STVDIO DEPRECATVS FVERAT ORNATO
PER ALEX. VII.
LEGATO FERRARIAE PVBLICAE QVIETIS IN SVMMA TEMPORVM
DIFFICVLTATE CVSTODI VIGILANTISSIMO
CAMERTIVM ET PORTVENSIVM PRAESVLI OMNIBVS VITAE
INTEGRITATE MVNIFICENTIA IN EGENOS

BE-

BENEVOLENTIA (*) CLERUM ET CIVES
VTILI ET CARO
STEPHANVS THOMAS ET IACOBVS E FRATRIBVS NEPOTES
PATRVO BENEFICENTISSIMO
P. P.

Mendosam ac pene barbaram hanc Inscriptionem, in qua nulla chronologica habetur nota, quae notum faciat annum, quo haec memoria fuerit posita, quo Cardinalis obierit, illius natalem diem, vel saltem aetatem, & alia hujusmodi, quae sepulcrales Inscriptiones reddunt utiles & aestimabiles; supplet altera inscriptio posità in capsa, ubi Cardinalis ossa jacent, intra subterraneum PP. Congregationis tumulum, quae talis est.

IACOBVS EPISCOPVS PORTVENSIS
S. R. E. CARDINALIS FRANSONIVS
PATRITIVS IANVENSIS
NATVS XXIV. DECEMBRIS
MDCXII. OBIIT DIE XIX.
DECEMBRIS MDCXCVII.

Has inscriptiones accepi ab amicissimo, & diligentissimo P. Benedicto Frisciotto e Patribus illius Congregationis Vallicellanae aliquando nostrae Collegiatae Ecclesiae Canonico.

V. Sequitur in serie *Franciscus* hoc nomine III. Patricius Fulginas e Justa Familia ortus. Hic a Sutrina, & Nepesina Ecclesia ad nostram translatus fuit die 23. Nov. 1693. Vix ad regimen suae novae Ecclesiae venit *Franciscus*, pastoralis suae curae sollicitudinem undique praelucere fecit. Illico dioecesim sacra visitatione perlustrare coepit, illamque sua praesentia solari, & saluberrimis decretis accurrere. Ad Pyri Oppidum anno 1695. pervenit, solemnique ritu Collegiatam Ecclesiam, quod jampridem perficere Card. Fransonius optaverat, die 30. mensis Nov. inauguravit, & hujus rei gestae memoria lapidea inscriptione intra templi ambitum servatur. Tandem Praesul iste omnibus morum suavitate, & indolis facilitate apprime charus, dum Mathilicae nobilis sitae dioecesis Oppidi diversabatur, die 6. Aprilis anni 1702. supremum diem complevit; ejusque funus totius dioecesis lacrymis fuit prosequutum.

VI. *Bernardinus* Belluccius illustris Pisaurensis Patricius e Feretrano Episcopatu non sine Feretranorum lacrymis ad Cathedram Ca-

(*) Videtur supplendum *In*.

Camerinensem a Clemente XI. fuit translatus, die 25. Septembris anni 1702. Ab Innocentio XI, quum vix xxx. suae aetatis annum numeraret Bernardinus, Episcopus Feretranae Ecclesiae fuit renunciatus. Hanc illi promeruit dignitatem maturum supra aetatem judicium, profunda doctrina, morumque integritas singularis. Cardinalium a Latere Legatorum cum Urbini, tum Ferrariae a cognitionibus praelectus, summam in iis muneribus obeundis protulit prudentiam, & dexteritatem; dignus exinde ut aliquandiu Pro-Legatus Urbinatis Provinciae praefuerit, & in Fanensi Civitate pro S. Sede nonnulla obierit munia. Vir fuit natalium splendore, (1) doctrinà, & zelo Ecclesiasticae disciplinae insignis, summa religione ornatus optimae vitae exemplis, & pastorali sollicitudine creditum sibi gregem instituit, & reformavit. In impositione manuum fuit semper tardus, & cautus: & non, nisi probata vitae integritate, & profectu in studiis aliquem promovebat, eo felici successu, ut exinde etiam in longinquis regionibus laus apud omnes esset, a Bernardino Belluccio fuisse ad sacros Ordines aliquem promotum. Caeterum facilis, affabilis, & charus omnibus erat.

VII. Moniales S. Benedicti in Cippo, quae sub nostro Episcopo Philippo sese receperant intra San-Genesii moenia, & Coenobium incolebant S. Joannis Baptistae in Colle Esculano per haec tempora sic numero erant diminutae, ut sex tantum Moniales in eo remanserint. Variis enim infortuniis pars illa Oppidi Genesini, ubi Moniales morabantur, defecerat, & sine habitatoribus relicta erat; idque in caussa fuit, cur nulla puella esset, quae inibi Monasticum habitum vellet amplius suscipere. Pluries & Civium, & Antistitum opera ad S. Hieronymi Monasterium in illius Oppidi frequentata parte conditum invitatae fuerunt sex illae Moniales; sed hae paratae potius mori, quam suum Monasterium relinquere visae sunt. Tandem anno 1703. horrendis terraemotibus exterritae Moniales statuerunt ad novum illud S. Hieronymi Coenobium transire incolendum, Episcopo nostro *Bernardino* annuente, & Clemen-

(1) Illustris Belluccia gens originem habat a *San-Marino* Oppido, quod est Caput Raipublicae, a quo nomen illa Respublica usurpavit. Ibi Belluccia familia per tria, & ultra secula primas obtinuit dignitates, probaturque vetustis illius Oppidi libris. In antiquis municipalibus San-Marini lagibus mss. distichon, quamvis barbarum legitur

*Belluccia domus decorat magis ampla Marini*
*Moenia, quamquod sit libera, sana, potens.*

Quod clarè exprimit dominationem inibi a Belluccia gante habitam. Franciscus Belluccius, qui a consiliis, & cognitionibus fuit Francisci Mariae II. Roborei Urbini Ducis, sedem fixit Pisauri; non taman antiquas San-Marini aedes dereliquit, ubi splendidum habet domicilium, & prima Reipublicae munera exercuit semper, & exercet adhùc illustris ista Familia.

mente XI. adprobante : Sic Coenobium S. Hieronymi evasit opulentum ; & Moniales vivunt ibi summa observantia, pietate, & integritatis exemplo restrictae.

VIII. Sub hujus seculi initio Episcopi Camerinensis quidam Vicarius Generalis reputans *S. Liberatum* in agro Genesino, & in Coenobio, quod a *S. Liberato* nomen habet, ut Sanctum veneratum, illum esse, qui Maceratae ortus in Etruria apud Castrum S. Angeli de Vena anno 1307. extremum obiit diem, quique cum Beato Petro ad reformandam Fr. Minorum Familiam, quae *Clarenorum* dicta fuit, operam navavit, ad Sacram Rituum Congregationem supplicem libellum dedit pro suppressione cultus Sancto illi Viro praestito ea potissimum ratione, quia Liberatus Maceratensis contra suorum Superiorum voluntatem promotor esse voluit illius Reformationis, fuitque apostata una cum suis asseclis a Bonifacio VIII. renunciatus ; quia jussus ad suam antiquam Religionis disciplinam redire id exequi noluit, obiitque in Castro S. Angeli de Vena, ut scribit Wadingus: ibique illius ossa jacent: Et Sacra Congregatio cultum S. Liberato nostro cum Maceratensi confusum, suspendit. Id in caussa fuit, ut ad hanc suspensionem amovendam in eadem Sacra Congregatione Fratres Minores Coenobii S. Liberati coacti fuerint probare S. Liberatum in Agro Genesino cultum longe diversum esse a Liberato Maceratensi. [1] Et ad id perficien-

[1] De origine hujus Coenobii placet hic nonnulla scitu digna referre. Sub initio XIII. S. Franciscus Assisias inter praerupta illorum montium, qui Brunfortiae gentis per ea tempora in Picano clarissimae juris erant, prope Castrum Brunfortium, unde Familiae nomen, Monasterium fundavit in illa regione *Soffiana* dicta inter San-Genesium & Sarnanum. In illo Coenobio Seraphicae Familiae nomen dedit noster *Liberatus* e laudata gente Brunfortia lauti (vulgo *Loro* Castri in Dioecesi Firmana) natus, ut perhibent, anno 1220; ibique sanctissime obiit anno circ. 1270; certe ante annum 1214. Cum vero locus Soffiani ob aeris inclementiam obesset Fratribus, ad sublevandam religiosae familiae sanitatem Domini Brunfortii Monasterium Soffiani evertarunt, novamque aedificarunt domum anno 1274. in Agro Genesino, & in aere quidem salubriore, quo progressi sunt Fratres Minores sacrum ferentes *S. Liberati* Corpus ; qui religioso illi Conventui nomen dedit. Audiamus Wadingum (Annal. ad annum 1234. n. IX.) *Floruerunt circa hac tempus ex Minoritis viri sanctissimi, quorum aliquas hic commemarabimus in Marchia in loco Suffiani Territorii S. Genesii Custodiae Firmanae mortuus est Fr. Umilie Picenus, cujus germanus Frater Pacificus alibi habitans vidit animam recta ascendentem in Coelum.* Sequitur Wadingus commemorationem translationis Exuviarum S. Liberati, & *Fr. Umilis* ad novum Coenobium, ad quod perrexit etiam Fr. Pacificus, qui, *dum fratrum exumarentur ossa, collegit illa, quae erant Fratris, optimo lavit vino, serico involvit, nec osculari cessabat. Paulo post ipse obiit in eodem loco, & juxta fratris tumulum sepultus. Cum eisdem jacet Fr. Liberatus Vir sanctissimus, & nobilissimus. Comes fuit loci, qui nunc S. Liberatus dicitur ab Comitis Sancti reverentiam, & honorem.* Haec Wadingus. Hinc planissime probatur utriusque *Liberati* differentia. Alter obiit

ciendum anno 1703. *Bernardinus* noſter ad illud Coenobium ſe contulit cum ſuo Vicario Generali, aliiſque probatiſſimis viris in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis. Corpus S. Liberati rite recognovit, & per acta Dominici Belli Cancellarii Epiſcopalis hujus recognitionis acta fuerunt exarata. Productis exinde in eadem S. Congregatione juribus, probatoque *Liberato* noſtro omnino ab altero diverſo, cultus illi tamquam immemorabilis praeſtitus anno 1710. fuit adprobatus, & antiquae venerationi illius ſacra Lipſana fuerunt reſtituta.

IX. Prope Mutiam (vulgo Muccia) in Agro Camerinenſi aſſurgit Aedes S. Jacobo ſacra ad radices montis, in qua conditum eſt Corpus B. *Rizerii* diſcipuli S. Franciſci, quem S. Antoninus (1) vocat *Richerium tam moribus, quam genere nobilem*: alii *Riccerium*, alii *Rugerium* appellant: & in illa ſacra Aede ſequens inſcriptio legitur.

D. O. M.

VIATOR HAEC QVAE MIRACVLIS INNVMERIS PRAESERTIM ERGA FEBRICITANTES IN DIES CORVSCANTIA CVLTV IMMEMORABILI AC FREQVENTISSIMO POPVLORVM CONCVRSV VENERARI CONSPICIS MONVMENTA, CONTEGVNT CORPORA BEATI RIZERII A MVTIA DISCIPVLI S. P. FRANCISCI ET MARCHIAE ANCONITANAE PROVINCIALIS, DE QVO IN MARTIROLOGIO P. ARTVRI AGITVR VII. FEBRVARII, ET ALTERIVS FRATRIS MINORIS BEATI EIVSDEM SOCII CVIVS NOMEN IGNOTVM SCRIPTVM EST IN LIBRO VITAE. HIC PRIMVM CONDITA VII. FEBR. MCCXXXVI. MOX XXII. IVLII MDCLXIII. A R. P. D. EPISCOPO TADDEO ALTINO PRO R. P. D. DE ALTERIIS POSTEA CLEMENTE X. ABSENTE REPERTA. DEMVM II. SEPTEMBRIS MDCCVIII. A R. P. D. BERNARDINO BELLVCCIO EPISCOPO CAMERINEN. RECOGNITA ET DIE IV. OCTOBRIS DICTI ANNI AB EO AVTHENTICE COLLOCATA HIC EIVSDEM IVSSV HONORIFICENTIVS REPOSITA FVERE PROVT IN ACTIS CANCELLARIAE EPISCOPALIS PLENIVS CONTINETVR.

Hine

obiit ante annum 1274; alter anno 1307. Liberatus Maceratenſis ſepultus habetur in Etruria, noſter in Piceno. Ideoque & annus emortualis, & locus ſepulturae utriuſque diſtinguit perſonam, & confuſionem tollit.

(1) S. Antonin. III. part. hiſt. To. XXIV. Cap. II. §. III.

Hinc colligitur Lipsana B. Rizerii in illa Ecclesia fuisse condita anno 1236. anno 1663. fuisse reperta; & tandem a nostro *Bernardino* anno 1758. fuisse recognita, & honorificentius collocata. De hoc S. Viro agunt pene omnes Scriptores Seraphici cum S. Bonaventura. [1] In Martyrologio Franciscano, praeter prolixam adnotationem inibi ab Arturo factam die VII. Febr., haec habentur = *B. Rizerii a Mutia Confessoris S. P. N. Francisci discipuli, qui Marchiae Anconitanae Provincialatus munere praeclare functus est, atque altissimae paupertatis amantissimus, nec non miraculis exornatus obdormivit in Domino. Jacet in Piceno.* (2)

X. *Bernardinus* tandem, postquam per XVI. annos circ. Ecclesiam sibi commissam sanctissimè gubernavit, totamque dioecesim suo exemplo, missisque Apostolicis Viris reformavit plenus dierum non sine sanctitatis fama piissime obiit die 15. mensis Februarii anni 1719.

## CAPUT VII.

### *De Civitate, & Ecclesia Fabrianensi Praeloquium.*

*I. De origine Fabrianensis Oppidi.*
*II. De ejusdem ampliatione atque regimine.*
*III.* Clavellia Gens *ad Fabriani regimen per Pontifices destinatur. Hac depressa per Praesules Utriusq. Sign. Refer. regitur.*
*IV. Benedictus XIII. Fabrianum in Civitatem, & ejus Collegiatam in Cathedralem erigit.*
*V. De vetustate Ecclesiae S. Venantii.*
*VI. Viri insignes qui floruere in Collegio hujus Ecclesiae.*
*VII. De Ecclesia Collegiata S. Nicolai.*
*VIII. Enumerantur insignia Coenobia in Fabrianensi Agro posita.*

I. QUemadmodum, antequam de Camerinensibus Episcopis essemus acturi, illorumque chronotaxim, & facta producturi, consilium fuit *De Civitate & Ecclesia Camerinensi* dissertationem praemittere: sic pariter, quum ad ea tempora de-

Vu

(1) S. Bonav. in Vit. S. Franc. cap. XI.

[2] Ut nos monuimus in Differt. praelim. (Cap. 1. §. 1. pag. 1.) Camerinum si geographicè loquamur situm est in Umbria, si politicè in Piceno. Ideoque, ut bene animadvertit Cl. P. Camerinius, quum Camerinum ejusque ager situm sit in finibus Umbriae, multi antiqui Geographi in Piceno illam Civitatem locant: & propterea religiosae familiae Camerini existentes manent sub regimine Ministrorum provincialium Piceni. Hac pariter ratione Clemens X. sua Constitutione incipien. *Constantis Fidei* dat. Romae die XIII. Septem. anni 1675. Camerinum *Nullius Provinciae* esse declaravit.

deveneriimus, queis insigne Oppidum *Fabrianum* ad Civitatis splendorem fuit evectum, & Ecclesia S. Venantii illius Oppidi princeps, Cathedralis titulo ornata, aliquid *De Civitate & Ecclesia Fabrianensi* praeloquendum fore censemus. Quia vero frequenter in hoc Opere [1] disseruimus de inclito Oppido *Fabriano*, quum nobilia nobis monumenta data sint ad illud illustrandum a Viris Clariss. Angelo Augustino Buto, Cathedralis Fabrianensis Ecclesiae Canonico, & a Domno Gabriellio Maria Guastutio Monaco Camaldulensi toties a nobis in hoc Opere jure, ac merito laudatis ne dicta repetamus, perpauca hic nobis producenda supersunt. Originem Fabrianensis Oppidi, vel illius amplificationem assignamus forsan melius, quam Sentino, a disjectis illi proximis coloniis Tufficana & Attidiate: [2] Quamvis opinionem Scriptorum, qui etiam a Sentino originem habuisse una cum Tuffico, & Attidio Fabrianum non improbemus.

II. Fabrianum itaque a dispersa gente Attidiate, & Tufficana, forte & ab Sentinate, priscis temporibus conditum ampliatum, & frequentatum, aquarum copia ad lanificia, chartas, aliasque artes exercendas mirifice a natura ditatum, circumcirca suburbiis adauctum est: quae suburbia exinde muris cincta Castellum constituerunt satis amplum, & populosum, & in tota Italia celeberrimum. Seculo XII, & XIII. sic potens evasit Oppidum, ut ad dilatandum agrum suum exempla Italicarum Civitatum, & nobilium Castellorum sequutum, quotquot nobiles Viri circa ipsum in parvulis castris dominabantur, tot aut spontè, aut vi [3] Fabriani *Castellanos*, ut dicebant, fore obligavit; quod feliciter perfectum est; Fabrianensis populi jurisdictioni sua Castra nobiles illi subdiderunt, in illo Oppido domos incolendas habuerunt, & reliquorum Civium more reipublicae onera, publicorumque honorum, & fortunarum participes facti sunt. Idipsum etiam Monachi, qui subditos suis Coenobiis homines, Castella, & Pagos habebant, perfecerunt. Quum vero hanc agri sui amplificationem tentaret populus Fabrianensis, Civicam in castello suo statuit domesticam societatem, quam Itali *Comune* dixerunt; idque medio circiter XII. seculo; seligendo prius *Consules* ex nobilioribus Oppidi Civibus, qui, seclusa plebe, Castelli regimen tenebant. Tandem plebe Consules detestata suffecti sunt *Potestates*.

III. Dum *Potestates* ad sui regimen populus Fabrianensis vocabat, sustinuit etiam Clavelliae gentis gubernationem ad id mune-

[1] Lib. III. Cap. IV. n. XIV. pag. 170. & Lib. IV. Cap. V. n. IV. pag. ....

[2] Cluver. Ital. antiq. Lib. II. n. VI.

[3] Murat. Antich. d'Ital. Diss. XLVII.

neris a RR. Pontificibus *Vicarii* titulo insignitae ad certum tempus cum onere sanctae Sedi quot anuis certum censum persolvendi. Clavelliae gentis imperium ad tyrannidem declinavit. Plurics fuerunt Clavellii expulsi; & tandem anno MCCCCXXXV. in illos insurgens populus, totam fere familiam saevissimè trucidavit; seseque sanctae Romanae Ecclesiae fidissimè submisit. Non defuerunt seculo decimo quinto Principes, qui pacem Fabrianensibus perturbarent cogerentque illos regimini suo colla submittere. Depressis tandem istiusmodi Principibus, ad gubernationem insignis Castelli, quemadmodum aliis illustribus Civitatibus, Romani Pontifices Praelatos U. S. Referend. destinarunt, & ab iis gubernantur adhuc.

IV. Tandem Benedictus XIII. prae oculis habens hujus Oppidi tot praeclara ornamenta *Fabrianum* Civitatem esse dixit, & Collegiatam Ecclesiam S. Venantii Cathedralem [1] voluitque *Camerinensem* Episcopum imposterum *Fabrianensem* etiam futurum suis Apostolicis litteris dat. Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae 1728. XVII. Kal. Dec. Pontif. anno V.

V. Sancti Venantii Ecclesiae, quae hodie Catedralis est, & antea fuit insignis Collegiata, vetustatem ad ea tempora referimus, queis Attidium, & Tufficum, forsan, & Sentinum fuerunt eversa. Quemadmodum enim plebs harum Civitatum, & Romanarum Coloniarum se recepit, ut conjecimus, in pagum Faverianum ad illum incolendum; sic pariter confugisse illuc credendi sunt Clerici illarum Civitatum, & inibi in aliqua Ecclesia sacram psalmodiam, aliaque Ecclesiastica munia prosecuti: ideoque Ecclesiae Collegiatae fundatio Fabriani post vastitatem illarum Civitatum videtur statuenda. De hoc insigni Collegio alias disseruimus in hac nostra Episcoporum serie nostrasque conjecturas dedimus. Illud certissimum est, & documentis probatur, ante annum 1046. Fabriani floruisse Collegiatam Ecclesiam *S. Venantii*. Documentum in Appendice datur ad illum annum. Quod si Attidii, Tuffici, & Sentini eversio referenda est ad annum 946, quo fuit vastata Mathilica, nemo non videt quam rationi consonum sit seculo ipso x. labente S. Venantii Collegii fundationem reponere. Si vero illarum Civitatum vastitas referatur ad calamitates V, & VI. seculi, quando Cingulum, Treja, Tollentinum, Septempeda, aliaeque Piceni Ci-



(1) In hac insigni Ecclesia *Prior* princeps dignitas est. Haber XIV. Canonicos Cappae magnae usu insignitos ab eodem Benedicto XIII. Sunt etiam eidem Ecclesiae adscripti VIII. Capellani; totidemque Clerici congruo stipendio conducti. P. Lucentius in sua Italia sacra pag. 439. hujus Ecclesiae, & Oppidi praeclara ornamenta recenset.

Civitates fuerunt everſae, majorem ſane praeferet antiquitatem fundatio illius Eccleſiae Collegiatae S. Venantii. (1)

VI. Ad eximium hujus inſignis Collegii decus accedit inter ſuos Canonicos adſcriptum habuiſſe B. Mauritium de Argignano Caſtro in Agro Fabrianenſi ſito, qui poſtea inter Fratres Min. fuit adnumeratus in Coenobio Cantiae, ut ſcribit Wadingus. [2] Inſignes pariter ab hoc Canonicorum coetu prodierunt Viri: *Giojoſus* nempe, ejuſque ex fratre nepos *Benedictus* ambo ex illuſtri Clavellia gente, qui ſeculo XIV. noſtram rexerunt Eccleſiam Camerinenſem, aliique multi doctrina, & pietate Viri conſpicui.

VII. Floret in Civitate inſignis Collegiata Eccleſia *Sancti Nicolai*, de cujus origine aliquid proferre juvat. Habuit haec Eccleſia Collegiata initium a Monaſterio Sancti Nicolai in ſuburbio poſito, quod a *S. Nicolao* nomen habuit; eratque Capella (nempe Prioratus) ſubjecta Monachis de Tripudio, de quibus ſermonem habuimus in ſerie Epiſcoporum. [3] Probatur hoc Apoſtolicis literis Calliſti III. *dat. Romae apud S. Petrum anno incarnat. Domini* 1455. III. *Kal. Martii Pontif. anno I.* Ad Abbatem Montisfani Camerinen. Dioeceſis, quarum initium eſt: *Exhibita ſiquidem nobis nuper pro praeſenti* (lege pro parte) *dilecti filii Ludovici Michelutii Prioris Prioratus S. Nicolai de Caſtro Fabriani Ord. S. Benedicti Camerinen. Dioeceſis petitio &c.* Has litteras edidit eruditus Nintoma in notis ad tertiam ſuam Epiſtolam, (4) quibus litteris Pontifex Prioratui S. Nicolai univit Prioratum *S. Caſſiani* (erat hic prioratus ſatis notus in Agro Fabriani ſub vocabulis *Valbagnola*, & Olivella). Coenobio S. Caſſiani Ricozius Attonis poſtremis ſuis tabulis a Simone Not. confectis anno 1225. donavit omnia bona ſua, jura, & homines Caſtri *Claramontis*, in quo Ricozius dominabatur, non longe ſiti a Monaſterio S. Caſſiani, quod Caſtrum anno 1220. Atto, & Bartolus Ugolini ceſſerunt Communi Fabriani *cum tertia parte turris, gyronis, burgi, & omnium edificatorum dicti Caſtri*. Ricozius itaque jura, quae habebat in homines ſupradicti Caſtri, conceſſit Monachis S. Caſſiani, quorum Prioratus fuit unitus Prioratui S. Nicolai. Creſcente in dies Fabriani populorum frequentia, creverunt etiam in illo ſuburbio aedes; factumque eſt ſuburbium populoſum, & amplum: ad cujus ſpirituale regimen ſelectus eſt Prior S. Nicolai, fuitque Parochus conſtitutus *Prioris* titulo decora-

[1] Conſule, quae ſcripſimus Lib. III. Cap. II. num. 12. pag. 165. in diſſertatione de S. Venantio Epiſcopo Albacinae quieſcente.

[2] Annal. ad ann. 1215. n. 19.

[3] Lib. IV. Cap. VII. p. 225.

(4) Pag. 79.

ratus, cui exinde a Fabrianensium pietate additi fuerunt sex Sacerdotes Prioris in animarum cura coadjutores. Tandem, instantibus Fabrianensibus, Pius II. anno 1460. Monasterium suppressit, &, ut dicunt, secularizavit; Ecclesia fuit in Collegiatam erecta; & Parochus *Prioris*, Presbyteri coadjutores, *Canonici* titulo fuerunt ornati. Angelus Rinaldini fuit primus secularis Prior, eratque etiam Canonicus S. Venantii & Prioris S. Venantii Vicarius, data illi facultate juxta illorum temporum morem retinendi S. Venantii Canonicatum. Sex fuerunt Sacerdotes, ut dictum est, ad Canonicatum assumpti; iis, sequentibus seculis, superadditi sunt alii quinque Canonici, & sic S. Nicolai Ecclesia Collegiata evasit numerosa; illamque hodie componunt undecim Canonici cum Priore qui unica est, & Princeps in illo insigni Collegio dignitas, cui a Benedicto XIII. usus Cappae magnae cum Rocchetto datus est. Habet etiam illi Ecclesiae addictos plures, ut vocant, Capellanos, qui festivis tantum diebus Choro, & Ecclesiae inserviunt.

VIII. In Agro Fabrianensi floruerunt insignia Coenobia S. Victoris de Clusis (1) S. Salvatoris in Valle-Castri [2] Sancti Benedicti in Montefano (3) S. Mariae de Apennino (4) Monasterium Sanctae Crucis de Tripudio (5) & forsan alia. In suo pariter agro duae Regulares Congregationes *Silvestrina* una, *Capuccina* altera stabilia fundamenta jecerunt, ordinatis inibi Constitutionibus ab unaquaque servandis, quas S. Silvester in Montefano, & Capuccini in Aquarella supra Castrum Albacinae (6) in primo generali Conventu sibi statuerunt. In eodem pariter agro suum obiere diem quamplurimi SS. Viri, & inter hos *S. Romualdus* Camaldulensium Monacorum praestantissimus Parens, & *S. Silvester* Silvestrinae Congregationis inclitus Fundator, & Auximanae Civitatis splendidum ornamentum. Fabrianenses sanctos Viros habes in cathalogo Sanctorum quos ultimo Dissertationis praeliminaris capite, & numero retulimus.

CA-

[1] Lib. IV. Cap. VII. n. V. p. 216.
[2] Lib. IV. Cap. VI. n. IV. pag. 216, & seq.
[3] Lib. IV. Cap. IV. n. IX. p. 203.
[4] Lib. V. Cap. I. n. III. p. 246.
(5) Lib. IV. Cap. VII. n. IV. p. 225.
[6] Lib. II. Cap. III. n. XII. p. 133. & lib. IV. Cap. IV. n. IX. p. 203.

# CAPUT VIII.

## *De Cosmo Primo Episcopo Fabrianensi. De Hippolito Fabrianensi Episcopo II. De Francisco IV. Camerinensi & III. Fabrianensi Episcopo.*

I. *De Gestis* Cosmi Torellii *Episcopi Camerinensis simul & Fabrianensis.*

II. Cosmo *succedit* Hippolitus e Rubeis *an.* 1736. *Quae ab illo peracta sunt legere est in* §. *III. IV. & V.*

VI. *Anno* 1746. *ad regimen Ecclesiarum Camerinensis, & Fabrianensis* Franciscus Vivanius *quem diu Deus O. M. incolumem servet: Praecipua ejus gesta Lector habet etiam in* §. *VII.*

I. POst *Bernardinum* ad nostram regendam Ecclesiam selectus est *Cosmus* Torellus Patritius Forolìviensis anno 1719; cujus regimen, & possessionem suscepit die 15. Maji ejusdem anni per procuratorem: Is fuit Dionysius Pieraugustinus Archidiaconus Ecclesiae Cathedralis, qui post varia munia ad Septempedanam Sancti Severini Cathedram fuit assumptus. Die vero 22. Junii Civitatis plausu *Cosmus* Camerinum ingressus est. Vir fuit integerrimus, & post aurum non abiit. Unoquoque triennio totam Dioecesim perlustravit. Interfuit Concilio Romano sub Benedicto XIII. Synodum celebravit Montecchii in Oppido suae Dioeceseos insigni anno 1726, ad dirimendas quasdam controversias inter Canonicos suae Ecclesiae Cathedralis exortas, & illos insignis Collegiatae Ecclesiae Sancti Venantii. Argenteam semistatuam Sancti Ansovini non modici valoris suae Ecclesiae donavit; & plura per Dioecesim Templa inauguravit. Hoc Episcopo nostram Ecclesiam gubernante *Fabrianum* clarum Oppidum Civitatis ornamenta ab eodem Benedicto Tertiodecimo obtinuit, & Ecclesia Collegiata Sancti Venantii in Cathedralem fuit erecta, novaque Fabrianensis Dioecesis constituta. Noster propterea *Cosmus* fuit primus Episcopus Camerinensis, & Fabrianensis. Dissimulare non possumus exortas lites inter Communitatem Camerinensem illiusque Cathedralem Ecclesiam, illasque Collegiatae Ecclesiae Sancti Nicolai de Fabriano contra hanc novam erectionem in Cathedralem Ecclesiae Sancti Venantii, quae tandem quieverunt decreto Sacrae Congregationis rebus Concistorialibus praepositae, a Clemen-

mente XII. approbato anno 1732. die 18. Martii, quod hic damus. Obiit diem suum die 27. Augusti anni 1736; fuitque in sua Cathedrali Ecclesia tumulatus.

*Fabrianen. Cathedralitatis.*

PRoposito dubio, Instantibus Communitate, & Clero Camerini, nec non Ecclesia Collegiata S. Nicolai Terrae Fabriani, an Decretum fel. rec. Benedicti XIII. editum in Consistorio diei 15. Novembris 1728, ac Literae Apostolicae desuper expeditae super Erectione Ecclesiae Collegiatae S. Venantii in Cathedralem, & Terrae Fabriani in Civitatem sustineantur? Sacra Congregatio rebus Concistorialibus praeposita; Censuit praefatam Erectionem sustineri, & praefigendum esse Communitati, & Populo Fabrianensi terminum duorum annorum ad docendum coram Sacra Congregatione de adimplemento in conditionum dd. Decreto Consistoriali, ac respectivè Literis Apostolicis appositarum: Nec non consulendum Sanctissimo, ut dignetur demandare, quod denominatio Ecclesiae Camerinen. praeficiatur semper, & in omnibus actibus etiam respicientibus Ecclesiam Fabrianen, quodque Sede vacante, eligi debeat unicus Vicarius Capitularis a solo Capitulo Camerinen. pro utraque Ecclesia, ac Dioecesi; Factaque per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanctissimus Dominus Noster, Congregationis sententiam benigne probavit, & in omnibus servari voluit: Ac insuper Sanctitas Sua injunxit, ut Episcopus, temporibus a Concilio Tridentino praescriptis, in Ecclesia Cathedrali Camerinen. residere teneatur. Datum Romae die 18. Martii 1732.

*P. Episcopus Tusculanus Card. Otthobonus.*

*Philippus de Montibus Sacrae Congregat. Consistorialis Sec.*

II. *Hippolytus* e Rubeis Parmensibus Marchionibus Sancti Secundi, Vir amplissimus doctrina & moribus insignis invitus & reluctans nostrae Ecclesiae selectus est Antistes die 26. Septembris 1736, die 7. Octobris fuit inauguratus, eodemque die per superius laudatum Archidiaconum Pieraugustinum suae Ecclesiae adiit possessionem, & die 8. Nov. Camerinum pervenit summo Civitatis plausu & laetitia.

III. Illico *Hippolytus* cognitum voluit, qua solertia, & quo studio gregem sibi commissum esset moderaturus. Nil in ore, nil in corde habuit, quam pravas, si quae irrepsissent, evellere corruptelas, mores reformare, divinum cultum augere, & Ecclesiasticam disciplinam restaurare. Tanta prudentia regimen temperavit, ut quos delinquentes habuit, non poenis, non magna nummorum indicta solutione, correptos voluit, sed suavitate; Quot poenitentes cognoscebat, tot saluberrimis monitis confortatos ad domestica restituebat. Dioecesim suam tertio quoque anno impiger visitavit, legibus reformavit, pauperes sublevavit, gregemque suum coelestis verbi Dei pabulo recreavit. Synodalem Conventum Camerini tenuit, in eoque leges edidit Ecclesiasticae disci-

sciplinae, & morum reformationi accomodatissimas; & ad inauguranda templa curas impendit.

IV. Amorem itidem suum erga Ecclesiam Cathedralem testatus est, frequenti & non modica nummorum vi illius indigentiis accurrens. Quae nobis monumenta videnda reliquit in sua Cathedrali Ecclesia unum est, theca argentea non modici ponderis affabrè laborata, qua Eucharisticus panis adorandus exponitur (vulgo dicta *Ostensorio*), & Princeps Ara pretiosis marmoribus non modicis expensis constructa, & ornata.

V. Episcopatum tandem, quem eximia cum laude, suique veneratione per annos ferme decem tenuit, die 17. Aprilis anni 1746. summo animi sui dolore dimittere debuit, jubente Benedicto XIV. Pontifice Opt. Maximo, qui eum ad Senogalliensem transtulit regendam Ecclesiam, quam hodie sanctissimè, & saluberrimè gubernat. Ob egregias *Hippolyti* dotes utraque Dioecesis Camerinensis, nempè & Fabrianensis abeuntem lacrymis prosecuta est, & praesertim Camerinensis populus, cujus Senatus *Hippolytum* totamque illius nobilissimam gentem Cives suos aeternum esse, & S.C. typis etiam vulgatum voluit. Voluit pariter Senatus inter illustriores Cives suos coloribus expressam *Hippolyti* nostri imaginem servare, illamque in interiora, nobilioraque Aulae prioralis cubicula pendentem tenere. Vivat diu Praesul incomparabilis ad suae Ecclesiae utilitatem, decusque.

VI. Amissi *Hippolyti* non modice temperavit dolorem translatio *Francisci* Vivanii Auximatis Patritii ab Ecclesiis Sutrina, & Nepesina ad nostram Camerinensem. Fama jam diu per universum Picenum percrebuerat de vigilantia, doctrina, suavitate, rerumque gerendarum experientia, queis Ecclesias sibi commissas per annos cir. VI. gubernaverat Praesul iste nostrae Provinciae eximium decus & ornamentum. Suis pastoralibus litteris datis Romae extra portam Flaminiam die prima Maji ejusdem anni 1746. ad Clerum totumque populum suam translationem, celeremque praenunciavit adventum. In iis, quae & sui modestiam, & sui Praedecessoris excellentiam mirè ostentant sunt, quae ingenue profitetur sic = *Subibat infirmitatis meae meique ipsius memoria; subibat Pastoris vestri prioris praestantia, cujus quum excellens adeo, ac prope incredibilis laus fuisset in omni virtutum genere, videbam plane quantum inde mihi onus longe maximum supraque omnes vires meas imponeretur, si ei succederem, cujus imitandi nulla prope spes esset. Quamobrem a tantae virtutis excellentia longe abesse sentiens, facile intelligebam, quam magnum illius vobis relinqueretur desiderium.*

VII. Die igitur 17. Aprilis translatus est *Franciscus* noster ad hanc

hanc Ecclesiam, cujus possessionem die 17. Maji in pervigilio Sancti Venantii Principis Civitatis, & Dioecesum Patroni iniit; statimque suae liberalitatis vota erga Cathedralem Ecclesiam manifestavit cum ad novam construendam illius Ecclesiae pene labentem faciem 400. scutata munificentissime donaverit: Fontem itidem baptismalem suis sumptibus marmoribus expolitum construxerit: Organum auro ornaverit; & argenteum Simulacrum Sancti Venantii valoris ad minus scutatorum 3000. altitudinis palm. rom. 8, quod nunc elaboratur, Sancti Venantii Ecclesiae donandum. Post quam vero totam Camerinensem Ecclesiam sacra Visitatione perlustravit, Synodum indixit, & anno 1748. celebravit doctrina plenam & suavitate. Quae ad Sanctorum cultum promovendum & firmandum a Sancta Sede commissa illi fuerunt mira dexteritate & alacritate executus est, & quidem felici successu. Mathilicae pariter suae Dioecesis in Civitate, quantum adlaboraverit & elaboret adhuc ad probandum *B. Mathiae* Ordinis S. Benedicti Monialis prodigiosum sanguineum humorem ab ipsius sacrae Virginis corpore emanantem, illiusque immemorabilem cultum, in sequenti capite videndum superest. Nolo ulterius progredi in laudes nostri Antistitis, ne illarum prolixitate aures ejus & modestiam offendam. Vivat interea dignissimus Praesul, & diu vivat, ad divini cultus incrementum, ad suae Ecclesiae spiritualem profectum, ad gloriam sui.

## CAPUT IX.

### *De miraculoso Sanguineo humore e corpore B. Mathiae Virginis Mathilicensis emanato anno 1759.*

I. *Describitur Corpus B. Mathiae.*
II. *Ab illo mense Martio 1759. humor sanguineus emanare visus est.*
III. *Prima Corporis recognitio facta a Vicario Foraneo Mathilicensi. Facti veritate comperta Episcopus statuit Mathilicam accedere.*
IV. *Secunda recognitio facta ab Episcopo.*
V. *Franciscus noster Mathilicam transit Fabriani Dioecesim perlustraturus, mandat curas fore impendendas, ad beatae Mathiae originem, cultumque probandum.*
VI. *Acta tertiae recognitionis.*
VII. *Sequuntur acta & praescribuntur nova studia ad cultum immemorabilem B. Mathiae.*

I. AD postremum devenimus hujus Operis caput, in quo factum plane admirabile, & quasi inauditum sumus relaturi, quod spectavit *Franciscus* noster, & ad illud probandum suam navavit operam, studiumque suum. Mathilicae [1] summa colitur religione corpus *B. Mathiae* Virginis Monialis Parthenonis S. Mariae Magdalenae, quod etiam a *S. Mathia* nomen habet. Hujus sacrae Virginis corpus est integrum incorruptum, & in brachiorum praesertim juncturis flexibile, suavem spirans odorem IV. supra saecula ab ejus obitu cultum. Cinericius obscurus color in vultu [2], in manibus, pedibusque comparet. Cutis arida & ossibus ita adhaerens, ut tactui non cedat. Arida ossa non omnia pelle sunt circumducta, qua in tibiis, & in extremis digitis manuum, & pedum spoliata sunt.

II. Ex eo corpore, in iisque aridis ossibus sub initio mensis Martii anni 1759. sanguineus humor emanare visus est. Id plane sic evenisse comperimus. Ab antiqua, sub qua per tot secula colebatur Arâ, beata haec Virgo, statuerunt Sanctimoniales venerabile Corpus transferre ad alteram, quam construxerunt, & sub ipsa capsam, in qua jacet sanctum Corpus, reponere. Cum id exequi vellent animadverterunt Moniales tibiam dextri pedis ita relaxatam, ut pene a toto corpore dividi videretur. Ad tibiam propterea firmandam pedi ejus quaedam suppofuerunt lintea, quae paucis post hebdomadibus sanguineo humore madefacta apparuerunt. Admirabundae Sorores rem iterum, iterumque probare voluerunt, cumque de tam mirabili facto certiores essent, illico nunciaverunt Monasterii Procuratori, qui optimum factu duxit Episcopum adire, factique seriem nunciare, ut quid agendum foret, exinde disponeret.

III. Mandavit Episcopus Vicario suo Mathilicensi ut faciem, pedes,

(1) De hoc insigni Oppido sermonem habuimus in Dissertatione praeliminari Cap. IV. pag. 41. Omisimus scribere Mathilicam suos habuisse Antistites *Acquitium* anno 487, & *Florentium* sub Vigilio PP. Hunc *Florentium* suspicamur fuisse unum ex illis Monachis, qui S. Exuperantio obviam processerunt una cum *Venantio* Albacinensi, & *Severino* Septempedano nondum ad Episcopalem Sedem assumptis. Hi tres siquidem Monachi in actis S. Exupetantii Romam euntis memorantur. Hanc meam conjecturam affert Raffaellius noster in Appendice ad acta S. Exupetantii Episcopi Cingulani, quae nunc a Gavellio Pisauri imprimuntur. Recole quae de Venantio Albacinensi scripsimus Lib. III. Cap. III. num. XIII. pag. 168.

(2) B. Mathiae vultus cinericium subobscurum colorem in quasi nigrum immutavit, (excepta fronte, quae antiquum colorem semper retinuit) donec humor sanguineus ex illius corpore effluxit; qui per XIV. ferme menses duravit; a mense videlicet Martio anni 1759. ad mensem Julium anni 1760. cessato sanguineo sudore vultus antiquum induit colorem.

des, & manus B. hujus Virginis, e quibus humor ille sanguineus manare visus est, albis panniculis operiretur, accitisque octo probatis, optimaeque notae Ecclesiasticis Viris, ex utraque parte tam Coenobii (qua parte Monialibus parvula patebat fenestra, unde illae Sanctum Corpus intuebantur, & expoliebant) quam Ecclesiae sigillis capsa obsignaretur, ne cuiquam in posterum pateret aditus ad illud aspiciendum; quod perfectum est die 7. ejusdem mensis Martii per acta Episcopalis Cancellarii. Quia vero dum haec agebantur non sine maxima adstantium admiratione apparuerunt brevi temporis intervallo lintea illa alba sanguine conspersa, praesertim in facie, & in dextero pede superposita, res per totam Civitatem vulgata est, & tam admirabilis sanguinei humoris effusio coram tot dignissimis, & probatissimis testibus renovata non fuit amplius in dubium revocata. Re ad Episcopum delata, explosaque falsi, levisque faeminei rumoris suspicione serio in re tanti momenti procedendum esse judicavit; statuit propterea ipse Mathilicam accedere, sacrum Corpus invisere, & quid novi post primam a Vicario suo factam recognitionem esset sequutum, propriis oculis intueri.

IV. Accessit *Franciscus* Mathilicam fer. 6. hebdomadae majoris die 13. Aprilis ejusdem anni 1759. Vocatisque octo illis superius memoratis testibus cum suo Vicario Foraneo, Phisico Civitaris, & Cancellario Foraneo ad solemnem venit *B. Mathiae* corporis recognitionem. Patuit Episcopi nostri, & intuentium oculis sacrum Corpus suavem spirans odorem albis linteis opertum in facie, & in corporis extremitatibus; summoque omnium stupore, & admiratione majori quam antea sanguinis fluxione tincta apparuerunt lintea illa, queis die 7. Martii fuerunt partes illae coopertae. Remotis linteis sanguineo humore madidis, alia fuerunt suffecta in manibus, facie, tibiis, & pedibus: at, (mirabile dictu!) brevi temporis spatio, ut in prima recognitione factum est; novo sanguine imbuta apparuerunt emanato a facie, prope sinistrum oculum, & majori copia a mento. Manus etiam sanguinem stillarunt, & dexter pes majori sanguinis copia desudavit. Sinister vero pes sudorem emisit magis recentem, & rubicundum. Episcopus tunc nova apponi alba lintea mandavit in facie, quae quater fuerunt plicata; alia etiam lintea in manibus, pedibus, & mento fuerunt apposita, duplicata: & Episcopalibus signis capsa clausa, iterum in marmoreo sepulchro fuit sacrum Corpus collocatum etiam simillibus signis custoditum. Lintea vero sanguineo colore madida locata fuerunt in parva capsula Episcopalibus pariter signis firmata. Injunxit tandem Monialibus peculiares preces effundendas ad Patrem luminum, ut

quae sua divina voluntas esset, & quid in re tam insusitata, & stupenda esset agendum, dignaretur patefacere. Haec acta sunt per acta Cancellarii Foranei Mathilicensis.

V. Transactis tribus Paschalibus festis ejusdem anni, feria nempe 4. Franciscus noster ad sacram Fabrianensem Ecclesiam visitandam profectus est. Mathilica pertransiit, ubi praescripsit, ut, dum Fabriani morabatur, omni studio expiscarentur notitiae de genere, ortu, & de vita *B. Mathiae*, deque initio cultus a populis illi praestito. Expletis quae in Fabrianensi Urbe sui muneris erant, Mathilicam rediit die 16. Maji; secumque duxit duos illius Civitatis Phisicos in nova sacri Corporis recognitione, tamquam novos peritos destinatos. Die igitur praedicta nova haec recognitio facta est, ad quam & ipse interfui.

VI. Antistes igitur noster perrexit primo ad Monialium cancellos; & vocatis iisdem testibus, qui semper aliis sacri Corporis recognitionibus interfuerunt, intra Monasterii septa illos misit ad perscrutandam integtitatem Episcopalium signorum, queis clausa fuit fenestra, qua Moniales venerabile Corpus poterant prius intueri; interim vero Episcopus Moniales juramento tactis Evangeliis obstrinxit ad dicendum, an liquores, aromata, aliaque apposuissent intra capsam, in qua jacent Lipsana Beatae Virginis, unde & humor ille sanguineus, & fragrans odor, qui ex urna exhalat, posset oriri; quod Moniales singulae jurejurando nil inibi intromisisse affirmarunt. Postquam vero regressi sunt testes; & Episcopo integritatem signorum asseruerunt, Episcopus ad Ecclesiam perrexit, fractisque signis, quae sacram urnam custodiebant, illa exposita fuit in templi medio super paratam amplam mensam, & aperta. Apparuit sacrum Corpus lineis albis telis coopertum in facie, manibus, cruribus, & pedibus; lintea quadruplicata, quae vultum operiebant a parte faciei dextera exterius sanguine erant maculata, a sinistra nullum sanguinis signum visum est. Id factum esse dijudicamus, quia beatae Virginis caput inclinatum aliquantulum est ad dexteram partem, ad quam sanguineus humor majori forsan copia defluxerat. Ambae manus, & ambo pedes duplicatis linteis operti sanguinis humore erant madida, & sanguineus humor penetraverat duas tantum plicaturas telae quadruplicatae in parte sinistra faciei. Sanguinolenta etiam reperta sunt lintea sub gula, & circa aures, omnia fragrantem spirantia odorem. Sanguis a dextra manu, & a pedibus distillatus prae caeteris erat rubicundior. Aridum os sinistri pedis sanguinem quoque desudavit, a quo, linteo remoto sanguineo, aliud album fuit appositum, quod spectantibus omnibus

bre-

brevi temporis ſpatio novo ſanguineo humore aſperſum apparuit, non ſine ſpectantium admiratione, ſanctoque horrore. Idipſum eveniſſe jam comperimus in ſupra relatis duabus recognitionibus.

VII. Interea Fabrianenſes Phiſici ſua examina, & inſpectiones ſuper *B. Mathiae* corpus exequebantur; quibus completis aperte coram aſſeruerunt nonniſi mirum, & ſupra naturam eſſe ſudorem illum ſanguineum. Supererat videndum an hujus Virginis lipſana balſamis fuiſſent condita, quod poſt prandium perfectum eſt: & tunc illius viſcera patuerunt intacta, ventre non ſecto; integrum etiam caput; immo & linea zona, illius caput circumdans ſanguineo humore conſperſa. Cordula etiam, qua corpus praecingitur, in extremitate ſanguinolenta, variiſque ſanguineis maculis viſa fuit rubeſcere. Tribus ſericis veſtibus coopertum repertum fuit ſanctum Corpus; interior rubea, quamvis ob antiquitatem color elanguerat, altera cinericei coloris apparebat; & ſuperior nigra. Huic veſti a collo ad extremitatem ſubſuta eſt alba linea faſcia, & haec maculis ſangnineis aſperſa: unde argumentatum eſt e toto corpore ſanguineum humorem defluxiſſe. His peractis, capſa fuit iterum ſignis Epiſcopalibus firmata, & intra marmoreum tumulum ſigillis pariter munitum collocata, & clauſa. Confecta inſuper fuerunt ſex teſtium examina ad identitatem corporis roborandam. Haec acta ſunt ab Epiſcopo noſtro ad probandum ſanguinei humoris ab illo beato corpore emanantis miraculum. Quia vero Epiſcopo perlatum fuit nullum certum monumentum ad immemorabilem cultum B. Mathiae exhibitum a populis adhuc fuiſſe repertum, novas praeſcripſit curas adhibendas ad id aſſequendum, ut opportunius alias id confici poſſet. Tandem mandavit Monialibus, ut paratum tenerent cancellum ferreum, & cryſtallum in parvula feneſtra apponendam, quae patet in muro clauſurae; ut ex illa poſſint beatum corpus intueri, non vero tangere; praeſcriptiſque illis, & toti populo Mathilicenſi novis ad Deum precibus, ad divinam cognoſcendam voluntatem, Camerinum regreſſus eſt.

CA-

# CAPUT X.

## *De cultu praestito B. Mathiae, ejusque vitae factis.*

*I. Conficiuntur examina ad immemorabilem cultum B. Mathiae probandum; & ad expiscandas notitias de origine, factis, & emortuali anno ejusdem Beatae Virginis.*

*II. Dantur notitiae de factis B. Mathiae adnixae traditionibus.*

*III. Gesta B. Mathiae a publicis & synceris schedis Mathilicensibus expiscata proferuntur, & notis illustrantur.*

I. Rediit Antistes noster mense Novembri anni 1759. Mathilicam ad probandum immemorabilem cultum B. Mathiae praestitum, & ad expiscandas notitias de origine, factis, & obitu ejusdem; Confecta fuerunt testium examina, cultusque immemorabilis plane probatus est, nostrique Francisci sententia lata 26. Nov. ejusdem anni. De origine vero, vita, & obitu B. Mathiae auditis testibus ad haec selectis è senioribus, & sanioribus illius Civitatis Viris, & inter hos antiquioribus Monialibus, notitiae tantum habitae sunt, quae popularibus traditionibus erant fundatae, quum nulla S. Virgini coaeva scriptura sit reperta. Ergo circa facta B. Mathiae haec afferunt testes ad examen vocati, & haec habent Mathilicenses traditiones.

II. Orta est B. Mathia Nazarea ab *Ottona* gente Mathilicae dominante. Illius pater vocabatur *Gentilis*, mater *Sibilla*. Fuit unica horum Parentum filia. Monasticam vestem induit annis nata xviii. circ. Desponsatam illam voluit Parens nobili cuidam juveni vocato *Petro*. *Mathia* spretis nuptiis, ad Monasterium evolavit. Vocavit *D. Rosam* Gentilis nepotem, suamque consobrinam, [1] illius Monasterii Abbatissam. Domina *Rosa* Monasticam denegavit vestem *Mathiae*, & ad patrem restituere statuerat. Pia puella ante ima-

(1) Haec *Rosa* habetur in genealogica serie Ottonae gentis, quam mox dabimus, filia Ianni, seu Ioannis Alberti Gualteriis & forte filie fuit N. N. Sororis Gentilis Nazarii avi B. Mathiae; ut propterea *Rosa* credi possit nepos Gentilis, & nostra beate neptie Consobrina ejusdem Rosae. Cujus studio Mathiae Monastice vestis fuit denegata, & ad domesticos suos illa restituta. Hinc forsan opinio inter Mathilicenses percrebuit *Mathiam* ab Ottona gente natam, cui tantum affinis haberi potest; & *Rosam* Monasterii fuisse Abbatissam. Reepse nisi *Rosa* fuisset Mathiae affinis, incredibile pene videtur *Rosam*, quae vix fundato Monasterio Monialis facta est, impedire voluisse, ut *Mathia* donaret omnie bona sua Monasterio, quemadmodum ipsa anno 1237. fecerat; quum ex utriusque bonis novi Coenobii census non modice fuisset multiplicatus.

imaginem Crucifixi Jesu flexis genibus oravit, ne id fieri permitteret, & imago illa, quasi Deus ejus vota exaudisset, caput inclinavit. Quo viso, Mathia exultans per Monasterium cursitans, lacera reperta tunica, illa se induit; & propriis manibus suos capillos recidit. Genitor iratus illam e Monasterio abstractam nunc blanditiis, nunc minis tentavit diu a proposito removere. Quumque nihil prodesset, annuit, ut vitam Monasticam in Coenobio profiteretur. Quadraginta annis Monasterium gubernavit selecta Abbatissa. Creditur e vivis sublata infra annos 1315, & 1320. Unicus testis facit Mathiam natam anno 1237. Hae sunt traditiones Mathilicensium. Quod est tuto admittendum dicam, monumentis plane roboratum, quae e schedis tabularii illarum Monialium expiscata sunt: ad haec enim postrema nostri *Francisci* acta una cum Cl. V. Angelo Augustino Buto Canonico Fabrianensi interfui testis peritus ad antiquorum characterum aeram, syncerítatemque scripturarum probandam.

III. B. Mathia orta est ex *Nazarea* nobili gente. [1] Illius pa-

[1] *Nazarea* gens fuit omnino diversa ab *Ottona* Mathilicae mox dominante. Accipite utriusque nobilis gentis genealogicam seriem a nobili, & erudito Viro Philippo de Luca diligentissime dispositam.

NAZARIUS, seu LAZARIUS
1233: 1237.
Masseus & Gentilis
1247. Acto 1247. Guarnerius
Rainaldus. Jacobus
Andreolus 1271
B.Mathia q.m Guarnerii D. Gentilis Lazarii, & alibi Nazarii.
Laeganellus
Sibilla Rainalduccius. Masseus
1271
Floretta.

pater fuit Guarnerius filius *Gentilis Nazarii*, seu *Lazarii* [1] Mo-
na-

## *Arbor Ottonae gentis.*

MORICUS COMES

Atto Comes 1162.

Rainaldus. Gualterius. Francus.

Albertus Atto 1213.

Albertus 1248.

Gnalterius Petrus & Joannes 1213.

Fredericus 1300.

*D. Rosa* D. Janni Alberti Guarnerii 1237. Hanc volunt filiam sororis *Gentilis* Nazarei Avi B. Mathiae.

Bulgarutius 1319. D. Francisca Abbabatissa S. Mariae Magdal. 1325.

Rainutius 134 .

Corradus 1348. & Guidus 1352.

Hujus uxor fuit *Catharina* Masii, seu Massei. [Vide dissert. praelim. in notis pag. 38.] quam credidi San-Severinatem, sed forte fuit Mathilicana & soror *Florettae* e Nazarea gente.

Franciscus 1388.

Corradus: Guido: Fredericus. Rainutius 1388. 1410.

*D. Guidus, Fridericus*, & *Rainutius* anno 1410. vocantur: *pro S. Romana Ecclesia, & Domini Papae Terrae Mathelicae in temporalibus Vicarii generales.*

[1] Anno 1271. *Mathia filia quondam Guarnerii d. Gentilis Lazarii ante altare Sancte Marie Magdalene &c. obtulit se & sua Deo, & Sancte Marie Magdalene in manibus sororis Homodee monialis dicti monasterii &c. pro redemptione anime sue, & remissione suorum peccatorum &c.* Sic habet Instrumentum confectum, & servatum in archivo illarum Monialium; ex quo colligimus *Guarnerium* Mathiae genitorem fuisse jam vita functum, illiusque Avum *Gentilem* filium *Lazarii*, seu *Nazarii*. Falsum idcirco est, quod traditio Mathilicensium tenet Mathiam nostram filiam fuisse *Gentilis*, & *Sibillae*. In serie Nazareae gentis habemus *Sibillam*; at haec non Mater, sed Consobrina apparet B. Mathiae. Si conjicere fas est quare haec opinio Mathilicae vulgata sit, & *Gentilis*, & *Sibilla* illius parentes habiti sint: dixerim; id forsan evenisse, quia vita functis *Mathiae* genitoribus, quumque *Mathia* esset

nasterium puella incoluit ibi forsan educanda. Anno 1271. vita functus erat *Guarnerius*. A Deo ad Monasticam vocata est vitam capessendam; cumque esset unica *Guarnerii* filia vix Gentilis ejus Avus mortuus est seipsam, & omnia sua obtulit Deo ante Altare S. Mariae Magdalenae. A consanguineis seu affinibus, id aegreferentibus, studio Domnae Rosae suae Consobrinae e Monasterio domum revocatur nobili cuidam juveni desponsanda. *Mathia*, quae se Deo voverat, nuptias recusavit. A Domesticis interea domi custoditur. Moniales, ut piam puellam ad Monasterium revocarent, statuerunt anno sequenti nempe 1272. sese in possessionem immittere bonorum B. Mathiae etiam haereditariorum, & Mathiam obligare, jussu Vicarii Generalis Papae in Marchia Anconitana, ut iterum ad Monasterium rediret, (1) in quo Monasticam regulam, quod du-

 dum

sat puella, & unica illorum filie, *Gentilis* evus ad illius custodiam entequem ad Monasterium educandam illem mitteret ed paternam domum evocevit *Sibillam Mathiae* consobrinam. Gens igneta vidaos *Mathiam* educatam, & custoditam a *Gentili*, & *Sibilla*, Patrem illum, hanc metiem putavit; & hinc opinio *Gentilem* & *Sibillam* Mathiae fuisse parentes. Ne quid tamen omittemus, quod nostrae *Mathiae* facta Mathilicensibus traditionibus innixa illustrare possunt, notendum est *Mathiam* se & sua obtulisse Deo *in manibus sororis Homodeae* monialis. Quare non potius Abbatissea, quae praeerat, ut patet ex scheda, quem damus in Appendice? Id factum puto, quia forsan Abbatissa recusavit adesse, ne Consenguineorum Mathiae, eliorumque indignationem incurreret. Respse traditio est, Abbetissam vestem monasticam *Mathiae* denegesse, *Mathiam* ente Jesu Cruci affixi imaginem, ne id fieri permitteret, orasse; & Iesum quasi illius vote exaudisset, caput inclinasse. Quo viso pie Virgo per Monasterium cursitans lacere reperte tunica, ille se induit, capillos recidit. Re delata ad *Mathiae* domesticos, illam e Monasterio ebstraxerunt, ut illam a proposito virginitatis servandee voto removerant. Sic possunt Mathilicenses treditiones forsan roborari.

(1) Insequenti anno 1272. alterum Instrumentum in eodem Archivo reperimus confectum die 1. Iunii, in quo hecc habentur: *D. Alluminata priorissa Monasterii S. Mariae Magdalenae &c. constituerunt Fr. Andream Conversum dicti Monasterii procuratorem ad accipiendum &c. tenutam, & possessionem omnium bonorum, rerum &* hateditatis Mathiole *filie quondam Guarnerii d. Gentilis Lazarii, & ad agendum &c. coram D. & Magist. Guilelmo judice & vicario d. Pape &c. ut ipsa Mathiola* cogatur redire *ad dictum Monasterium &c.* Documentum hoc multa nobis lumine suppetit ad detes traditiones illustrandes. Et I. verbe illa *cogatur redire* probant Methiam in illo Monasterio antea mensisse. II. *Guarnerium*, & *Gentilem* anno 1272. jam fuisse vite functoe, eliae non poterat Monasterium in possessionem *haereditatis Mathiae* immitti. III. instantia illa facta Vicario generali Merchiae, ut *Mathia cogatur redire* ad Monasterium suspicionem dat non de violentiis suorum affinium, qui piem Puellam domi retinebant extra Monesterium, & ad veras credendas molestias, ut fama est, in illem illetes ad removendam S. Iuvenem a proposito servandae virginitatis, sed potius ad suspicandum Mathiem blanditiis fuisse ab illis allectam ad illam a proposito servendae Virginitatis facto removendam. Si enim beata Iuvenis fuisse per vim domi retenta, & dure pertractate non contra Methiam, sed contra detentores Moniales instetissent ad illem Monesterio restituendam. Hee vero conjecturae tam debilibus sunt ad-

dum optaverat expleto probationis anno professa est: [1] Fuit sele-

adnixae argumentis, ut dubiae semper habendae sint. Moniales vero, annuente *Mathia*, & forsan etiam id consulente *Guidone* Episcopo nostro, qui anno 1261. Mathilicae praefuerat Potestas, ut jam sub illius Episcopatu dictum est, ut ad Monasterium illam revocarent, optimum factu duxerunt implorare auctoritatem Vicarii generalis R. Pontificis. Si enim *Mathia* nondum monastica cuculla induta ad Cœnobium redire noluisset, & interim bona sua possideret, nequidquam Moniales Vicarii generalis auctoritatem implorassent. Instrumentum igitur a Monialibus factum potius probare videtur fuisse stipulatum opera nostrae *Mathiae*, ut sic a blandis suorum consanguineorum, seu affinium raperetur manibus, & libertati restitueretur religiosi capessendi Instituti, ad quod prodigiosa Iesu Cruci affixi imago capitis inclinatione illam jampridem, ut habet traditio, vocaverat. Haec imago a Monialibus intra Monasterium summa religione servatur, & colitur. Anno igitur 1272. *Mathia* credenda est ad Monasterium regressa, & monastica vesta induta forsan, ut fama est, a Guidone nostro Episcopo, anno circ. 1273.

(1) Ad definiendum quamnam regulam professa sit *B. Mathia* recurramus ad chartas in tabulario illius Coenobii S. Mariae Magdalenae servatas, ut contradictoribus silentium imponamus. Ibi ergo ad annum 1273. habetur confirmatio Thomae Fanensis praepositi Vicarii generalis Papae in provincia Marchiae cujusdam privilegii dati a *Guidone* Episcopo nostro favore Fr. Raynaldi Topini de Assisio, ejusque Sociis Ordinis S. Benedicti, ut in loco, qui *troccoi* vulgo dicitur, possit cum Sociis religiose vivere, illi postea concesso ab *Abbatissa, & Conventu Monasterii S. Magdalenae de Matelica Ordinis S. Benedicti* anno 1274. die 9. Aprilis; locus enim juris erat Monialium S. Mariae Magdalenae; ad quem actum interfuit nostra *Mathiola*, suumque dedit suffragium. Ecce regulam professam ab illis Monialibus, quando Beata nostra annum probationis expleverat. Si non sufficit auctoritas Vicarii generalis Papae, audiamus quid sentiat Papa; & primo quidem Urbanus IV. suis Apostolicis litteris datis apud Urbemveterem XIII. Kal. Aprilis Indict. VI. Incarnationis Domin. 1263. Pontif. anno II, quibus sub Apostolicae Sedis tutela excipit Moniales nostras S. Mariae Magdalenae, in quibus litteris haec habentur = *In primis siquidem statuentes ut ordo Monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus observetur*. Sequitur Bulla Urbani = *Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium &c. possidet &c. firma &c. & illibata permaneant &c.* Unde apertè patet Moniales nostras vere fuisse Benedictinas omnino diversas a Benedictinis Damianitis, quae una cum regula S. Benedicti formularium Card. Ugolini postea Gregorii IX. in Pontificatu appellati sibi proposuerant servandum. Nicolaus IV. anno 1290. in suis etiam Apostolicis litteris ad Episcopum Pisaurensem hanc veritatem confirmat scribens = *Conquestae fuerunt .... nobis Abbatissa & Conventus Monasterii S. Marie Maddalene de Fano Ordinis S. Benedicti, quod Abbas de Rotis & Abbatissa S. Marie Magdalene de Matelica Monasteriorum, eorumque Conventus predicti Ordinis* (nempe Sancti Benedicti) *Camerinen. Diœces. &c.* Nunc videamus quales se vocent ipsaemet Moniales anno 1344. accipite particulam instrumenti apud illas Moniales servati = *Constituta Stellaria Alberti de Sancto Severino &c. coram nobili & religiosa domina D. Francisca Frederici Abbatissa dicti Monasterii (S. Mariae Magdalenae) Ordinis S. Benedicti* &c. En ordinem a B. *Mathia* amplexum: *Ordinem S. Benedicti*. At enim anno 1237. *D. Rosa filia quondam Janni Alberti Gualterii &c. ingressa est Monasterium, & Ecclesiam S. Marie Magdalene &c. promisit obedientiam & reverentiam Fratri Petro Ministro Fratrum Minorum, & Sororibus*

lecta Abbatissa ejusdem Monasterii circa annum 1290. [1] quod gubernabat anno 1311; postrema acta B. Mathiae ad hunc annum nobis nota sunt; & circa haec tempora supremum clausit diem; plenaque meritis, & virtutibus, & clara miraculis ad Coelum evolavit. [2]

Habet hic finem meum hoc Opusculum de veteris & novae Eccle-

Yy 2 siae

*bus &c.* Sed quid inde? Ergo Moniales sunt Ordinis Fr. Minorum! Recolant qui haec autumant, quae scripsimus lib. IV. sub Raynaldo, & Philippo Episcopis, ne res repetamus antea dictas. Moniales nostrae Benedictinae fuerunt usque ad Adrianum VI, quo tempore, circa nempe 1522, & 1523, Moniales Benedictinae ab illo Monasterio fuerunt *amotae*, & introductae Moniales Ordinis *S. Clarae*, ut probatur diplomate Apostolico, quod in Appendice damus cum reliquis monumentis superius dicta probantibus.

(1) Vereor ne nostrae virgini *Mathiae* acciderit, quod S. Clarae factum esse comperimus. Omnes consentiunt Seraphici Scriptores B. Claram anno 1211. aetate ann. XIX. Benedictinam regulam fuisse professam in Monasterio S. Damiani ad Assisium; illiusque emortualem annum fuisse annum 1253. die 12. Aug. itaut XLII. tantum annis in illo Coenobio vixerit: & tamen plerique omnes volunt beatam Claram XLII. annis illud Coenobium gubernasse; ut etiam legitur in lectionibus Breviarii Romani: *Cum duos & quadraginta annos summa cum laude Monasterium gubernasset &c.* quod idem sonat ac ibidem Abbatissae munere per annos XLII. beatam Claram fuisse perfunctam. Id vero quomodo? An Clara adeo juvenis, vix Monasterium ingressa & Monialis facta selecta fuit Abbatissa? An in illo Coenobio Benedictini Instituti Abbatissae munus non erat perpetuum, ut in aliis? Dicendum ergo erat S. Claram XLII. annis Monialem ibi vixisse; & forsan anno 1228. circ. post XVII. annos Monasticae vitae selectam fuisse Abbatissam. Anno siquidem 1228. ad beatam Claram Abbatissam suas Apostolicas litteras dedit Gregorius IX, quas in Bullario novissime edito habemus pag. 37. Idipsum evenisse forsan reputo *B. Mathiae*, quam volunt Abbatissam S. Mariae Magdalenae per annos XL. Schedae Mathilicanae nobis exhibent *B. Mathiam* Abbatissam anno 1292; ante haec tempora series Abbatissarum illius Monasterii ab illo munere nostram Beatam excludit. Anno siquidem 1272. habemus *Alluminatam* Priorissam: Anno 1274. *D. Mathiam* diversam a nostra. Nam anno 1287. *D. Mathildes* ibi praeerat Abbatissa. Anno vero 1292. ad annum 1311. recolitur *Nobilis mulier Domina Mathia Abbatissa*. Haec est nostra Beata: Anno 1325. *Nobilis D. Francisca Friderici Abbatissa*. Igitur circa annum 1292. selecta fuit Abbatissa nostra beata *Mathia*; quae si Monialis facta est anno labente 1272, vel paulo post, expletis annis XX. vitae Monasticae electa fuit Abbatissa, & ad annum circ. 1311. illud Monasterium gubernavit per annos circ. XIX; aut XX.

(2) Argumentemur nunc quo anno, & qua aetate B. *Mathia* ad superos evolavit; & qualis fuit ejus natalis dies. Admissa probabili conjectura, & fama, *Mathiam* aetate XVIII. circ. annorum regulam Monasticam professam fuisse anno circ. 1273, inveniemus illam natam anno circ. 1255. Si Monialis vixit XL. circ. annis, illico illius vitae computabimus annos circ. LVIII. & hanc aetatem praefert incorrupta facies nostrae Beatae; & vita functam anno circ. 1313. postquam per XIX. circ. annos Abbatissae munus obivit. Haec omnia superioribus nostrae Beatae factis, & in notis relatis possunt roborari. Hac disposita vitae B. *Mathiae* chronotaxi jecimus nos tantummodo fundamenta, quibus adniti possunt illius facta, & traditiones, quae fabulam sapiant, rejici; quae credibilia sunt confirmari; quamvis & nos inter antiquitatis tenebras obvoluti ne in errores lapsi fuerimus timeamus.

ſiae Camerinenſis Pontificibus. Repetam quod huic operi praepoſui ex S. Hieronymo = *Si quid in meo ingeniolo vitii repererint, proferant in medium. Aut enim bona ſunt, & contradicam eorum calumniae; aut reprehenſibilia & confitebor errorem; mallens emendare, quam perſeverare in pravitate ſententiae* = Liceat nunc exclamare antequam quieſcam; oh ter, quaterque felix Camerinum tam inſignibus decoratum Paſtoribus, qui tuam gloriam, tuaque ornamenta in dies adaugent: Felicius etiam, ſi par tuae gloriae, tuaeque majeſtati datus foret Scriptor. Vaticinor tamen: illum aliquando habebis, qui meos corrigat errores, defectibus ſuppleat, tuiſque ornamentis faſtigium imponat.

*FINIS.*

# APPENDIX
## DOCUMENTORUM.

*V. CL.*

# ANGELI AUGUSTINI BUTI

## CANONICI CATHEDRALIS ECCLESIAE FABRIANENSIS

## *De unico Giojoso inter Camerinenses Episcopos adnumerando*

# DISSERTATIO APOLOGETICA.

CLavellorum familia inter illustres praecipuasque Italiae merito adnumerata, Fabriani dominata, aliorumque Oppidorum & Castellorum potita, praeter complures armis, litteris, dignitatibus, & rebus praeclarè gestis insignes Viros, protulit etiam *Giojosum*; quem non multo post dimidium saeculi XIV. Epochae Christianae, Camerinensi Ecclesiae Episcopum praefuisse ita planè constat, ut de hoc nemini relictus sit ullus ambigendi locus. Meminit ejus in sua Italia Sacra Ughellius, & qui post Ughellium idem opus recudere & reformare aggressi sunt; atque inter ejusdem Sedis Episcopos *Giojosum* exhibent num. 26. de ipsius tamen nobili genere, & vera Patria Scriptores isti nihil penitus attigerunt: quinimò ubi agunt de Episcopis Pennensibus & Adrien., decepti videntur fuisse a quopiam, cujus fidei nimium fortasse tribuerunt, eis suadente, *Giojosum* Pennensem Antistitem fuisse patriâ Sulmonensem. Verum cum propediem in lucem publicam proditura sit erudita atque elaborata Lucubratio de Episcopis Camerinen. Cl. V. Octavii Turcii Canonici Pyrani, quo cum necessitudo est mihi peculiaris, ipse *Giojosum* eumdem, ut spero, Clavellae Familiae, & Fabriano ejus patriae, ad fidem autographorum monumentorum, luculentissimè vindicabit.

In id Operis incumbenti Amico diu negocium facessere non cessavit apprehensa necessitas admittendi in sua Camerinensium Episcoporum serie duos *Giojosos*, inter utrumque interposito Episcopatu Fr. Marci, quem satis agnovit in ea Cathedrali sedisse ab anno 1361. usque ad 1372. nisi forte ibi sederit usque ad ineuntem annum 1374. Aeque autem patet ex optimis documentis Praesulatus *Giojosi* in eadem Ecclesia ab anno 1356. ad 1360. & post Fr. Marcum ab anno 1374. & deinceps: quamquam semel tantùm pona-

natur in Catalogo Ughelliano. Quibus a me quoque perpensis, haesi & ego, fateor, aliquandiu anceps, quid hac in re statuendum esset sollicitè reputans; tametsi jampridem unicum fuisse *Giojosum*, & non duos pro certo habuissem. Torsit itaque me hujusmodi difficultas usquedum ad trutinam revocarem omnes, quotquot pro temporis opportunitate occurrere potuerunt veteres tabulas ad rem facientes, & alia expenderem argumenta ad veritatem ex hac antiquitatis caligine, quod fieri posset, eruendam. Tandem post multa, a priori mea sententia minimè recedendum censui ob ea rationum momenta, quae hic sapientiori censurae libens subjicio.

Praemitto igitur (quod primo aspectu post alia ponendum alicui videbitur) de Episcopatu *Giojosi* nostri post Marcum testimonium inconcussum haberi in pluribus membranis, quae in tabulariis Fabrianensibus adhuc supersunt, & praecipue in una, quae in archivo nostrae Cathedralis nuper mihi venit ad manus, in qua sic legitur = *In nomine Domini, Amen. Anno ejusdem* 1374. *Indict. xij. . . . . . die* 17. *Decembris. Actum Fabriani in domibus Ecclesiae S. Venantii de Fabriano, & in solario dd. domorum juxta logiam &c. praesentibus &c. . . . . . Reverendus in Christo Pater, & Dominus, Dominus Giojosus Domini Casalette de Fabriano . . . . fecit finem, quietationem, & remissionem Gratiosa &c. . . . . de sexaginta libris denar. . . . . . vigore relicti facti per Vannem &c. . . . . dicto Domino Giojoso olim Priori Ecclesie supradicte, non ut Priori, sed ut sibi . . . . . Et insuper praefatus Dominus Giojosus tamquam Episcopus Camerinensis fecit quietationem & absolutionem &c. . . . .* (& infra bis repetitur) = *idem Dominus Giojosus proprio nomine, & tamquam Episcopus &c.* (omissis aliis &c.) *Et ego Deutesalve* † *Bonaventure de Fabriano Imperiali auctoritate Notarius &c.* [1] En hic habemus *Giojosi* Patriam *de Fabriano*, genus fil. *Domini Casalette*; dignitatem Prioratus Sci Ven. ante Episcopatum, *olim Priori &c.* Quid ergo clarius desiderari nunc poterit ad dignoscendum quis & qualis fuerit iste *Giojosus*.

Quaerendum modo esset, an iste sit idem *Giojosus*, quem diximus Camerini sedisse ante Marcum? Ego quidem non amplius haesitans, haud cunctanter affirmo. Id ut facilius percipiatur, animadvertendum est, nomen hoc *Giojosi* adeo rarum, immò & inusitatum haberi; ut in ipsa Clavellorum genealogia vix in altero reperiatur, praeterquam in hoc Domini Casalettae filio. In aliis verò Cognationibus sive nostratibus, sive exteris, quas cognoscere, legere, audire, & perquirere ad hanc diem potui, me nullibi reperisse

[1] Illud habes in Appendice ad annum 1374.

riffe memini : imò, fidenter dixerim, non facile credendum fine tabulis & teftibus afferenti fe alicubi id reperiffe. Porrò ex nominis hujufmodi raritate factum opinari licet, ut in contemporaneis quampluribus chartis diverfimodè pro fuo quifque ufu & captu Tabelliones illud expresserint litteris, & forfan etiam ore pronunciaverint, fic = *Giojofum*, *Gyojofium*, *Gigliofum*, *Jojofum*, *Jojufum*, vel *Jocofum*, ut eft apud Ughellium in Pennenfibus, & quod miremur magis, in charta Septempedana *Giovafium* : Ex recentioribus autem non defuit qui dubitaret, an *Giojofus* idem fuerit ac *Gregorius*: adeo ut oftenti fimile videri poffit hoc eveniffe, ut eadem aetate, eodem in gradu, eadem in Pontificali Sede, modica tantum temporis intercapedine fejuncti, duo *Giojofi* reperirentur. Quod quidem tam in Ecclefia Camerinen., quam in aliis quibufcumque, ubi agatur ut hic de nominibus non paffim obviis, aut prorfus infuetis, valde infreqnens, immò penitus inverifimile effe quifque deprehendet, nimirum duos eodem cognomine Epifcopos, fine majori temporis lapfu alterum ab altero diftincte inveniri. Sed quid moror hac in conjectura caeteroqui non contemnenda? Aliae quoque non defunt, & quidem urgentiores, per quas fimul junctas veritatem latius elucere, & fortius conftabiliri communiter cenfent Jurifperiti.

Nunc itaque prius, nequis in dubium revocare unquam poffit, cujufnam familiae fuerit *Giojofus*, de quo loquitur allata membrana exprimendo dumtaxat eum fuiffe fil. *Domini Cafalettae*, nullo ibi adjecto familiae cognomento; ftatuendum eft extra omnem dubitationis aleam, eum fuiffe de fuperius memorata nobili ftirpe Clavella. Id profecto fatis fuperque liquet ex pluribus veteribus chartis apud chartophylacia fere omnia Fabrianenfium. Omnium earum inftar fit una haec, quam ex pluteis fecretis noftrae Cathedralis proferre libet. Exaratum eft in ea publicum inftrumentum appellationis ad Curiam generalem Provinciae Marchiae = *Actum die 28. Augufti 1348. Conftitutus &c. Bartolutius Bonabore de Fabriano Syndicus & Procurator Domini Giojofi Domini Cafalette de Clavellis de Fabriano fuo proprio nomine & tamquam Prioris Ecclefie Canonice de Fabriano & nomine Canonicorum, & totius Capituli: Et ego Salvolus † Jacoputii de Fabriano Not. rog. &c. Giojofus* igitur, de quo etiam in antecedenti Documento patet fuiffe *Priorem S. Ven.* de Fabriano & fil. *Domini Cofalette*, hic expreffe dicitur *de Clavellis*. Adde, ipfum antequam ad Prioratus dignitatem elevaretur, fuiffe ibidem per plures annos Canonicum, non femel in publicis tabulis, *filium Domini Cafalette de Clavellis* defcriptum. Quis ergo de hoc dubitet amplius?

 Jam

Jam verò de Prioratu ad Episcopatum assumpto *Giojoso*, nil mirum si subinde quaecumque paginae eorum temporum (sunt tamen plurimae) ipsius nomen memorantes, cognomen reticent: id in more positum etiam tunc fuisse nemo ibit inficias, ut nuda Episcoporum nomina enunciarentur.

In Episcopatu *Giojosum* antecessit Franciscus, quem ad annum 1355. pervenisse in Camerinensium Antistitum catalogo legimus. Itaque primas inter curas Praesulatus *Giojosi* quae hactenus in nostris tabulis nobis occurrit ea est, qua *Dominus Tuanus* (aliàs Vivanus Florutii) noster *Canonicus electus ab eo fuit Vicarius pro Fabriano & ejus territorio Dioecef. Camerinen.* in membranaceo instrumento die 24. Septembris 1356. manu Ser *Francisci Philippi Not. &c.* Inter postremas verò antequam *Giojoso* succederet Marcus ex Pennensi ad Camerinen. Sedem translatus, eam invenimus, qua idem *Giojosus* instrumento simili conscribi fecit per *Enrighum Contis Notarium & Officialem suam solemnem quietationem & absolutionem de omnibus gestis, & administratis per eumdem Vicarium usque ad diem* 24. *Junii* 1360. Non tamen ex his possumus omnino intelligere certum diem initii, & finis Episcopalis officii a *Giojoso* gesti in hac Dioecesi. Quis enim neget, potuisse illud contingere aliquanto, & fortasse non paullò prius, & hunc similiter aliquanto & fortasse non paullò posterius? Quinimò ultra eumdem mensem Junii, saltem usque ad Septembrem ejusdem anni prorogatum fuisse Praesulatum *Giojosi* in eadem Sede Camerinen. docet Charta, de qua infra.

A tempore autem initi per *Giojosum* Episcopatus, non amplius uspiam in monumentis actuum Capitularium invenitur adscriptum nomen *Giojosi* tamquam *Prioris*. Leguntur utique in eis nomina Canonicorum, qui congregabantur in Capitulo jussu praelaudati Vivani Canonici tunc antiquioris, qui aliquando appellatur *Vicarius*, non Episcopi, sed *Capituli* = ibi = *ut de instrumento sui Vicariatus dixit constare manu Dōpni Nassimbene Andrutii Notarii &c.*, ut in Congregatione habita *die* 31. *Augusti* 1359. ubi recensentur inter Canonicos, *Nobiles Viri Dilectosus*, *& Antonius Domini Amorosi Militis de Fabriano* qui tunc a Patria *absentes commiserant voces suas Domino Giolo tunc quoque Canonico*. Sciendum hic eos duos novos Canonicos fuisse de eadem Clavellorum familia, & nepotes ex fratre ipsius *Giojosi* jam Prioris, & tunc etiam Episcopi. Ambo itidem tamquam *absentes* notantur in alio conventu Canonicorum *die prima Septembris* 1360. Et tunc quoque *commiserunt voces suas dicto Domino Giolo Pbūtii*, non amplius *uti Canonico*, sed jam uti *Priori*:

quam

quam dignitatem adeptus fuerat primus post *Giojosum* circa initium anni 1360. vel prope finem anni superioris. Siquidem in protocholo Instrumentorum *Marini Domini Putii Notarii*, quod vidi in Tabulario Hospitalis S. Mariae Boni Jesu, habetur Instrumentum *citationis ad Capitulum, coram Nob. & Reverendo Viro Domino Giolo Priore &c.* factae *de Nobb. Viris Dilettoso, & Antonio* DE CLAVELLIS jamdudum absentibus. *Die 9. Martii 1360.*

His praehabitis, plura ad rem nostram inferre hinc, & conjicere possumus. Et primo *Giojosum* Episcopali dignitate auctum non statim dimisisse Prioratum S. Venantii, etsi Prioris titulus ei deinceps non tribueretur: ejusdem tamen muneris partes ad tempus non breve videtur per Vicarium explesse, forsan ex concessione & dispensatione Apostolicae Sedis: quod facilè evenire potuit juxta exempla, quae non pauca reperiuntur, non modò antiqua, sed & recentiora, de Viris principibus plura Sacerdotia retinentibus. Unum ex his indicare sufficiat, non aliundè accitum, sed monumentis ejusdem Ecclesiae nostrae amplissimè ostensum; quod omittere hic, nobis quasi piaculi loco esset: Hoc enim debemus de Viro undequaque celeberrimo, gravissimis muneribus pro S. R. E. perfuncto, & perinde ac praefulsit *Giojosus* Episcopalibus infulis praefulgente. Is fuit Nicolaus Bonafides, qui dum jam esset Episcopus Clusinus, fuit etiam Prior nostrae Ecclesiae S. Venantii Fabriani per annos plurimos, identidem hic personaliter residendo: quod satis apparet in libris Oeconomicarum rationum, in quorum compluribus paginis sic sua manu reperitur subscriptus: *N. Bonafides Episcopus, Prior &c.* ab anno 1500. ad 1533.

Infertur praeterea, non per Giojosum tantummodo, ejusque memoratos Nepotes decorata fuisse nostra Canonicalia subsellia, sed & per plures alios ex eadem dominante Clavellorum progenie, & praesertim per Benedictum, qui etiam in Episcopatu Camerinen. Giojoso successit: de quibus hic agere non vacat, sicut neque de aliis nobilitate & dignitate praecellentibus Viris in nostrum Canonicorum Collegium adscitis.

Infertur tertiò propter similem Sanctae Sedis indulgentiam fieri potuisse, ut praefati Canonici *Dilectosus*, & *Antonius* tamdiu a Canonicali residentia abessent, ad hoc, opinor, ut sub patrui Episcopi oculis & disciplina tutiùs atque commodiùs scientiarum ornamentis, & moribus Ecclesiasticae vitae consentientibus nobiles Juvenes informarentur. Consultò equidem dixi, *sub Patrui oculis, & disciplina*; nam quotiescumque in antiquis tabulis eos ab Ecclesia absentes inveni, apud *Giojosum* Episcopum eos commorantes agnovi. Cujus

jus rei non leve argumentum desumitur ex quatuor Instrumentis publicis, quae hic tantùm indicasse sufficiat. Primum est *anni 1359. 18. Augusti*: ubi legitur inter alios testes *Antonius Domini Amorosi. Actum in Domibus Episcopatus Camer. &c. Mattheus Tudinutii Notarius rog. &c.* Alterum est anni 1360. 9. *Martii*, ubi, ut jam diximus, referuntur *citati ad Capitulum Dilectosus, & Antonius* absentes apud Camerinum inter Instrumenta *Marini Domini Putii Notarii &c.* Tertium est ejusdem anni 24. *Junii*, cujus jam supra meminimus de quietatione & absolutione per *Giojosum* Episcopum facta praedicto *Vivano* Vicario suo: ibi: *praesentibus Casaletta, & Antonio Domini Amorosi*. Et hic non *Dilectosus* Canonicus, sed cum *Antonio Casaletta* ejus germanus laicus apud Episcopum patruum testis adscribitur: *Actum in Ecclesia S. Marie Magdalene de Trabe Bonantis Camerinen. Diocef.: Et Ego Enrighus Contis de Burgo S. Sepulchri Notarius & Officialis praedicti D. Episcopi &c.* Quartum denique est item anni 1360. 1. *Septembris*, ubi, ut supra retuli, legitur, eosdem *Canonicos Dilectosum & Antonium* adhuc *absentes commisisse praedicto D. Giolo jam Priori voces suas*, manu Ser *Johannis Benaccolti Notarii Camerinen. &c.*

Verùm non Fabrianensia tantùm monumenta satis ostendunt *Giojosum* jam Priorem nostrum in Episcopali Cathedra Camerinen. sedisse ante Marcum. Etiam ea, quae nuper reperta accepimus in Episcopatu Adrien. & Pennen. idipsum vel adstruunt, vel ei nullatenus adversantur. Siquidem in Pennen. tabulis frequens occurrit mentio de *Giojoso* ejus Sedis Episcopo, postquam inde recessit Marcus, quamvis de illius nobili genere, & Patria nihil inibi reperiatur. Idcirco habita supputatione annorum, quis non videat, non de alio *Giojoso*, quàm de nostro ad eam Sedem ex Camerin. translato intelligi posse, immò & debere? Verisimilem enim, & expetendam fuisse hujusmodi translationem, vel permutationem cum Marco, ipsi Giojoso facilè deprehendet, qui eorum temporum historias paulisper evolverit. Nam Romanis Pontificibus tunc extra Italiam agentibus, regiones omnes Pontificiae ditionis, & praesertim nostra, horribilibus ubique turbis agitabantur; quibus involutam etiam Clavellorum gentem fortasse *Giojosus* agnoscens, dolensque, nil mirum, si quieti suae consulendo ad aliam Sedem hinc opportunum sibi duxerit transmigrare. Reddita demum his populis tranquillitate post reditum Romani Pontificis ad Sedem suam, simulque Clavellorum rebus & auctoritate reflorescentibus, optabile videtur fuisse *Giojoso* jam seni ad pristinam Sedem Camerinensem redire, & non tam procul a Patria & suis, reliquos dies vitae transige-

figere. Itaque tempestivè ex humanis sublato Marco, ad votum ei res accidit, iterumque ad Camerinensem Ecclesiam transferri potuit. Probe norunt Eruditi, aliis etiam Episcopis id contigisse, ut priori Sede dimissa, ad eam post aliquod temporis spatium iterum regrederentur. Omissis extraneis, habemus de nostris regressum hujusmodi in Agapito, de quo fertur saeculo sequenti, ante Andream primùm, & post Andream iterùm Camerinensi Dioecesi praefuisse.

Caeterùm de veris causis utriusque translationis nostri Giojosi, de Camerinen. ad Pennensem, & de Penuen. iterum ad Camerinensem Dioecesim regendam, fatendum est, nihil certi nobis hactenus compertum esse. Quidquid tamen de eis fuerit, utramque quoquo modo evenisse satis patet per monumenta superiùs allata, & conjecturas, rationesque illis non temerè aut leviter innixas; quibus planè conficitur, nequaquam duos, sed unum tantùm fuisse *Giojosum*, qui Camerinensi Ecclesiae bis praefuerit, primò nempe ante Marcum; secundò item post eumdem Marcum. Quae omnia si cui arrideat ita summatim contrahi, ut unico, brevique obtutu percipi queant: Ea, inquam, sunt,

1. Perrarum inusitatumque nomen *Giojosi*.
2. Error detectus de Jocoso Sulmonensi.
3. Dignitas Prioratus prodroma Episcopatui, & cum Episcopatu a *Giojoso* diù retenta, quod etiam novimus accidisse Nicolao Episcopo Clusino.
4. Nemo per id temporis renunciatus Prior S. Ven. post *Giojosum*, antequam hoc titulo decoraretur Giolus anno 1360.
5. Expressum in *Giojoso* Priore *cognomen de Clavellis*.
6. Duo ejusdem *Giojosi* Nepotes inter Canonicos nostros allecti; & non hi tantùm, sed & eorum germanus Casaletta, apud Patruum Episcopum commorati.
7. Probabiles causae utriusque translationis Giojosi.
8. Regressus similis in Agapito item bis Episcopo Camerinen.
9. Analogia temporum utriusque Praesulatus Marci, & *Giojosi*.
10. Convenientia Pennensium monumentorum cum Fabrianensibus.
11. Denique magnifaciendum prae caeteris membranaceum Documentum anni 1374. multa complectens, & lucem non exiguam afferens chartis annorum praecedentium intelligendis; quod primo loco jam exhibui, & hic ultimo memorandum putavi pro coronide caeterorum.

Plura certè ad hujusmodi argumentum spectantia his addere pos-

possem, si per tempus licuisset manus, oculosque admovere quibusdam Chartophylaciis nostrae Civitatis: multoque plura in hanc rem haberemus, nisi in horrendo illo totius ferè Clavellae Gentis excidio, quod accidit anno 1435. tabularia ejus gentilitia, unàque innumeri fasces Actorum publicorum, ad delendam, si fieri potuisset, Clavellae Dominationis memoriam, ob furentis tunc impetum populi, ferali penitus incendio conflagrassent.

Haec autem pauca sic a me breviter adnotata, & hic properè intexta crasso filo, summoque pede quisquis non averso animo acceperit, volveritque, agnoscere satis poterit, non duos, sed unum fuisse *Giojosum* Camerinensibus Episcopis adnumerandum: deprehendetque id a me asseri non tam Patriae studio, & Ecclesiae, cui addictus sum, quàm veritatis, cui nihil esse praeferendum ipse quoque intelligo, & expresè profiteor. Si verò aliquis caperata adhuc fronte, atque elato supercilio ea intueri pergat; iterumque de eorumdem certitudine & firmitate examen instaurare contendat; ego nihilominus aequanimiter ab omni me prorsus contentione subducam, ei verba illa reponens sapientissimi Annalium Ecclesiasticorum Parentis: *Siquis his certiora habet quae dicat, in medium proferat, & agam gratias*. (*)

(*) Card. Baron. in Martyrol. 22. Octobris ad literam *e*.

## *De Origine, & Fundatione Monasterii Claravallensis de Flastra*

# DISSERTATIO.

UNum ex illustrioribus Asceteriis in Comitatu, & Dioecesi Camerinensi quondam constitutis illud sane fuit, quod Warnerius Dux, & Marchio Spoletanus condidit juxta flumen Clentis *S. Mariae de Flastra* a flumine *Fiastra*, quod illud abluit, dictum, cujus pingues redditus possident PP. Societatis Jesu pro Collegio Romano. De origine propterea, & fundatione hujus Coenobii dissertationem peculiarem texuimus, utpote de re, quae Camerinensem Dioecesim amplissime illustrat.

De origine Claravallensis Flastrae Monasterii scribunt Compagnonius in sua Regia Picena, Lilius in sua historia Camerini, & Ughellius in Italia sacra, quos sequitur Mabillonius in suis Annalibus. In statuenda tamen aera fundationis illius inter se Scriptores non

non conveniunt; & ob depravata, & corrupta Warneriani diplomatis exempla, culpâ forſan Amanuenſium, hujus Coenobii origo & fundatio habetur adhuc incerta, & obſcura.

Diploma a Compagnonio productum hujus tenoris eſt: *In Dei nomine Amen. Anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quatrageſimo ſecundo in Martio Indictione V. Innocentio P. P. II. & regnante Conrado rege. Ego Guarnerius Marchio & dux Spoletanorum cogitans de futura Dei retributione, nec non de die venturi judicii, tibi Domno Vlgoni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus ſub ordine Claravallenſium dono, offero, & commendo Monaſterium quod ego in honorem Dei, & Sancte Marie expoſui in Comitatu Camerini juxta flumen Clentis; Abbas enim, qui pro tempore ordinatus fuerit, ſemper accipiet benedictionem ſuam de manu Romani Pontificis, & ita manebit ſub illius tuitione, ut nulla alia perſona Eccleſiaſtica, vel Secularis habeat licentiam aliquid exigendi ab ipſo Monaſterio, vel in ipſo aliquid faciendi. Et ut contra predicta nec heredes mei, nec alius vel Comes, vel Marchio poſſint aliquid innovare, hanc cartam fieri rogavi coram infraſcriptis teſtibus, videlicet Rodulpho, & Loiprando Comitibus, Rainaldo & Vigilio &c. Ego Cintius not.* Aſſerit etiam eruditus Scriptor diploma datum a ſuo *authentico* fuiſſe exſcriptum; & ab illo patet fundationem noſtri Coenobii a Warnerio factam fuiſſe anno 1142. menſe Martio, indictione V., quae cum enunciato anno optime conſonat.

Lilius, & Ughellius aliud diplomatis exemplum proferunt; ille a Monaſterio Macularum San-Geneſii, iſte a tabulario Ciſtercienſis Coenobii Septimiani, & haec exempla parum inter ſe diſcrepant, & unius errores alterius auxilio poſſunt emendari. Accipite illud a Lilio productum: *In Dei nomine amen. Anno D. ab incarnatione 1145. de menſe aprilis indictione 7. Ego quidem Guarnerius Marchio &c. propria mea voluntate cogitans de miſericordia in remedio anime mee, meorumque parentum & conjugis mee, & heredum meorum tibi D. Bruno Abbati de Claravalle Mediolanen. in honorem Dei, & S. Marie Monaſterium, quod ego expoſui in Comitatu Camerini juxta fluvium Clentii dono, & offero, atque concedo tibi, tuiſque Succeſſoribus habentibus ordinem Claravallenſem, & Abbas, qui pro tempore ibi regulariter fuerit ordinatus accipiet benedictionem ſuam a manu Romani Pontificis &c. Comes Rodulphus, & Comes Limpoardus, & Vigilius, & Libertus, & Gibertus in hac cartula vocati teſtes interfuerunt.*

Mabillonius etiam noſtri Coenobii memoriam recolit, & Warnerii diploma producit: *Ea tunc temporis* [ſic cl. Scriptor] *Clara-*

*val-*

*vallensis Monasteri existimatio erat, ut Ordo Claravallensis aliquando diceretur ea disciplina, quae in aliis Cisterciensis Congregationis Monasteriis observabatur. Hujus rei argumentum nobis suppeditat Guarnerius Dux Spoletanorum in litteris, quibus Brunoni Abbati Clarevallis prope Mediolanum subdit Monasterium quoddam in Comitatu Camerino ad tenendum illic Ordinem Claravallensem; sic enim Guarnerius loquitur*: „ Ego quidem Guarnerius Marchio Ducatus Spoletanorum propria mea voluntate cogitans de Dei misericordia in remedio anime mee, meorumque parentum, & conjugis mee, & heredum meorum tibi D. Bruno Abbati de Claravalle Mediolani in honorem Dei & S. Marie Monasterium, quod ego exposui in Comitatu Camerino juxta fluvium Clentis, dono, & offero, atque concedo tibi, tuisque Successoribus subtus Ordinem Claravallensem, ita ut in tua, tuorumque Successorum dispositione semper maneat ipsum Monasterium ad tenendum Ordinem Claravallensem, & Abbas, qui pro tempore ibi regulariter fuerit ordinatus, semper accipiat benedictionem suam a manu Romani Pontificis, sub cujus tuitione semper maneat.

En tria Warnerii diplomatis exempla, quae vulgata leguntur; & duo postrema exempla probare videntur fundationem nostri Monasterii factam anno 1145. Tria haec exempla exprimere forte possunt hanc fundationem per illa verba: *quod ego exposui*: verbum enim *exposui* nil aliud forsan sonat, quam *posui*, *constitui*, *aedificavi*, &c. Mirum enim foret, si barbaricis illis temporibus usurpatum fuisset elegans illud verbum purissimè latinum *exaedificavi* a Caesare in suis commentariis, & a Cicerone in accademicis quaestionibus usurpatum. Incerti propterea sumus adhuc, an cum Compagnonio ad annum 1142, an cum Lilio, Mabillonio, & Ughellio ad annum 1145. fundatio nostri Monasterii sit statuenda.

Lilius tamen libere asserit Monasterium Flastrense conditum fuisse anno 1098. a Warnerio Duce & Marchione; & eo ipso anno Cistercienses Monachos ad illud incolendum fuisse missos: quum eodem anno haec Congregatio suum principium habuerit, primumque hujus Coenobii Abbatem vult fuisse Domnum Blasium. Haec Lilii sententia a veritate non esset forsan aliena, si documenta ad hoc firmandum produceret. Si vero anno 1098. hoc Monasterium fuisset conditum a Warnerio & quidem seniore, quomodo junior Warnerius post annos XLVII. anno nempe 1145. asserere potuit in suo diplomate: *quod ego exposui*, quod idem sonare videtur ac *constitui*, *aedificavi*, ut paulo ante animadvertimus?

Quic-

Quicquid vero ſit de hac prima hujus Monaſterii fundatione, Lilius tamen corrigendus videtur, dum aſſerit in illo Monaſterio Warnerium ſeniorem anno 1098. Ciſtercienſes conſtituiſſe Monachos, quos idem Lilius affirmat eodem anno ſua exordia habuiſſe, & affert auctoritatem Willelmi Abbatis S. Theodorici S. Bernardi collegae, & illius vitae Scriptoris, in qua haec habet: *Anno ab incarnatione Domini 1113. a Conſtitutione Domus Ciſtercienſis 15. Servus Dei Bernardus annos natus circa XXII. Ciſtercium ingreſſus cum Sociis amplius quam XXX. ſub Abbate Stephano ſuavi jugo Chriſti collum ſubmiſit*. Omittamus quam improbabilis habenda ſit tam ſubita Claravallae Congregationis in Galliis vix ortae ad noſtras regiones propagatio; quod prae coeteris excuſare non poteſt Lilium eſt diploma Warnerii ab ipſo productum, quo aperte probatur anno 1145, & non prius ab eodem Warnerio noſtrum Monaſterium fuiſſe conditum, & Abbati Brunoni oblatum, & donatum per illa verba *dono, & offero, atque concedo tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſubtus Ordinem Claravallenſem*.

In tot obvoluta tenebris noſtri Coenobii fundatione, & origine, doctiſſimus, & ſolertiſſimus Antiſtes Compagnonius perpendens Warneriani diplomatis varias lectiones, & animadvertens chronologicas notas in diplomate a cl. Avo ſuo vulgato ſpectare ad annum 1142; illas in vulgatis ab aliis laudatis Scriptoribus ad annum 1145; & inſuper in primo diplomate Monaſterii donationem factam fuiſſe Abbati *Vlgoni*, in aliis exemplis Abbati *Brunoni* ſuſpicatus eſt primum diploma continere actum omnino diverſum ab illo, quod in aliis exemplis continetur; & propterea non unum eſſe Warnerii diploma, ſed duo: meque enixè adhortatus eſt ad expiſcandum, ſi fieri poſſet, autographum Warnerii diploma, ex quo facti veritatem aſſequi poſſemus, quod & illicò perficere non omiſi. Tabularium Flaſtrenſe aliò, forſan ad Collegium Romanum, aſportatum eſt, inibi certè deficit. Ubi hoc diploma lateat, incompertum nobis eſt: forſan in aliquo angulo pulverulentum, & cum tineis colluctans latebit. Perlatum ad me fuit, quaeſtionem quamdam ſub initio hujus Seculi XVIII. fuiſſe excitatam a gente Tolentinate contra PP. Societatis Jeſu pro ſolutione tributi Apoſtolicae Camerae debiti è collectis fructibus in illis latifundiis noſtri Coenobii in Tolentinate agro conſtitutis. Conſului propterea jura pro Abbatia Flaſtrenſi producta, & in Archivo illius Civitatis ſervata, & in illorum ſummariis duo reperi Warnerii diplomata, alterum anno 1142, datum, alterum anno 1145, quae, quamvis de more obtruncata, opportuna tamen ſunt ad originem, & fundationem noſtri Mona-

fterii feliciter affequendam. Sic fufpicio folertiffimi Antiftitis Compagnonii veritas facta eft.

En primi diplomatis exemplum, cui confignandae funt notae chronologicae fpectantes ad annum 1142. = „ 1142. Ego Guarne-
„ rius &c. cogitante me de Dei omnipotentis futura retributione,
„ & de peccatorum meorum &c. remiffione &c. ftudui, & labo-
„ ravi Claravallenfium Fratrum Abbatiam in honore meo rogatu D.
„ Abbatis *Brunonis edificare*: ideo quidquid boni domui Dei feci,
„ & in antea facere cupio trado, atque concedo Sancte Marie Or-
„ dinis Claravallenfis, que eft edificata *fubtus montem Collis alti* in
„ manus D. Abbatis *Brunonis*, & *Bernardi* Abbatis omni calumnia
„ remota, & omni queftione, que ad jus Marchionis mei, vel
„ mei Succefforis fopita. Ita ut nec ego, nec meus heres, nec
„ aliquis fucceffor Marchio, nec Comes &c. poffit aliquid dicere.
„ Quod fi aliquis contra hanc inibitionis paginam temere attenta-
„ verit, penam incurramus &c.

Hoc diploma eft omnino diverfum a duobus illis fuperius productis, ab eoque difcimus Warnerium aedificaffe Abbatiam Claravallenfium Fratrum precibus Domni *Brunonis* Abbatis Claravallae prope Mediolanum, quod non legitur in aliis diplomatibus fuperius datis. Anno igitur 1142. haec Abbatia inftante Domno Brunone erat jam conftituta, & in fuis aedibus jam perfecta, & propterea eo anno 1142. illam incolebant Claravallenfes Monachi, quibus praeerat forte Abbas Domnus *Bernardus*, quem nemo credat fuiffe S. Bernardum Cifterciensis Congregationis amplificatorem illuftriffimum, fed illum, cui Abbas Rambonenfis anno 1153. donavit Ecclefiam S. Mariae in Sylva in Auximana Dioecefi, accedente Epifcopi, & Ecclefiae Auximanae, quae in hac jus habebat, affenfu: & probatur monumento ab Ughellio vulgato. Hoc, quod mox dedimus, documento Tolentinate Warnerius promittit conceffionem factam fervare inconcuffam, nec contra a fe fundatam Abbatiam aliquid facere: fibi, & Succefforibus poenam imponit, fi contra fuam inhibitionis paginam aliquid attentare praefumpferit. Haec funt, quae in hoc primo diplomate continentur, omiffis privilegiis, & ornamentis fuae Abbatiae conceffis in diplomate a Compagnonio producto, & ab illo Viro clariffimo a fuo autographo exfcripto. Tandem eodem documento difcimus fitum, ubi fuit noftrum Coenobium conftructum per illa verba: *Trado atque concedo fancte Marie Ordinis Claravallenfis, que eft edificata fubtus montem Collis alti*, quod in nullo Warnerii diplomate legitur.

Ad alterum veniamus expeditum anno 1145, cui apponendae funt

ſunt notae chronologicae a Lilio & Ughellio in diplomate ab illis dato praefixae: „ Ego quidem Guarnerius &c. cogitans de Dei mi-
„ ſericordia in remedio anime mee &c. tibi D. *Bruno Abbati Cla-*
„ *ravalle Mediolane* in honorem Domini & ſancte Marie in Mona-
„ ſterio, quod ego expoſui in Comitatu Camerini juxta flumen
„ Clentis dono & offero atque concedo, tibique tuis Succeſſoribus
„ ſubtus Ordinem Claravallenſem: ita ut in tua, Succeſſorum tuo-
„ rum diſpoſitione ſemper maneat ipſum Monaſterium ad tenen-
„ dum Ordinem Claravallenſem, & Abbas, qui pro tempore ibi re-
„ gulariter fuerit ordinatus, ſemper accipiat benedictionem ſuam
„ a manu Romani Pontificis, ſub cujus tuitione ſemper maneat.
„ Inſuper nec mei heredes, nec aliquis Marchio poſt me futurus,
„ nec Epiſcopus aliquis, nec aliqua perſona eccleſiaſtica vel ſecula-
„ ris umquam ullo tempore habeat ibi aliquam pretendentiam,
„ vel avocantiam, nec licentiam aliquam exigendi in ipſo Mo-
„ naſterio, vel in ipſo aliquid faciendi contra voluntatem Abba-
„ tis, & Fratrum, qui ſecundum tempus habitabunt in ipſum
„ Monaſterium &c. Quis non percipit alterum hoc diploma actum continere omnino diverſum ab illo, quod in primo diplomate continetur? Hoc diplomate donat, offert, & concedit Monaſterium Domno *Brunoni* ſubtus Ordinem Claravallenſem, quem Ordinem Warnerius fore ſemper ſervandum praecipit; deinde tranſit Warnerius ad illud privilegiis ditandum, quae privilegia continentur in diplomate expedito Abbati *Ulgoni*, quod Compagnonius edidit. Vult, ut Abbas *ſemper accipiat benedictionem ſuam a manu Romani Pontificis, ſub cujus tuitione ſemper maneat*. Vetat ne perſona quaevis Eccleſiaſtica, vel ſecularis in ſuo Monaſterio jus ullum habeat, vel auctoritatem, vel *avocantiam*, hoc eſt ne ad Coenobii, & Abbatiae regimen ſe aliquis intrudat ſpecioſo titulo Advocati, & defenſoris. Et tandem Monaſterium eximit ab omni onere ſolutionum contra Abbatis, & Monachorum pro tempore ibi exiſtentium voluntatem. En igitur Warneriana diplomata non duo tantum fuiſſe, ſed tria. Alterum Abbati *Ulgoni* datum, alterum *Brunoni* Abb. Claravallae Mediolani, tertium *Brunoni* eidem & *Bernardo* Abbati forte Flaſtrenſe Coenobium moderanti. Neque vero mirandum videtur tria haec diplomata, dum Flaſtrenſis Coenobii fundatio agebatur, fuiſſe expedita. Haec tria diplomata, ut ſupra animadvertimus, aliquid continent inter ſe valde diverſum. Haec autem omnia acta ſunt a Warnerio ad ſui Monaſterii fundationem, ſtabilitatem, ornatum, & incrementum anno 1142; & 1145. Et ecce circa originis, & fundationis aeram noſtri Coenobii forſan tenebras diſſolutas; & poſſu-

mus fundationem Aſceterii Flaſtrenſis referre ante annum 1142. opera noſtri Warnerii, qui ſuis diplomatibus anno 1142. teſtatur illud a ſe jam fuiſſe aedificatum, & conſtitutum.

*Gotebaldus* exinde Anconae Marchio, qui *Goſebaldus* ab Ughellio forte typographorum lapſu vocatus, quemque in Montecchianis ſchedis *Gotoboltus* nuncupatum legimus, donationem Warnerii anno 1191. confirmavit, noſtrum poſtea Coenobium multis bonis, & fidelium oblationibus fuit locupletatum. Abbas Rambonenſis anno 1153. eidem Coenobio donavit Eccleſiam *S. Mariae in Sylva* in Auximana dioeceſi, accedente aſſenſu Epiſcopi & Eccleſiae Auximanae, quae in illa jus habebat. Deinde Claravallenſi Aſceterio fuit unitum anno 1165. illud S. Crucis de Clente Firmanae dioeceſeos, de quo ſub Celſi Epiſcopatu diſſeruimus. Quum enim Monaſterium S. Crucis anno 1285. pene corruiſſet, illius Monachi ad Flaſtrenſe convolarunt, factumque fuit unum Monaſterium, & unus Abbas. Quemadmodum Eugenius III. anno 1150. ſub S. Sedis tutela, ſic Otto Imperator, ſub Imperiali praeſidio anno 1210. illud ſuſcepit, deditque pro illo celeberrimum ſuum diploma, quo nullum pulchrius, datum Mediolani die 20. Aprilis anno Imperii illius primo, ſuique regni XII.

In archivo Montecchii ſervatur ſcheda, quae ſic habet: *In nomine S. & individuae Trinitatis Amen. Anno Domi M. C.C. XXXII. regnante Frederico Romanorum Imperatore indict. V. die xiiij. exeunte Octubre. Ego quidem in Dei nome dompnus Giſo Abbas, & rector Monaſterii & domus S. Marie Clarevallis de Flaſtra de Ordine Ciſtercien. de noſtra propria voluntate, & de voluntate fratrum noſtrorum Monachorum &c.* Sequuntur nomina XXXIII. Monachorum, & XX. Converſor. tam florida per haec tempora florebat Familia. At de hoc inſigni Monaſterio dicta ſint ſatis.

*Eu-*

# I.

## *Eudo Episcopus Camerinen. aedificat Ecclesiam prope San-Severinum, & censum illi assignat.*

IN nomine sancte & individue trinitatis. Anno ab in- 944
carnatione domini nostri jesu christi nongentesimo, &
quadregesimo quarto. regnante domno ugoni nono-
decimo anno & filio ejus lothariu quintodecimo &
cellentissimis regibus temporibus huberti filii ejus in-
clito marchioni adque piismo duci anno secundo per
indicione tertia civitate Camerina. Ego eudo divi-
na favente gratia, & mercede domnorum regum seniorum meorum
Camerine sedis humilis episcopus in honore beate marie virginis &
omnium celestium agminum in castello qui dicitur ad sanctum seve-
rinum super flumen potentie & super saxu ipsius fluminis prope via
pupplica cepi a fundamento edificare ecclesiam pro redemtione ani-
marum domnorum regum seniorum meorum & pro assolutione ani-
me mee, & pro fidelibus eorum per quorum interventum merui im-
petrare episcopatum, & benedictione. Itcirco misericordiam dei ad
memoriam revolvendo, & die judicii recogitando ut pius ahc pro-
pitius dñs noster jesus christus per merita & subfragia beate marie
virginis, & beatorum electorum omnium nos in illa die tremenda
absolvat ab omni vinculo nostrorum delictorum & vitam eternam no-
bis largire dignetur ut cum es in perpetuum regnemus & ejus no-
men gloriosum laudemus & glorificemus per cuncta seculorum secu-
la amen. Placuit mihi atque convenit inter nos & consacerdotes no-
stros cardinales presbiteros seu venerabiles laicos ut in ipsius jam-
dicte ecclesie dedissemus, & concederemur aliquid de rebus ecclesie
nostre ipsum beneficium qui tene sinteran.... presbiter fil. 9. petri
in gastalda sub tepidano ad vocabulum folengianu & in pereto & in
gabiano & Ipsa terra & vinea juxta ipsu flume de potentia & ipsu
campu & ipse rote juxta ipsu castellu qui fui de dote sancti maroti
& aliu campu de rotondo & ipsa colonia de casale qui fui ioh. cal-
vi & gabiani cum casis terris vineis cannetis olivetis pratis pascuis
pomis arboribus fructiferis vel infructiferis culto vel inculto omnia
& in omnibus quantum ad ipsum beneficium & ad ipsa campora &
ad ipsa colonia pertinet vel subjacent quod sunt ipse SStẽ res inter
terra & vinea modiorum duocentum & si amplius de ipse jam dicte
rebus de ipso beneficio invenire potueritis omnia & omnibus pro ani-
marum domnorum regum seniorum meorum & pro anima redemtio-
nis mee, & pro fidelibus eorum per quorum interventum merui im-

pe-

petrare episcopatum & benedictionem ut & ipsi possideant regnum Celorum habeant ipsa ecclesia cum sacerdotibus suis cum omnia super se habentes tantum ad abendum tenendum meliorandum & sic repromitto ego supra scriptus eudo episcopus cum voluntate & consensu suprascripti Sacerdotes nostros Cardinales presbiteros seu venerabiles laicos & obligo me & posterisque successoribus meis quod si ipsa res de ipsa ecclesia tollere aut contemdere aut minuare presumserimus ad ipsi Sacerdotes alia tanta & tale terra & Vinea in ipse loca restaurare promitto ego vel posterisque successoribus meis set presens donatio adque traditio ista omni quoque tempore firma & stabilis permaneat inconvulsa cum stipulatione subnexa ... que .... cartula ex jussione domni Eudoni Episcopi ego petrus presbiter & notarius scripsi

- ✠ Ego Eudo divina favente gratia & mercede domnorum regum Seniorum meorum Hugoni atque Lothario dicte Camerine sedis humilis Episcopus & servus servorum dei in hac cartula a nobis facta manu mea scripsi.
- ✠ Ego adelardus archidiaconus in hac cartula consensi manu mea scripsi.
- ✠ Ego Sico archipresbiter in hac cartula consensi manu mea scripsi.
- ✠ Ego Stepanus presbiter & primic. in hac cartula consensi manu mea scripsi.
- ✠ Ego Liuprandus presbiter in hac cartula consensi & manu mea scripsi.
- ✠ Ego taudelapus presbiter in hac cartula consensi manu mea scripsi.
- ✠ Ego leopardus presbiter in hac cartula consensi manu mea scripsi.
- ✠ Ego Ursus presbiter in hac . . . . . .
- ✠ Ego lupo presbiter in hac cartula consensi m. mea scripsi.
- ✠ Ego Ildebrandus rogatus ad suprascripti m. mea scripsi.
- ✠ Ego elpericu esclavinu (1) rogatus ad suprascripti m. mea scripsi.
- ✠ Ego grimaldu rogatus ad suprascripti m. mea scripsi.
- ✠ Ego grimpertus rogatus ad S. script. m. mea scripsi.

*At-*

(1) Elpericus iste *Esclavinu* barbarè scriptus, dicendus est *Scabinus*. In Pistoriensi Coenobio ad divi Bartholomaei clariss. & solertissimus Garampius schedam reperit continentem placitum savore illius Monasterii promulgatum ab Adalardo Abbate *Misso* Caroli Magni in civitate Pistoriensi, cui interfuerunt Villeardus Pistorii Episcopus *Fredo*, *Mauro*, *&* *Petrus duce missi dni Leoni pape Ermenfridus & Audo Scabinis de Camarino* cum aliis multis. Datum est hoc placitum mense Martio anno 38. Caroli Magni Regis in Italia indic. V. quae cadit anno 812. sic ad me scripsit humanissimus Garampius suis litteris datis Luca 15. Sept. 1760. De *Missis* consule Muratorium in antiq. medii aevi dissert. 1x. *De Scabinis* dissert. x.

# II.

## *Attonis Comitis, & Bertae Comitissae amplissima donatio favore Monasterii S. Angeli infra Ostia.*

✠ IN nomine domini dei salvatoris nrī Jēhū x & rengnantes donnos Enricus imperator inditione tertia decima Quamobrem ego in dei nomine acto comes filius actonis comes & ego berta comitissa uxor mea amezoni filia que sim comes una cum voluntate viro meo & pro qua donni imperatori constituerunt in suis capitulis quelibet mulier & langubarda omnia potestate abes donandi & vindendi de suis rebus & de comitatu sui viri cuicunque voluerit sive pro corpore sive pro anima..... judicare omnique semper firmum & stabilis permaneat & propterea visti capitularis donni imperatoris nos insimul communiter viri jugalibus unanimiter mutuo consilio felix memorie recogitantes nos de salute anime nostre vel omnium nostrorum consanguineorum qui in futuro seculo mercaturi sumus ex nostrarum manuum munuscula data. igitur anmonet nos pietas divina & compunctio cordis & cum quo sum scelerum copia & actor. & evangelicilogia precepta de qua ait pater familias qnid ic statis tota die otiosi ite in vinea mea & alibi vigilate itaque quia nescitis quando veniet dominus vester .... nos judicet & alibi inquit de decem virginibus ne nos inveniat quasi fatue quia non suserunt oleum secum nam per eorum torpentia ostia reperisse legimus & profeta divino nutu missus est & ezechie regis monuit tue domus dispone quia morieris. Ego de tanta divina audiendo & bene congnoscendo autoritas compunctus sum & dum fragilitas umani generis ad quod me pertimesco anime ultimi vite venture tempore expedit nobis fore soliciti ut non inveniat nobis torpentes set senper vigile & senper ubique meminimus omnia nostra tua christi sit munera & nostra fatemur tua manus omnipotens sit potentia proinde nos in dei nomine supra scripti & regalibus qui supra tassavimus pro animarum remedium & peccatorum nostrorum remissio ut veniam facinorum in futuro valeamus consequi. 1015

Volumus & ordinamus una nostra ecclesia que nos abemus infra comitatu Camerini & in loco qui dicitur infra ostia & est constructa & edificata priscis temporibus in onore beati Michaelis archangeli & nos infra ipsam ecclesiam edificare volumus unum altarium in onore sancti Nicolai ad decoravi .... et cenobium ordinandum ibi cum spiritualibus fratribus secundum conversionem beati benedicti abbati mores jure construere valeamus deo auxiliante usque dum vivimus & prout nunc quoque quandoque diffessi sumus o usque in futuro seculo in cul-

culmen monasterii sulleveritur & in evum permaneat de qua in uno donpnus petrus abbas filius erisinde & ceterisque suis successoribus perpetualiter cum hominibus que nos in ipso monasterio constituimus vel quicquid innantea largiente deo acquirere potuerit hec omnia in integrum vobis donno petro supradicto abbati vel posterisque vestris successoribus tuis de ..... cum omni eorum adjacentiis justa circuitu de ipsa ecclesia domus & corroboramus in anc predictam ecclesiam re rebus nostris terra culta & vinea & silva interadunata & extradunata per singula loco vel vocabula per legitimam mensuram modiorum tria mille nongentos infra istas designandas finattas prima finatta crucem faniani & ascendit a summo monte oppii perveniente ad clamatorium & ascendit in summitate mutule ..... usque in mutula minore & veniente ad pretellam no ......... usque in summo monte purilli & proveniente ad terminos & ascendit in summo monte lentini a IIII laterfino tribio perveniente per summum montem collecilli & mergit ad aream gallis & proveniente per novam viam & mergit in petram asinam ✠ fangnani. Et insuper donamus adque concedimus vobis suprascriptis ecclesiam beati sancti Angeli de fra ostia in comitato Camerino & in loco qui dicitur Clusia ipsum casamentum quod tenet gisofertum nostrum cum casis & terris & vineis & arboribus per mensuram ibi permaneat xx modiori etiam cum omnibus in eis servis de ipso casamento & cum ancille natinnante ejus & si innantea de ipsis heredibus nati vel procreati fuerint similiter concedo ad predictam ecclesiam. Et in alio loco qui dicitur vigulu & per alias vocabulas que est nostra terra intradunata & extradunata modiorum xx & cum ipso casamento. Et in alio loco rufano arsitio quod tenet johannem ardonis casamentum & terram vineam modiorum xx. & insuper in alio loco in comitato Nocerino & in loco qui dicitur ✠ de patena unum casamentum quod morico de anso cum xxx modioru terre.

Omnes ipse suprascripte nominate rebus tote insimul modiorum quatuor mille cum casis & terris & vineis & silvis & omnibus edificiis & insuper uno nostro molendino quod est situ a fossa ceca juxta fluvii qui pergit sancte anatholie cum omnia que ad ipsum molendinum pertinet vel pertinere debet & cum salectum qui est justa ipsum molendinum & cum ipse rebus confirmamus & concedimus & chorroboramus omnia nostra decima pro tempore nostre donnicationis de omnibus fructibus nostre donnicate rebus & de cunctis animalibus & cum silvis campis pratis pascuis aquis aquimolis vel cursibus aquarum farinariis cum gregibus pecuniis uti usque husibus majoribus & minoribus & majoribus mobilibus & immobilibus quodque diximus aut nominari potuerimus & de omnibus que acquisituri erimus nos nostrisque eredibus sine fraude nostre decimationes laturi erimus & in tempore presentis ..... nostre jure constitute volumus esse concessi & ita ut ab anc die & in-

inantea usque in futuro seculo monasterium & verum cenobium senper permanere esse volumus & per istum jam nominati abbas de vestris fratribus preordinaretis spiritales deo inspirante & nos predicti jugalibus cujus stantillus est munus concedimus qualis inter se eligere meliores in ipso cenobio elevent & proponant ordinari & sacrum abbas fiet & deinceps inantea usque in futuro seculo progreditur tempora proponamus procur .... regulam jam diximus ut ab anc diem memorata basilica vel omni sua re vel rectores unis ecclesie qui in tempore pertasavi monasterium convertit vel retersferit habendi tenendi possidendi quiquic jus ecclesie vel abbas qui ibi preordinatus fuerit elegerint concedimus & confirmamus nos vobis abbas in ipso monasterio qualem vos pro tempore eligere vultis & non sit ipsum monasterium in potestate regis nec ullu dux neque marchio neque ullum comes neque ulis episcopis neque sub nullum monasterium nisi soli patri & filio & Spiritui sancti cui omnia subjecta sunt & quod omnibus liberum potiantur arbitrium & sit senper sub nostrum regimen & de nostris eredibus ad defendendum & manutenendum & omnibus bona faciendum sicut decet fieri ut nomini nostrum suprascripti in libro vite conscribantur vel pro omnibus nostris consanguineis ex quibus nostre jure obvenit ut sacrificium per obitum nostrum pio domino offerant licet incessionibus poetica anecti non sit necesse set nobis pro omni firmitate placuit inferendum & si quis vero quod futurum esse non credimus quod sit nos ipse quod absit aut aliqui de nostris eredibus seu qualibet persona caliditate comota aut cupiditate preventa aut ullo tempore contra presentem monasterium vel abbas nostro constituto jure nostreque nos pro nomine domini & venerationem Ipsius locis sancti beati archangeli Michaelis congregantes & propter animas nostras salutem & spontanea nostra voluntate decreverimus & evenire conaverimus aut si aliquit voluerit tergiversator extiterit ..... ira trine majestatis incurram adque anathematis vincli relictus avernis nam & sint cum annania & satfira retentes & in die super primo examine contra suprascripta archangelo Michaele ante tribunas xpti rationem retdendas si nos ad ipsum reditum abbas tollerimus aut ad abitum secularem reducere voluerimus aut si senper in gratia dei suprascriptum monasterium non conservaverimus aut omnes ipse rebus nominate non defenderimus aut noluerimus antestare & insuper inferimus nos distringentes ...... auro obrizo libre C & pena soluta quod repetimus vindicare non valeamus set preses nostram ordinationem constituta usque in futuro seculo tali permaneamus nos nostrisque heredibus illibata inconvulsa inconcussa adque inremote & nunquam nobis liceat aliquod malum facere quod semel voluimus set omnia suprascripta firmiter adque inviolabiliter conservare profitemur.

Et factum est in anno ab incarnatione domini nostri Jehsu x. anni sunt, mille quinto decimo in mense februario inditio ista suprascripta feli-



li-

liciter quem vero decretum iſtut rogatum a ſupraſcriptis & ſcripſit Ego Adelberto ſcabino & jùdice.

✠ Singnu manu de ſupraſcriptis jugalibus qui uno ..... ſcribere & rogaverunt

✠ Ego Adalberto rogat. -- Ego ſindo rogat -- Ego Rodulfo rogatus.

## III.

### *Concordia inter Attonem Abbatem S. Victoris de Clusis, & Giſebertum Abbatem S. Vrbani de Aſinante.*

1033 IN nomine patris & filiu & Spiritu Sancti anno deo propiciu pontificatu domno tuſelatu & univerſali papa Sede in ſede beatu petrus apoſtolum ano ejus primu & ſunt anni domini mille trenta & tres & regnante domno Conradu magnu imperatore providecia imperator auguſtu anno ejus ſeſto & die menſe ma ..... per indicione prima. Quoniam profiteor ego Giſelbertu Abbas de Monaſteriu Sancti Urbani quod edificatu eſt juſta aqua que dicitur Senamtem facio iſta cartula ceſſione opbligacione & plena poſiccione per conſenſu & voluntate de monachi mei & de cuncta mea Congregacione a vobis Acto abbate de monaſteriu Sancti Victore e actui poſteriſque ſupceſori de ipſa rem que fuit de Vitale presbitero unde inter nos fuit aliqua cauſacione ſet nos quomodo coitavimus quia periculu anime eſt ira cauſacione facere ſet propterea venio ego Giſelbertu Abbas ad ipſu Moneſteriu Sc. Victo refutavimus & dedimus per hac cartula ceſſine omnia medietate de ipſa terra & inſuper de alia medietate dedimus & tradedimus & conceſſimu modioru unu & Seſtaria ſes in integrum conceſſimus ego Giſelbertu Abbas tibi ſu ..... acto abbati, & ad ipſu Moneſteriu Sc. Victore uſque in perpetuum & eſt poſita ipſa res infra ritorſu caſtellu pertoſ. ..... in locu qui dicitur lancianu & in capu leutrude & in lu colle de la bactalia & in verianum & in Campu maſtri & innalie loca vel vocabula ubicumque de ipſa terra que de Vitale prb. fui invenire potueriti cedo vobis domno Acto abbate ad ipſu Sc. locu & actu poſterique ſupceſori ſicu ſuperiu ſcriptu eſt omnia ipſa medietate & ipſu modio x cum ipſe ſeſtaria de ipſa terra cum omnia ipſa caſa & cu aqua aquamoli vel decurbus aquarum & cum omnibus quecumque infra ſe vel ſuper ſe habentur in integrum excepto ipſa eccleſia beatu Sc. Archangelu, quos non cedo tibi de omnia ipſa res cedo ſicu ſuperius legitur ad abendum tenendum & poſſidendu & faciatis de ipſa res omnia quecumque volueritis ad jura de ipſu moneſteriu Sanctum Victore in tali aut ordine vel tinore expondeo & opbrigo me ego ſupradictus Giſelbertu Abbate mei

mei posterique supcessori attibi domno abbate & actui posterique ... pcesori si contra ista Cartula cesione agere aut causare contendere dis-rumpere infrangere vel retollere aut exminuare pro quavis modo in-geniu aut si ista cessione falsare presumserimus & si omnia non adim-pleverimus aut non opservaverimus cuncta quod superius legitur cuc-culpabilis apareamur & inferamus & veniamus innopligatione & si-mus compositurum ego Giselbertus abbas & mei posterique supcessori tibi Acto abbati & actui posterique supcessori de bono auro besanti quinquaginta post pena data & obsoluta ista cesione opbligatione fir-ma extabile permaneat.

✠ Ego Giselbertu Abb. qui ac ista cartula cessione a me facta m.m. ss.
✠ Ego Veneriu prb. & Monachus m. m. ss.
✠ Ego Dominicu prb. & monachus m. m. ss.
✠ Sinnu manum de ... rogatus testesumus ss.
✠ Sinnu manun de martinu rogatus testes sumus ss.
✠ Sinnu manu de majo rogatus testes sumus ss.
⊕ Scripta ac cartula cessione per manu de Sigualdu Scabinu & notarius scripsi complevi & inclausi.

## IV.

### *Bertae Comitissae donatio favore Coenobii S. Angeli infra Ostia.*

✠ IN uomine domini & salvatoris nostri Jehus x. ab incarnatione S. quot sunt anni domini mille quadragesimo & temporibus dux & Marchioni & factum est in die mense augusti per indictione XII Civi-tate Camerini. Ideoque ego domina berta Comitissa e Collorio odier-num diem bona mea voluntate de dei ... pro redemptione meo genito-re, & genitrice mea & meorum consanguineorum & mea anima ut ipse Michael Archangelus debeat retribuere in die juditii mercedem do & concedo tibi Monasterio Sancti Angeli quod est edificatum in valle fra ostia ....... abbati de ipso Monasterio Sancti Angeli & a post omnibus successoribus tuis & in eterna traditione imperpetuum ....... cendum ideo res mee queque sunt in Comitato Camerino in monte qui vocatur rillium a primo latu & secundo & tertio justa, & quarto ipsi monaste-rio & in alio loco in quo dicitur justa castrum Sancte anatholie tres sta-rias & medium de terra cum molendino cum casis & ferramenta & ma-cinis & introitu & exitu suo & aquis & aquimollis & omnia que ad di-ctum molendinum pertinet a primo latu fossa Castelli secundo noce cotta tercio via quarto latro paganellu filius de boni & ita obligavi-mus suprascriptum monasterium suprascriptum Leo abbas non vendere 1040


nec

. nec cambiare nec ullo ingenio alienare fet fenper ad fervitium de fancto Monafterio fancti Angeli infra hoftia permanere perpetuum & ego fuprafcripta domina berta corroboro & confirmo ut quicunque reaiere vel falfare voluerit componat cccv bizantio de auro puro poft pena data & foluta cartula ifta firma & ftabile permaneat omnibufque temporibus.

Ego fufcarino de amatu rogatu teftes.
Petrus rufus rogatu teftes.
Petrus afredi rogatu teftes.
Ego paganellu filius de boni teftes rogatu.
Ego petrus de gozo rogatu teftes.
Poft roborationem omnium teftium Ego Johannes notari complevit & finivit & fcripfit.
Baroncellus judex Loco ✠ Signi.

## V.

### *Rodulphi quondam Corradi donatio favore S. Venantii de Fabriano.*

1046 IN nomine Domini factum eft in anno incarnationis D. N. I. C. quod funt ann. dñi millefimo quadragefimo fefto rennante donno Errico Imperatore anno ejus fecundo die .... menfe Januarius indictione quintadecima ....... ideoque ego Ridolfus q. Corradi ....... de bona & fpontanea mea voluntate do dono & concedo ....... domum meam cum orto pro amore Dei pro fabrica Ecclefie Scī Venantii ....... ad deftruen. & faeien. totum illud quod ego facere poffum & quicquid vobis presbyteri placuerit fine omni calunie. & promitto quod ad feftum dicti Scī folvam vobis X libras auri ........ & dabo unum vitellum cum duobus modiis frumenti pro menfa veftra quolibet anno ufque ad mortem meam . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ego Ridolfus q.m Corradi mū pp.a
Ego Paganello Riguccio teftis.
Ego Benctevolo Grimaldi teftis.
Ego Mariano ....... fcripfi & capitulavi.

## VI.

### *Privilegium Ugonis Epifc. Camerini pro Ecclefia S. Severini.*

1061 IN nomine Sancte, & individue Trinitatis Anno ab incarnatione D. N. J. C. millefimo fexagefimo primo regnante D. Enrico Imperato-

tore & Gottefredo Dux & Marchio & factum est in mense Octub. per indicione tertia Civitatem Camerina. ✠ Ego *Ugo* divina favente gratia Sancte Camerine Sedis humilis Episcopus in onorem beate Marie Virginis, & omnium celestium aminum in onore beatissimi Sancti Severini cepi edificare Ecclesiam in Castello qui dicitur ad Sanctum Severinum positum pro redentione anime mee, & pro fidelibus eorum idcirco misericordiam dei ad memoriam revolvendo & de die judicii recogitando ut pius ahc propitius dominus noster Jesus Christus per merita ac suffragia beate Marie Virginis & beatorum electorum omnium nos in illa die absolvat ab omni vinculo nostrorum delictorum & vitam eternam nobis largire dignetur ut cum eo in perpetuum regnemus & ejus nomen gloriosum laudemus, & glorificemus per cuncta secula seculorum Amen. Placuit mihi adque convenit inter nos & consacerdotes nostros presbiteros seu venerabiles laicos ut inisium Sancti Severini Ecclesie dedissemus & concederemur omnem parochiam, & decima ipsius Castelli Sanctiseverini pertinentia. Privilegium facimus nos quod in toto Castro scilicet a flumine potetiano & vadit ad viam de colle & redit in rigo & in vepre quod nullam Ecclesiam facimus nec permiserimus aliquem facturas nisi consensu & voluntate beatissimi Sancti Severini Confessoris & sacerdotes & alii qui sunt ordinati in ipsa Ecclesiam Sancti Severini & sic repromitto ego suprascriptus Ugo Episcopus cum voluntate & consensu de suprascripti Sacerdotes nostros presbiteros seu venerabiles laicos & obligo me & posterisque subcessoribus meis quod ipsa parochia & ipsa decima de toto Castro de ipsa Ecclesia Sancti Severini nec tollere nec contendere nec minuare presumserimus ad ipsos Sacerdotes, qui sunt preordinati in ipsa ecclesia beati Sancti Severini promitto ego vel posterisque subcessoribus meis set presens donatio atque traditio ista omn. quoque tempore firma & stabilis permaneat inconvulsa cum stipulatione subnexa & si quis presumserit auferre sit maledictus & scommunicatus sicut ....... & Juda ....... que vero cartula ex jussione domni Ugoni Episcopi ego Petrus judes scripsi.

✠ Ego Ugo Sancte Kamerine Sedis umilis Episcopus & Servus Servorum dei hoc privilegium a nobis factum manu mea confirmavi.

✠ Ego Adelolfus Archidiaconus in hoc privilegium consensi manu mea scripsi.

✠ Ego Oiso Archipresbiter in hoc privilegium consensi manu scripsi.

✠ Ego presbiter Aczo primicerius consensi manu mea scripsit.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Deficiunt reliquae obsignationes.*

VII.

# VII.

## *Ugo Episcopus Camerin. donat quaedam bona Monachis S. Mariani.*

1094 IN nomine &c. anni sunt MXCIV, & temporibus Warnerii Dux, & Marchio Sede anno ejus primo, & factum est in mense Madii pro Indic. II. Civitate Camerino. Placuit, atque convenit Nobis Ugo vir venerabilis Episcopus S. Camerine Ecclesie una cum voluntate, & consensu de primatis Sacerdotis, vel Custodibus Ecclesiarum, qui sunt preordinati in officio S. N. E. &c. convenientiam facimus tibi D. Jantio, qui Gosio in Battismo vocatur, qui est Abbas de Monasterio de S. Marianu. i. concedo tibi terram, & vineam, & arbores &c. in loco, qui dicitur ad Valvemano, que est pro medietate S. Marie.

Ego Cono judice scripsi.

Ego Ugo Episcopus in hac convenientia mea manu scripsi.

Ego Ugo archidiaconus in hac convenientia manu mea ficri a me prorogata manu propria confirmo fieri.

Ego Giso Archipresbiter &c.

Ego Joanni &c.

Ego Adelbertus rogatu a supradictu Episc. m. m. s. s.

Ego Petri &c.

# VIII.

## *Berardus filius Massarii concedit Garnerio Duci, & Marchioni, & Altradi ejus uxori terras, quas habet in loco, qui nominatur* in monte S. Genesii.

1117 IN nomine Sancte & individue Trinitatis anno ab incarnatione ejus MCXVII. mense Decembri Indict. IX. regnante Enrico IV. rege, & Romanorum imperatore Augusto. Ideoque ego Berardus filius Massari bona mea voluntate per hanc cartulam trado tibi Guarnerio Duci & Marchioni, & Altrude conjugi tue, & heredibus & ea natis, vel nascituris idest de re mea, vel meo conquisito, quod habeo infra Comitatum Camerini, & *in loco qui nominatur in monte S. Genesii* totam meam portionem terre, atque Silvarum sine nulla mea reservatione & omnem introitum cum exitu suo in integrum tradidi atque irrevocabiliter dedi predictam meam portionem terre atque Silvarum, quam ha-

habeo *supradicto monte Sancti Genesii* Guarnerio Duci & Marchioni & Altrude conjugi tue, & omnibus heredibus ex ea natis, vel genituris. habendi tenendi possidendi & vendendi aut donandi, & pro suo judicandi, & faciendi quicquid vobis placuerit, quia sic inter nos convenit. Obligo me predictus Berardus meosque heredes vobis predictis vestrisque heredibus si hanc rem egerimus, causaverimus, vel intentionaverimus, aut ab omnibus hominibus vobis non defensaverimus componamus vobis per predicta byzancios triginta de bono auro. & hac charta firma & stabilis permaneat hac charta rogata a predicto Berardo.

✠ Ego Acto Judex scripsi.

✠✠✠ Signum manus Tebaldi, Alberico, & Arnolfo fratres filio Arnolfi in hac charta rogati testes.

## VIIII.

### *Laurentius Episcopus Camerini jure emphyteutico cedit Warnerio Marchioni, & Altrudae Comitissae, ipsorumque filio Warnerio Castellum Sancti Severini, quaedam Monasteria, & bona.*

IN nomine S., & Individue Trinitatis anno ab Incarnatione Domini MCXVIIII. indixione duodecima. Quia petistis a me Laurentio Episcopo Sancte Kamerinensis Ecclesie, ut constituerem vobis jus emphiteoticum de rebus S. Nostre Ecclesie. Ideo ego predictus Laurentius Episcopus una cum consensu Primatum nostre Ecclesie trado, & constituo, atque concedo vobis petitoribus W. Marchioni, & A. Comitisse Jugalibus, & W. vestro filio, & filiis, & nepotibus vestris usque in tertiam generationem vestram legitimam Emphiteotico jure, Castellum S. Severini, & ejus curtem integriter in integrum cum omnibus, que ad ipsum Castellum, & ad ejus curtem pertinere videntur, cum ipsa S. Severini Ecclesia, que in ipso Castello est edificata cum omnibus sibi jure pertinentibus, & cum Castro Pallioliti cum omnibus sibi subjacentibus, & pertinentibus in integrum. Concedimus etiam vobis predictis petitoribus Plebem S. Victorini (1). & Monasterium de Demora cum omnibus sibi ubique pertinentibus, & campos de Plebe 1119

[1] Plebs S. Victorini est utique Plebs Prolaquei: [Pioraco] in libris enim Baptismalibus Seculi XVI, in quibus Prolacenses scribebantur pueruli baptismali aqua regenerati. Plebani asserebant illos baptizasse in *Plebe S. Victorini*; & ad hanc veritatem firmandam plurima accepimus documenta.

le S. Petri cum usu Bubulci, decimus, & primitiis, & obsequio mortuorum, & incenu. & Sinodo de predictis Ecclesiis in nobis reservato. Et hec omnia vobis suprascriptis petitoribus tradidimus, & concessimus cum terris, vineis, silvis, pascuis, cultis, & incultis, aquis, aquimolis, aquarumque decursibus, & omnibus eorum accessionibus. Ad habendum, tenendum, possidendum, lucrandum, utendum ac fruendum, & quicquid vobis, vestrisque heredibus usque ad tertiam generationem rationabiliter placuerit faciendum. Et hec vobis ideo concessisse fatemur, quia nostre Ecclesie Patronos, & defensores habere speramus. Et inferatis exinde annualiter in festivitate S. Marie, pensionis nomine, S. nostre Ecclesie Bizantium unum. Insuper ego predictus Laurentius Episcopus obligo me, meosque successores omni tempore ab omni Persona attestari, auctorizzare, & defendere hanc enphiteosim vobis suprascriptis petitoribus, vestrisque heredibus. Promittimus etiam, quod predictas res vobis suprascriptis, vestrisque heredibus non tollemus, nec de vestra potestate auferemus. Que omnia si non observarimus, vel ego, vel mei successores infringere, aut corrumpere, vel falsare presumpserimus, quingentos Bizanzios vobis, vestrisque heredibus composituros nos obligamus, & post penam solutam hoc enphiteoticum Instrumentum in sua permaneat firmitate.

Ubaldus Anselmi rogatus testis in hac pagina Enphiteosis interfuit.

Albericus Guittonis in Enphiteusi hac rogatus testis interfuit.

Acto Bigonis in hac Enphiteusi rogatus testis interfuit.

Gens Petri Aczonis, & Albericus Gastaldionis rogati testes interfuerunt.

Factum est hoc Instrumentum anno Dominice Incarnationis MCXIX. indictione duodecima mense Septembris.

Ego Laurentius Episcopus in hac Enphiteusi manu pp. subscripsi.

Ego Paganus Archipresbiter, manu mea corroboravi, & huic scripto consensi.

Ego Bernardus Prior huic scripto consensi.

Ego Ugo Archidiaconus huic scripto consensi, & confirmavi.

Ego Rainerius Judex scripsi.

## X.

### *Transmundus Episcopus Camerinen. donat quaedam bona Coenobio S. Mariani.*

1122 IN nomine Domini Dei Salvatoris ab Incarnatione D. N. J. Christi anni sunt millesimo, centesimo vigesimo secundo, & rennante Rigo Imperatore, & facta est mense Octobris pro indict. quarta Civitate Ca-

Cameriue. Placuit domnus *Tramundu* vir venerabile Episcopus de Episcopatu Camerino una cum volnntate, & consensu de Primati, ac Sacerdotis, & custodibus, & Clericis, qui sunt preordinati in officio S. Nostre Ecclesie bona nostra voluntate scriptum convenientiam fecimus in ipsu Monasteriu B. Sancti Mariani in servus servorum in ipsa pactione B. Sancte Marie. i. de res S. Nostre Ecclesie, que est ipsa res infra comitato Camerino in loco, qui nominatur a Casapilis in ipsu campu, qui fuit de Masso. i. terra permensurata modiorum octo, quod per fini a primu latu fini ........ de Arnulfa a Secundn latu fini clusa de li fili Arberti Arduri, & de duos lati fiui Campu S. Mariani. Et in alium locum, qui nominatur a lu ponte de Andrianu unum alveum de Molino, quod est per fini a primo latn fini la tenura, & de crespadj fini Terra S. Marie ipsum molinum laborandi, cavandi, & cum intro, & quod Molinum habe, & ipsam Terram cum pomis, & arboribus suis, & cum omnia, que super se, & infra se habent, in integrum do in ipsa Monasteria B. Sancti Mariani in servus servorum Dei ipsam terram, res, & molendinum ............ frugi, faciendi quid quid vos volueritis ............ servandi censnali ordine per eum vero racionem dedisti per quos dedi Sancte Mr. Monaschi mihi Trā Episcopo de Movile ......... Monasterium solidos sexaginta, & nobis pro ipsa convenientie recepimus pro ipsa terra, res, annuatim censum dare debeatis ........ Vero anno *in Assumptione S. Marie* una libra de cera debeatis dare. Quod si vos Terrimonaschi ipsam res, & ipsum molinum laboraveritis, & ipsum incensum annnatim dederitis, ego edifco, & repromitto, & obbligo me *Terramundu* Epis. & Posterisque successoribus meis Conveuientia ista fieri rogavi *Terramundu* Episc.

Scripsi Ego Albertus Notarius.

Ego Acto Pastorioni, & Corrado, & Joannes Medicus rogati sunt testes.

Ego Ugo electus Episcopus in hac convenientia a me rogata fieri propria mann scripsi.

Ego Paganns Archipresbiter in hac convenientia consensi.

Ego Bambo Primicerius in hac convenientia consensi.

Ego Joannes Presbiter in hac convenientia consensi.

## XI.

### *Gualderii donatio terrarum Ecclesiae S. Mariae Camerini.*

IN nomine D. N. J. C. anni sunt millesimo centesimo trigesimo quiuto & rennante ............ anno ejus ....... & facta est in mense Octubri in 1135

 ci-

civitate Camerena Ideoque ego Gualterius filiu .......... voluntate bona pensavi .......... de Dei misericordia & remediu & absolutione anime mee & de genitoribus meis & Joanna filia mea &c. propterea trado & concedo per hanc cartula ad S. Mariam in civitate Camerena & ad tibi D. Ugo & D. Ar ........ & ......... Canonicis in perpetuum medietatem ........ & terras in comitatu Camereno -- *reliqua deficiunt*.

## XII.

### *Bonfilii de Raino donatio pro Ecclesia S. Angeli infra Ostia.*

1156 * IN nomine domini nostri Jehsu X anni sunt mill. CLVI rengante frederico rege mense januarii indictione IIII. Quoniam facta hominum semper in memoria retineri non possunt ideo ego domnus bonfilius de raino anc cartulam fieri rogavi per quam concedo Ecclesie sancti Angeli de fra Ostia ....... vel johanni priori tuisque Successoribus in perpetuum omnibus meis pertinentiis idest terris & vineis & arboribus quas ego abeo in Comitato Camerini in Curia Collis amati & in aliis locis ubicumque ego abeo nullam reservationem mihi facio cum omnia que infra se abere videtur deinde abeatis & teneatis & possideatis adque faciatis quidquid vultis hec omnia que superius leguntur promitto me defendere in placito & extra placitum ab omni homine quod si hec non observavero pene nomine compositurì rem ipsam in duplum & insuper cartula firma permaneat ped. .... petrus de acto & ego de nizo & acto de Marto & aliis plures rogati sunt testes -- Baroncellus judex Loco * Signi.

## XIII.

### *Donatio* Acceptabilis *Epi. Camerinen. terrarum, & plurium Ecclesiarum favore Petri III. Abbati Coenobii S. Michaelis Arcangeli de Domoris.*

1171 IN nomine Sancte, & Individue Trinitatis anno ab Incarnatione D. N. J. C. MCLXXI. regnante Federico Imperatore IV. ........ & Marchione. Quoniam omnia, que aguntur, melius in scriptis reservantur, quam in nudis verbis relinquuntur, multo magis Ecclesiastica negocia, que geruntur privilegio Divino, & humano jure eaunclea-

*ri*,

ri, unde *acceptabilis* Divina opitulante gratia Camerine Ecclesie Episcopus, imitando certa vestigia suorum Predecessorum, & ut possit adimplere quod dictum est in precepto: Date, & dabitur vobis: cum consensu Archidiaconi, Primicerii, & omnium Canonicorum, qui sunt preordinati in Ecclesia Sancte Marie rogavit facere ........... in Cenobio S. Michaelis Arcangeli, quod est edificatum in loco, qui dicitur domorum vocat. rogavit & tradidit Petro Tertio Abbati omnibus Monachis, qui in servitio Dei sunt, vel erunt collocati, totam curiam, que attinet ipsi Eremo cum Terris, vineis, & silvis &c. & obsequium, quod est debitum de Domo, & Filiis, qui in Doliolo habitant, & ipsam Plebem S. Zenonis cum omnibus Capellis, & Ecclesiis, quorum nomina hec sunt. S. Barbara de Collina; S. Clara de Crisperio (1); S. Stephanus de Turicella; S. Paternianus de Montesco; S. Angelus de Avorna; S. Michael de Gallia; S. Maria de Ancajanu; S. Laurentius de Palazzuolo; S. Petrus de Gallia; S. Laurentius, & S. Maria de Usciano; S. Apollinaris de Cella; S. Maria de Macchie; S. Helena de Collina; & S. Viti de ........ & quas Cappellas cum omnibus juribus suis &c. ad dictam Plebem S. Zenonis, & ad vos, & ad dictum Episcopum spectantes dicto Petro Abbati, & Monachis dicti Coenobii tradidit &c. & ipsum praedictum Coenobium tenetur super altare S. Mariae Genetricis Dei pro hac causa portare candelam unam sine alia reservatione, dummodo sit unius librae, quamobrem &c. tibi Petro tertio Abbati signis &c. Rinaldus de Alberico, & Paganellus, & Offredutius de Maenio, & Petrus de Pagano testes interfuerunt -- signum ✠ M. Episcopi acceptabilis.

## XIV.

### *Fridericus I. Imperator donat Ecclesiae S. Severini Campum de Cesano.*

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus noverint universi Imperii nostri fideles tam praesentes, quam futuri, quod nos ob ........ & dilectionem dilectissimi Cancellarii nostri Gotfredi, & familiaris Cappellani nostri Teodici Propositi Mesnemsis Ecclesie Sancti Severini predium de Cesano contulimus, cujus latera sic describuntur. A capite est via, a pede rivus Castri, a latere predium Hugulini Severini, ab alio latere collis, & vinee. Hoc itaque predium ob anim e nostre, & Parentum nostrorum salutem prefate 1177



[1] Forte hic error irrepsit in exscribendo nomine Ecclesia *S. Clarae* de Crisperio. Nullam utique habemus Sanctam nomine *Claram* in Martirologiis ante XIII seculum.

Ecclesie Sancti Severini contravendimus, & confirmamus: Illis scill. hominibus, qui prefatum predium in pignore acceperunt Imperiali auctoritate, & sub obtentu gratie nostre firmiter precepimus quatenus a Priore, & Fratribus ejusdem Ecclesie accepta solutione debite pecunie ipsum predium libere, & etiam integre eis restituant. Si vero ipsi creditores debitam pecuniam recipere voluerint, damus potestatem Priori, & Fratribus prefate Ecclesie intrandi in possessiones absque nummorum numeratione. Statuimus propterea, & auctoritate Imperiali precipimus, ne aliquis Marchio, vel Comes, vel Consul, vel alia aliqua Persona parva, vel magna Ecclesiam S. Severini, aut ejus Fratres in his bonis gravare, se inquietare praesumat. Huic autem nostro statuto si quis ausu temerario objurgare attemptaverit decem libras aurei pro pena componat. Mediam partem nobis, & medium in Jura passiffe. Hujus rei testes sunt Conradus Suevus, Comes Assisi, Petrinus, & Offrodicius Consules S. Severini, Jacobus Judex, Comes Acto, Dalimanus, Severinus Rainaldi, & alii quamplures. Datum apud Assisium anno Doñi MCLXXVII. Indict. XI. XIIII. Kal. Jan.

## XV.

### *Alexandri III. privilegium pro Canonica S. Severini.*

1178 Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Alberto Priori S. Severini Camerinensis ejusdem Fratribus tam praesentibus, quam futuris Cannonice substituendis.


Devotionis sinceritas quam tempore scismatis in unitate Cattolica permanentes nobis, & Ecclesiae impendistis hortatur nos propensius, & inducit Ecclesiam vestram praeter commune debitum speciali caritate diligere, & contra malignorum incursus praesidium illi Apostolicum impertiri. Eapropter dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam S. Severini Cammerinen; in qua Divino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia inpresentiarum justè, & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis justis modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & inlibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo praefata Ecclesia sita est cum suis pertinentiis Ecclesiam Sancti Venantii cum suis per-

pertinentiis. Ecclesiam S. Abundii cum decimis, & aliis suis pertinentiis. Ecclesiam S. Martini cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Mariae de Saxo cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Blasii cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Severini de Ponte cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Mariae de Castellonovo cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Helenae cum pertinentiis suis. Quidquid juris habetis in Ecclesia S. Angeli. Ecclesiam S. Salvatoris submonte cum pertinentiis suis. Quidquid juris habetis in Ecclesia S. Bartolomei. Ecclesiam S. Nicolai de Monteacuto cum pertinentils suis, & quidquid habet in Valle Matelicae, & in Tolentinu. Et Campum de Cesanu, quem Serenissimus in Christo Filius noster Fredericus Illustris Romanorum Imperator rationabiliter Ecclesiae vestrae concessit. Propterea Auctoritate Apostolica inibemus ne quis in vos, vel Ecclesiam vestram excommunicationis, vel interdicti sententiam, absque manifesta, & rationabili causa promulget. Interdicimus etiam, ut sicut vobis Cammerinen. Episcopi concesserunt, & in eorum scriptis autenticis continetur à Fluvio Potentiae, usque ad viam de Colle, redeuntem in rivum, & in Vepre, sine assensu vestro, Ecclesiam, vel Oratorium construere nullus attemptet. salvis privilegiis Romanorum Pontificum. Ad haec adicientes statuimus ut sine assensu vestro, vel majoris, & sanioris partis nullus in vestra Ecclesia Clericus ordinetur. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Priore, vel tuorum quolibet Successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seù violentia praeponatur, nisi quem Fratres comuni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem providerint eligendum. Seppoltura quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremae voluntati, qui se illic seppelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac substentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva tamen Apostolicae Sedis auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica justitia. si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit potestatis, onorisque sui dignitate careat, reamque se divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu aliena fiat, atque in extremo examine divinae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bo-

bone actionis percipiant, & apud districtum Judicem proemia aeternae pacis inveniant.
Amen.

Amen.



Ego Alexander Cattolicae Ecclesiae Episcopus.
Ego Ubaldus Hostiensis Episcopus.

Ego Joannes Praesbiter Cardinalis Sanctorum Joannis, & Pauli tt. Pamachii.
Ego Joannes Praesb. Card. tt. S. Anastasiae.
Ego Petrus Praesb. Card. tt. S. Susannae.
Ego Petrus Presb. Card. S. Grisogoni.
Ego Bibianus Praesb. Card. tt. S. Stephani in Coelio Monte.
Ego Cinthius Praesb. Card. tt. S. Ceciliae.
Ego Arduinus Praesb. Card. tt. S. Crucis Jerusalem.
Ego Mattheus Praesb. Card. tt. S. Marcelli.

Ego Rainerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.
Ego Rainerius S. Adriani Diac. Card. S. Adriani.
Ego Matthias S. Mariae Novae Diac. Card.
Ego Bernardus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Datum Tusculan. per manum Alberti S. Romanae Ecclesiae Praesbiteri Cardinalis, & Cancellarii XIII. Klendas Februarii. Indictione XII. Incarnationis Dominice Anno M. C. LXXVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Ppāe III. Anno XX.

## XVI.

### *Marcavallus filius de Albertino Comite donat Monasterio S. Angeli infra Ostia medietatem plebis S. Anatolie.*

1180 AB incarnatione domini anni sunt MC. octoginta regnante Frederico imperatore & factum est mense februarii per indictionem XII. Quum facta hominum semper in memoriam ....... possunt Ideo ego Malcaval ...... lius de Albertino comite hanc car ....... eri rogavi per quam concedo tibi ad ........ tatem sacro altari monasterio sancti Angeli infra hostia medietatem de plebe sancte Anatholie cum libris campanis & paramentis & omnia que ad illam ecclesiam pertinet pro anima meo genitore acque genitrice & pro omnium meorum consanguineorum

rum & pro mea anima ut dominus dignetur mihi remittere mea peccata in manu dopno Aℓtolino venerabilis Abbas & domno Aℓto proposito ejusdem Monasterii illam paternentiam quam in illa plebe abeo & nullam reservationem innilla plebe fatio nisi sancta vestra oratio qua in sacro vestro monasterio nunc agitur & in futuro deo concedente agetis & ita obligo me pro meisque eredibus tibi sancto altari supradicto & tibi venerabilis aℓtolinus abbas & dopnus Aℓto propositus vestrisque Subcessoribus in perpetuum defendere in placito & extra placitum contra omnes personas & si quis istam cartulam corrumpere vel falsare voluerit componat rem duplam & post pena data & absoluta ista cartula senper firma & stabilis permaneat omnibusque temporibus.

Munaldus de saxo & Ubaldus de guilielmo & acto & ugolinus fili de boctione & acto mizolus & guido rogati sunt testes.

Petrus his metris cartulam ..... notario signo
Sub intra cum ore benigno.

## XVII.

### *Lucius Papa III. sub protectione Sanctae Sedis recipit Monasterium Vallis focinae.*


LUcius Episcopus Servus servorum Dei.
Johanni Abb. *S. Mariae Vallis Fucine* ejusque Fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Effectum justa postulantibus indulgere & vigor equitatis & ordo exigit rationis presertim quando petentium voluntate & pietas adjuvat & veritas non relinquitur. Eapropter dilecti in Dño Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus. & prefatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona idem Monasterium in presentiarum juste & Canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum oblatione fidelium seu aliis justis modis operante Domino poteritis adipisci firma vobis vestrisque subcessoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Capellam S. Petri de Citrugni. Capellam S. Nazarii cum pertinentiis earum. Capellam S. Stephani S. Peterniani de Serra alta. Capellam S. Marie, & S. Stephani de Lascure. Capellam S. Joannis & S. Martini de Lumuscusi. Capellam S. Crucis. Capellam S. Lucie de Paterno. Capellam S. Angeli de Collegogo. Capellam S. Pe-

1184

S. Peterniani. Capellam S. Marie. Capellam S. Helene. Capellam S. Angeli de Latrusca. Jus quod habet in Ecclesia S. Elene de Corsano. Heremitam de aqua alta. Heremitam de Cupigliolu. Omne jus quod habet in Ecclesia S. Salvatoris de Afrano. Capellam S. Joannis de Saletto. & jus quod habet in Ecclesia S. Fortunati. Capellam S. Marie de Colletlre. Capellam S. Marie de Lavenano. Jus quod habet in Ecclesia S. Petri. Jus quod habet in Ecclesia S. Salvatoris. Jus quod habet in Ecclesia S. Ernesii de Lavenano. Omne jus quod habet in Ecclesia S. Superantii de Cingulo. Capellam S. Marie de Strata. Capellam S. Flaviani, Cellam S. Marie de Usatl & jus quod habet in Ecclesia S. Angeli. Jus quod habet in Ecclesia S. Marie de Jaconisco. Capellam S. Lucie de valle. Capellam S. Petri de Castelluni. Omne jus quod habet in Ecclesia S. Blasii. Ecclesiam S. Joannis de Pertica de castro Racanati. Capellam S. Marie de Fulliano. Jus quod habet in Ecclesia S. Salvatoris de Vicinato. Jus quod habet in Ecclesia S. Philippi de Monte Azzano. Capellam S. Mauritii de Musciano. Capellam Sancti Michaelis de Terra alta. Capellam S. Joannis de Rotulano cum omnibus pertinentiis earum. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos & absolutos cum rebus suis ad conversionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ne aliquis Episcopus Monasterium vestrum seu Monachos ibidem in domo famulantes absque manifesta & rationabili causa interdicto supponat. Nec clericos Capellarum ad vestrum monasterium pertinentium contra statuta Lateranentii Concilii aggravare presumat. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi & alia ecclesiastica Sacramenta gratis, & absque pravitate aliqua per Diecesanos Episcopos vobis precipimus exhiberi. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni, & extreme voluntati ........ sepelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati & interdicti sint; nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero ...... ejusdem loci Abbate, vel tuorum successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii majoris secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatum Monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernationes aut substentatione concessa. Sunt usibus omni-

nimodis profutura salva Sedis Apostolice auctoritate & Diocesanorum Episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Dñi Redemptoris nostri Jesu Xptī aliena fiat atque in extremo examine Divine ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Dñi Nrī Jesu Xptī quatenus & hic fructum bone actionis percipiat, & apud districtum Judicem premia externe pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego Tedinus Portuen. S. Rufinæ Sedis Episcopus.
Henricus Albanen. Episcopus.
Ego Laemetus Diac. Card. S. M. in Cosmedin.
Ego Gratianus SS. Cosme & Damiani Diac. Card.
Ego Bobo S. Angeli Diac. Card.
Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card.
Ego Octavianus SS. Sergii & Bacchi Diac. Card.
Ego Syfredus S. M. in via lata Diac. Card.



Dat. Veruli per manum Alberti S. Rom. Ecc. Presb. Card. & Cancell. II. Non. April. Indict. II. Incarnat. Dom. anno MCLXXXIIII. Pontificatus vero Dom. Lucii Pape III. anno III.

## XVIII.

### *Carta Emphyteusis facta ab Acceptante pluribus consortibus.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.
Ab Incarnatione Dñi Nrī Jesu Christi anni sunt MCLXXXVI. indictione IV. mense Decembris regnante Frederico Imperatore; 1186
Quod scriptum fidelis est, & vera memoria. Ideoque *Ego Accettans* Camerin. Epūs una cum voluntate Fratrum meorum, qui sunt præordinati in offitio nostre Sante Ecclesie do, & concedo, atque trado vobis filiis Reinaldi Petri scilicet Ofredutio, & ysaac, & jonta, & baligano vestrisq. heredibus masculini usque in tertia vestra generatione masculina finita jure enphiteutico, & si unus vester decederet, alteri in portione ejus succederet. Hoc est totum quod habetis, & tenetis in *curte Collis lucis*, & in curte balvingnani scilicet Mansum Albrici actonis Lopuni, & Nepotes ejus cum suis possessio-

 ni-

nibus, & Liianni Alberti cum eorum possessionibus, & boni otti cum suis tinimentis, & Leto axii cum filiis, & nepotibus & eorum possessiones, *& partem castellare collis lucis*, & vineam, quæ stat in pede Castalleri, & omnia que habetis in curia Sanctiseverini, & infra Castrum, quae ad ............ pertineat, & omnia que habetis, & tenetis in Castro Tolentini .... pertinentiis hoc est Mansum de acto marange, & Mansum .......... campum, qui jacet juxta Ecclesia S. Savini cum suis lateribus ........ habetis, & tenetis qui ead Ecclesiam pertineat in curte ........... celle, & plebis Sancti Andreæ & Andriano, & Mansum ............ Ugolino Vitale cum suo Manso, & campum Sancti . . . . . . . . . . . . . . . . . lateribus. A primo latere tenet Jacobus de Novillina .......... Ecclesia S. Antini. A terzio Plebanus Sancti Andree, & filiis, ac ...... muti. A quarto acto janni pro de habendi, tenendi, id possidendi. Ideo quia dedisti mihi pretium octo librarum lucentium, & unum anulum aureum valens trium librarum lucentium, & ante quam hoc scriptum vobis faceremus habebatis in pingnore totum illud, quod habetis ab Ecclesia in curia collis lucis, & balvignani pro sex libris luc. ab *Episcopo Tudino*, & manso Ugolini Petrutii, & Petrum Vitale cum suo Manso pro triginta solidis luc. Tamen nec vendendi, nec que in alterius jure ...... trasmutandi nisi jura nostre Sancte Ecclesie conservandi, censum annualiter dandi in festivitate S. Marie mihi, vel mio Nuctio quatuor luc. Quod scriptum promitto vobis vestrisque heredibus per me, meosque successores defendere, & authorizare contra omnes personas hominum; quod si non fecero, aut facere noluero penam promitto pro me, & pro meis Successoribus dare quinquaginta libras danariorum lucentium, & scriptum istud in suo rubore permaneat. Ad hec isti rogati sunt testes Domno Boni Plebanus Castri S. Severini, Joannes Medicus Camerinensis; Petri cantone Raino Zoepu-Reinaldo de pacto Petri boni; acto deleto. Domno Codacto Cortese. Ego Rainaldus Notarius rogatus hoc scriptum conficere mea propria manu conscripsi.

## XIX.

### *Celestini III. Privilegium pro Monasterio Riguli sacri in Cam. Diœc.*

1192 IN Dei nonē Am̄. Hoc est exemplum sive copia cujusdam privilegii Papalis reperti in quadam carta membrana concessi per quondam felicis recordationis Sm̄um in Xpō Patris & Dn̄um Dn̄um Celestinum Diū proū pp. tertium bullati una bulla plumbea penenti & li-


& ligata ad dictum privilegium cum quibusdam filis de sirico rubro, & gialdo, in qua quidem bulla ab uno latere erant sculte litere sic dicentes Celestinus pp. III. & circumcirca &c. &c. Cujus quidem privilegii, & subscriptionum tenor, & signorum forma talis esse dignoscitur.

Celestinus Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Petro Abbati Monasterii Scī Salvatoris Riguli Sacri, ejusque Fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quoties a nobis petitur quod religioni, & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter Dilecti in Dño Filii vestris justis postulationibus annuimus clementer, & prefatum Monasterium Scī Salvatoris Riguli Sacri in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri, & nrā protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo Monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumq; possessiones, quecumq; bona idem Monasterium impresentias juste, & Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Dño poterit adipisci firma vobis, vrīsq; successoribus & inlibata permaneant; In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est cum ōibus pertinentiis suis. *Capellam Scē Marie de Merigu* cum possessionibus & pertinentiis suis. Capellam *Scī Angeli de Campicino* cum possessionibus & pertinentiis suis. Capellam *Scē Crucis de Cupis* cum possessionib., & pertineñ. suis. Capellam *Scī Angeli de Scō Ginisio* cum possessionib., & pertinen. suis. Quidquid juris habetis in Ecclesia *Scē Lucie de Racanati*. Ecclesiam *Scī Jacobi de Macerata* cum possession. & pertinen. suis. Tres Mansos in *Villa belonie*, & tres Mansos in *Castro Aquacanine*. Quidquid juris habetis in Ecclesia *Scē Lucie de Scō Genesio*. Capellam Scī *Petri de Castello Mainardi* cum possession. & pertinen. suis. Campum de Campicino cum pertinen. suis. Mansum de lamandine cum pertinen. suis. Mansus de Petro Actum bonacti cum pertinen. suis. Possessiones omnes terrarum que sunt in montibus Prete late. Collemundi. Vallis de Sibla. Fani montanarii. & plage de Vicciole cum silvis & pertinen. suis. Sane novalium ũrorum que propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos, & absolutos a seculo fugientes, ad conversionem recipere & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem

 fas

ſas ſit abſq; Abbatis ſui licentia, niſi artioris religionis obſtentu de eodem loco diſcedere. Diſcedentium vero abſq; communium lictera-rum citatione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excomunicatis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare Seppultu-ram quoque veſtri loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepelliri deliberaverint, niſi forte excomunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Ob-beunte vero te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſ-ſorum nullus ibi qualibet ſurrectionis aſtutia, ſeu violentia prepona-tur, niſi quem frēs communi conſenſu, vel frūm pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eli-gendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hoīum ſas ſit prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernio ac ſubſtenta-tione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſto-lice auctoritate, & Dioceſani Epī Canonica juſtitia. Ad inditium au-tem, quod idem Monaſterium ſub Beat. Petri & nrā protectione con-ſiſtat, duos ſolidos Luceñ. Monete annis ſingulis nobis ñriſq; ſucceſſo-ribus perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccliāca ſeculariſve per-ſona hanc nrē conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum con-grua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſve ſui dignitate careat, reamque ſe divino juditio exiſtere de perperata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Dñi Redemptoris nrī Jhū Xpī aliena fiat, atq; in extremo examine divine ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Dñi. nrī Jhū Xpī. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum udicem premia eterne pacis inveniat. Amen. Amen.



Fgo Celeſtinus Catholice Ecclē PP.

✝ Ego Albinus Albanensis Eps.
✝ Ego Johannes Prenestinus Eps.
✝ Ego Pandulfus bas. XII. Aplorum pbr. Card.
✝ Ego Melior Scorum Johis & Pauli Pbr. Card. tt. Pamachii.
✝ Ego Johannes tt. Sci Clementis Card. Tuscanen Eps.
✝ Ego Romanus tt. Sce Anastasie pbr. Card.
✝ Ego Johannes tt. Sci Stephani in Celio Monte pbr. Card.
✝ Ego Gratianus Scor. Cosme & Damiani Diac. Card.
✝ Ego Girardus Sci Andriani Diac. Card.
✝ Ego Gregorius Sce Marie in Aquiro Diac. Card.
✝ Ego Lotarius Scorum Sergii & Bachi Diac. Card.
✝ Ego Nicolaus Sce Marie in Cosmydin Diac. Card.

Datum Laterani per manus Egidii Sci Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. iiij. Id Maij Indic. decima Incarn. Dnice anno M. C. XC. ij. Pontificatus vero Dni Celestini pp. iij. anno secundo.

Loco ✠ Signi. Et Ego Paulus Lippi de Flastra districtus Civit. Cam. Impli aucte Not. pred. exemplum &c. transcripsi &c. & una cum provido Viro Ser Rodulfo Bartholomei de Castro Flastre Not. pub. rog. de subscribendo se huic exemplo &c. auscultavi coram Venerabili Viro Dno Francisco Canonico Majoris Camerini Eccle. Vic. Genli Rdi in Xpo Pris & Dni *Dni Benedicti* decretorum Doctoris Miserat. divina, & Aplice Sedis gra Cam. Epi pro tribunali sedente ad suum solitum bancum Juris existen in palatio Cam. Epatus. in Ciu Cam jux vias & jux Vannem. Leopardi, & alios fines & quia concordare inveni &c. in publ formam redegi sub anno Dni 1387. Ind. 10. tpre &c. Dni Urbani &c. pp. VI. die XXII. mens. Aug. in suprad. loco pntibs pred. Ser Rodulfo, Ser Deutesalve Bonaventure de Fabriano, Dogno Johanne Punctii Canonico Ecclæ *Sci Jacobi* & Dno Nunctio Branche Canonico Ecclæ Sci Venantii de Cam. testibus &c.

## XX.

### *Concordia inter* Attonem *Episcopum Cam. & Consules, & Commune Fabriani.*

IN Nomine Domini: Annis MC. Ng.a imperante Gloriosissimo Rigo Romanorum Imperatore Augusto existente. Et factum est quarto die intrante mense Decembr. Indic. X. Nos quidem in Dei nomine Corradus, & Matheus electi Arbitri de controversiis, que vertebantur inter *Attonem* venerabilem Kamerinensem Epum ex una parte, & Consules Fabriani, Urzonem videlicet, & Florentinum, & bonos homines de Fabriano ex altera, tali a parte utraque facta promissione, ut 1192

sta-

ſtarent arbitrio noſtro ſub pena C. lib. viſis hinc inde rationibus earum, & diligenter examinatis, quia probatum fuit nobis per idoneos teſtes, quod B. Memorie *Todinus* Kamerinen. Epūs patronatum Canonice S. Venantii in Caſtro Fabriani ſite bonis Hominibus de Fabriano conceſſit, ideoq. nos eos Patronos pronunciamus a bene facien., & concedimus eiſdem Patronis, ut Canonicis eligant Priorem, Epō autem confirmationem reſervamus. Propterea quia per teſtes idoneos nobis fuit probatum quod Epūs Todinus convenit cum Fabrianenſibus quod prefata Canonica debebàt permanere & ſtare & quantum ad Epūm & quantum ad Communitatem Fabriani ad eam conſuetudinem, ad quam ſtabat Canonica S. Severini & cum Epō & cum Communi Sancti Severini. Eapropter & nos pronunciamus ut ſupradicta Canonica ſtet ad eam conſuetudinem & quantum ad Epūm, & quantum ad Commune, ad quam amodo ſtabit Canonica S. Severini, & cum Epō, & cum communi ſuo. Preterea quia probatum fuit, quod Fabrianenſes convenerunt cum prefato Epō dare de domibus ſingulis, que erant in veteri Caſtro omni tertio anno darent unum denarium Lucen. altari S. Marie menſis auguſti, precipimus prefatis hominibus de Fabriano, ut pro ſingulis prefatis domibus omni tertio anno dent unum Lucenſem ſupradicto altari menſe prefato. Et quia prememorati Fabrianenſes dicebant ſe conveniſſe ſcilicet hos nummos dare modo predicto, & quia Epūs convenerat pro eis Fabrianenſibus diſpendium, & affare quando apparet eiſdem facere; e contra Epūs dicebat ſuum Anteceſſorem ideo hoc conveniſſe, quia & hoc idem a Fabrianenſibus ſibi fuerat conventum, ideo utrique parti precipimus ut hoc obſervent de prefata conventione quod ſui anteceſſores inter ſe convenerunt. Et quia probatum fuit nobis quod decime Dominorum pignori erant obligate Epō pro decem libris, ipſi Fabrianenſes, precipimus perſolvant Epō decimas quouſque reddant decem libras, & condemnamus Henricum Supponis, & Filium Tranſimundi, & Ugolinum Viviani, & filios Sforzii, ut reſtituant Epō medietatem de Xpōfanis, & de Piloſis, & de Stephanellis de hominibus, & de manſis; & Epō precipimus ut concedat filiis Hernici, & filiis Igolini, & filiis Sfortii, & Catenazii in filiis, & nepotibus legitimis maſculinis in Emphiteuſim medietatem de hominibus, que apud eos remanebit; & hoc ſub penſione duorum denariorum pro unoquoque foculari vel manſione hominum. Et omnia predicta precipimus Parti utrique ut firma teneant ſub pena C. librarum, quam penam utraque Pars ab altera ſtipulata eſt; ſi ptā nollet obſervare, & Curri a partibus, ſi arbitrio nollent parere. Et ego Bonus homo Not. rogatus a Corrado Gualterii, & Mattheo Tranſimundi utraque parte preſente, & conſentiente hanc ſententiam ſcripſi ſub atteſtatione de Morico de Calvello, Bonaora de Tricanello, Simone de Mainardo, Calcaterra de Carillo Cartameſſa, Severino-Pleba-

bano S. Zenonis, Rambaldo Plebanus Civitatis Rubbolo de la Muzia, & Franco de Quintavalle &c.

# XXI.

## *Concordia inter eundem* Attonem *Episcopum, & Domnum Martinum Priorem Camaldulensem, & Nicolaum Abbatem S. Helenae.*

IN nomine Domi. Anno Doñi M. C. nonaginta V. Indict. XIIII. & die mensis julii & pp. Celestino in Apostolica sede sedente Regnante Rigo Imperatore. Breve recordationis qualiter compositum est inter Donnum Epūm *Actonem* Camerinensium, & Donnum Martinum priorem Camaldolensium una cum Nicolao Abbē Sante helene, ejusque fratribus de querimonia inter eos vertente super Monasterio Sancte helene videlicet quod abbas eligatur de Conventu S. helene de Conventu Camaldolensium confirmandus. Benedicendus Camerin. Episcopo presentetur. & promittat ei obedientiam & reverentiam sicut alii Abbates Camerinen. Ecclesie sine sacramento. & si acciderit quod prior ..... removere abbatem litteris vel nuncio denuntiet Epō. Epūs tamen non contradicat; ita quod ille qui movetur prius satisfaciat Epō si in aliquo teneretur. quod si non faciet, successor ejus eodem modo teneatur, & ea promittat sicut predecessor. Interdicta Epī omnia observet sicut generalia decreta precipiunt. & si crediderit injuste se interdictos obser ................. donec prior vel abbas representet se Epō, & ostendat legamine se injuste fieri interdictos ad .............. sicut alia Monasteria pro modo facultatum. Admonitiones, salutationes, correctiones ab Epō recipiat. hospitalitates pro Epō recipiat. Et ego predictus atto Camerinen. Epūs de consensu Raini archidiaconi, & Rainaldi Canonici & Morici queto & renuntio omnem litem, & querimonia quam faciebant vobis Camaldulenses de Monasterio S. helene. Hec omnia promissa sunt ab utraque parte pro se, suisque successoribus sub pena C. Marcarum puri argenti, & pena soluta predicta firmiter teneantur. Hoc totum actum est concordante Doño jordano humanensi Epō, quia ad causam predictam a Doño Apostolico fuerat delegatus & ejus auctoritate quod factum est in Ecclesia sancte helene in presentia Ugolini Filippi de Recanato assessoris predicti Epī. Abbatis Sassonis Vallefocine. Abbatis Ubaldi de Rotis. Nicolay Epī. Donni Mauri prioris de Eremita. Doñni Vitalis prioris de Serre. Donñi Pauli prioris aquedeperellis. Doñni Magalott. Doñni Deus te salvet de Recanato; & aliorum plurium rogatorum testium. Ego Ugolinus Notarius de Casavolla manu mea scripsi. 1195

Ce-

# XXII.

## *Celestini III. privilegium pro Canonica S. Severini.*

✝ CELESTINUS Epũs Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Gargano Priori S. Severini Cammerinen. ejusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris substituendis. In &c.


1197 QUoties à nobis petitur quod religioni, & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter dilecti in Domino Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam S. Severini Cammerinen., in qua Divino mancipati estis obsequio ad exemplar felicis recordationis Alexandri, & Clementis prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio comunimus. Statuentes ut quascumque Possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia inpræsentiarum justè, & inviolabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci Firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus suis pertinentiis. Quidquid juris habetis in Ecclesia S. Venantii de Cesule. Ecclesiam S. Abundii cum decimis, & aliis suis pertinentiis. Ecclesiam S. Martini cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Mariæ de Saxo cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Severini de Ponte cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Blasii cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Marie de Castello novo cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Helenæ cum pertinentiis suis. Quidquid Juris habetis in Ecclesia S. Angeli de Folennano. Ecclesiam S. Salvatoris de Submonte cum pertinentiis suis. Quidquid juris habetis in Ecclesia S. Nicolai de Submonte. Quidquid juris habetis in Ecclesia S. Bartolomei de Paliulitu. Ecclesiam S. Nicolai de Monteacuto cum pertinentiis suis, & quidquid habetis in Valle Matelicæ, & in Tolentinu. Et campum de Cesanu, quem Serenissimus in Christo filius noster Fredericus Romanorum Imperator rationabiliter Ecclesiæ vestræ concessit, & quidquid habetis in Ecclesia S. Stephani de Settempeda. Præterea auctoritate Apostolica inibemus, ne quis in vos, vel Ecclesiam vestram excommunicationis, vel interdicti sententiam absque manifesta, & rationabili causa promulgare præsumat. Interdicimus etiam ut sicut vobis Cammerinen. Episcopi concesserunt, & in eo-

rum

rum ſcriptis autenticis continetur à Fluvio Potentiæ uſque ad viam de Colle redeuntem in Rivum, & in Vepre ſine aſſenſu veſtro Eccleſiam, vel Oratorium conſtruere nullus attemptet. Salvis tamen privilegiis Romanorum Pontificum. Ad hæc adicientes ſtatuimus, ut ſine aſſenſu veſtro, vel majoris, & ſanioris partis nullus in veſtra Eccleſia Clericus ordinetur. Seppoltura præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars major conſilii ſanioris ſecundum Deum timorem providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino Hominum fas ſit præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeù quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate, & Dioceſani Epiſcopi canonica Juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve Perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit; ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia eternæ pacis inveniant. Amen. Amen.




Ego Celeſtinus Catthólicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Octavianus Hoſtien, & Velletranus Epūs.
Ego Petrus Portuen, & S.Rufinæ Epūs.
Ego Guido Præsb. Card. S. Mariæ traſtiberim tt. Calixti.
Ego Ugo Præsb. Card. S. Matthiæ tt. Egitii.
Ego Bernardus S.Petri ad Vincula Presb. tt. Eudoxiæ.
Ego Joannes tt. S. Priſcæ Præsb. Card.



Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card.
Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu Diac. Card.
Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diac. Card.
Ego Gregorius S.Georgii ad Velum aureum Diac. Card.
Ego Lotarius SS. Sergii, & Bacchii Diac. Card.
Ego Gregorius S. Angeli Diac. Card.

Datum Laterani per manum Centii S. Luciæ in Orrhea Diac. Card. Domini PPæ. Cammerarii quinto Idibus Septembris Indictione prima Anno Domcæ Incarnationis MCLXXXXVII. Pontificatus verò Celestini Papæ III. Anno septimo.

## XXIII.

### *Innoc. III. privilegium pro Monasterio S. Angeli infra Ostia.*

1198 INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Marino Abbati Monasterii S. Michaelis infra hostia, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni, & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum effectum impertiri. Eapropter dilecti in Domino Filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo Monasterii, quem secundum Deum, & beati Benedicti regulam in eodem loco institutum esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium in presentiarum juste, & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci firma vobis, vestrisque Successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum, ......, in quo predictum Monasterium constructum est cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam *S. Luciæ* de Fabriano. Ecclesiam *S. Crucis* de Attigio. Ecclesiam *S. Justini*. *Villam de Clusio* cum Ecclesia *S. Pauli* ejusdem Villæ. Ecclesiam *S. Stephani* de Rufano. Ecclesiam *S. Donati* de Nibbiano. Jus quod habetis in Ecclesia *S. Mariæ* de Pallano. Jus quod habetis in Ecclesia *S. Angeli* ejusdem Villæ. Ecclesiam *S. Venantii*

*tii* de Corie. Ecclesiam *S. Marie* de Savenan. Ecclesiam *S. Salvatoris* ejusdem Villæ. Ecclesiam *S. Mariæ* de Nibbiano. Ecclesiam *S. Tossani.* Ecclesiam *S. Mariæ* de Monte. Ecclesiam *S. Mariæ* de Casale. Ecclesiam S. Salvatoris de Valleacujana. Jus quod habetis in Ecclesia *S. Angeli* de Valle. Ecclesiam *S. Petri* de Casale *Fuscichi*. Ecclesiam *S. Valentini*. Ecclesiam *S. Mariæ*, & Ecclesiam *S. Martini* de Mistrejano. Ecclesiam *S. Nicolai* de Matelica. Ecclesiam *S. Nicolai* de Donori. *S. Petri* de Casaneo. Ecclesiam *S. Laurentii* de Agultrono. Jus quod habetis in Ecclesia *S. Joannis* de Lacurse. Ecclesiam *S. Petri* & Ecclesiam *S. Mariæ* de Collicle. *S. Eutitii* de Arborata in Commune Nucerino. Ecclesiam *S. Savini* de Valle Sumactia, & Ecclesiam *S. Angeli* in Castro Sumarcia. Ecclesiam *S. Andreæ* de saecria. Jus quod habetis in Ecclesia *S. Andreæ* de Laravino. Ecclesiam *S. Jacobi* & *Christophori* in Serra de Petratto in predicto Comi Nucerino. *Monasterium S. Benedicti* de Caprili cum omnibus Ecclesiis & pertinentiis suis in Episcopatu Auximano. Ecclesiam *S. Petronillæ* de Monte S. Mariæ cum possessionibus suis, & jus quod habetis in aliis Ecclesiis ejusdem loci cum omnibus pertinentiis supradictarum Ecclesiarum in Episcopatu Nucerino, Camerinense, & Auximano terras sylvas, vineas, quas ibi habetis sene novalium vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a Vobis omnino decimas, vel primitias exigere presumat. Liceat quoque Vobis Clericos, vel laicos fugientes liberos & absolutos ad conversionem recipere, & in vestro Monasterio absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit de eodem loco absque licentia Abbatis sui, nisi obtenta a vestris religione discedere. Discedendo vero sine comuni vestrorum cautione nullus audeat retinere. Sepulturam quoque Christianorum loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati qui se illic sepelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen justitia parochialium Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum, nullus ibi qualibet surretionis astutia, seu violentia preponatur, nisi quem fratres comuni consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, ac Beati Benedicti regulam providеant eligere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra, & illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione, ac substentatione concessa sunt usibus omninò profutura. Salva Sedis Apostolice Auctoritate, & Diocesani Epi Canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Secularisve persona


na hanc noſtre conceſſionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatiſfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat pretereaque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate reum eſſe cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictè ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Xpti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

fac mecum Domine

| Scs | Scs |
| --- | --- |
| Petrus | Paulus |
| Inno | centius |

ſignum in Bonum

Ego Innocentius Catholicæ Eccl. Epūs ſſ
Ego Octavianus Oſtien, Velleten Epūs ſſ
Ego Portuen & S. Rufine Epūs ſſ
Ego Joannes Albanenſis Epūs ſſ
Ego Petrus tt. S. Ceciliæ præsb. Card. ſſ



Ego Jordanus S. Pudentianæ tit. presb. Card. ſſ
Ego Guido presb. Card. S. Martini ſſ
Ego Ugo tt. S. Joannis in Celio monte Presb. Card. ſſ
Ego Uffredus tt. S. Praxedis præsb. Card. ſſ
Ego Berardus tt. S. Petri ad Vincula presb. Card. ſſ
Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card. ſſ
Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card. ſſ
Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ſſ
Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card. ſſ
Ego Petrus S. Marie in Vialata Diac. Card. ſſ

Datum Laterani per manum Raynaldi Acherontis Archiep. Cancellarii vicem agentis xij. Kal. Aplīs Indict. ſexta Incarnat. Dominicæ Anno MC XCVIIJ Pont. vero D. Innocentii Pape III. Anno III.

*Con-*

# XXIV.

## *Confederatio Consulum Camerini cum Consulibus Monticuli*.

Anno. Xpĩ M. C. Nonagesimo. VIII. Ind. Prima tempore Innocentii Papæ, & Marcuardi Marchionis die IIII. Intrante Mense Madii Camerini factum est hoc.

Breve recordationis ad memoriam retinendam de Sotietate, quam 1198
Consules Camerini scilicet Albertus Rugerii. *Munaldus Ofreducii*. Bonafides Rainaldi. Bonifatius Paganelli. Berãdus Bordonis. Cum Consulibus Castri de Monticulis contrahunt rectam Sotietatem usque ad. X. annos ad renovandum. Et isti sunt Consules Castri de Monticulis scilicet Andrea de Ugo Grimaldi. *Tomaso Blasii*. Bentevolius ..... scilicet contra omnes homines, & pro nostro nomine adjuvare, & facere pacem, & guerram comũnitèr, excepto Marchione, & Inperatore Herrico, & excipiunt Castrum S. Severini, taliter quod adjuvabunt eos in Territorio eorum de Monticul, & non juvabunt illos de Sancto Severino contra eos. & quod non facient etiàm finẽ cum illis de Sanct. Severino. Nec cum aliis Inimicis sine ipsis, & quidquid duo de Nostris, & duo boni homines de Vestris volunt addere, communitèr teneamur isto Sacramento. Et si erimus in Castro vestro, nobis dabitis expensas, si ammitteritis aliquid, quod absit, Civitas teneatur emendare. donech erimus in Campo, expensã, & redditũ de nostris sit super Civitatem. E converso Consules de Castro Monticul promittunt per omnia predicta Consulibus Civitatis observare & facere similitèr, & utraque Pars promittit, & Communitate eorum, & secretum tenere de predictis donech eis placeat quod sit in manifesto, vel nisi sit in publico, & si aliqua offentio erit Inter nos fieri, ante Consule & emendetur in arbitrio Consulũ recipientium offensã. Et hoc totũ quod superius dictũ est ex utraque Parte factũ est sub pena: C. Marcharum boni argenti, & pena soluta, hec Carta firma sit, & sotietas semper.

Nomina Testiũ sunt hec. Thomasio de Blasio. Montecele Albrici. Corradus Gualterii. Munaldus Guidi. Petrus Paganelli. Senebaldus Muczie. Bonaora Berãdi, & alii plures rogati sunt testes.

Ego Nicolaus divina gratia Camerineñ Not. rogàtus manu mea scripsi.

In-

# XXV.

## *Innocentii III. privilegium pro Canonica S. Severini.*

1198 Innocentius Epūs servus servorum Dei Dilectis Filiis Gargano Priori Sancti Severini Camerinen, ejusque Fratribus tam præsentibus quam futuris Canonice substiduendis In ✠ P P N.


QUoties a nobis petitur quod religioni, & honestati convenire dinoscitur; animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter dilecti in Domino filii vestris postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam Sancti Severini Camerinen., in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Alexandri, Clementis, & Celestini prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio comunimus: Statuentes ut quascumque Possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia inpresentiarum juste, & rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci; firma vobis, vestris successoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est cum omnibus suis pertinentiis. Quidquid juris habetis in Ecclesia Sancti Venantii de Cesule. Ecclesiam Sancti Abundii cum decimis, & aliis suis pertinentiis. Ecclesiam Sancti Martini cum pertinentijs suis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Saxo cum pertinentiis suis, Ecclesiam Sancti Severini de Ponte cum pertinentiis suis, Ecclesiam Sancti Blasii cum pertinentiis suis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Castello novo cum pertinentiis suis. Quidquid juris habetis in Ecclesia Sancti Nicolai de Submonte. Quidquid juris habetis in Ecclesia Sancti Bartolomei de Palulitu. Ecclesiam Sancti Nicolai de Monte acuto cum pertinentiis suis, & quidquid habetis in Valle Matelicæ, & in Tolentinu, & campum de Cesanu, quem illustris memoriæ Fredericus Romanorum Imperator rationabiliter Ecclesiæ vestræ concessit, & quidquid habetis in Ecclesia Sancti Stephani de Septempeda. Silvam Pallioliti, & quidquid habetis in Ecclesia Sanctæ Luciæ de Paterno, & quidquid habetis in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Cerreto. Preterea auctoritate Apostolica inhibemus ne quis in vos, vel Ecclesiam vestram excommunicationis, vel interdicti Sententiam absque manifesta, & rationabili causa promulgare præsumat. Interdicimus etiam, ut sicut vobis Camerinenses Episcopi concesserunt, & in eorum scriptis autenticis continetur à Fluvio Potentiæ usque ad viam de Colle redeuntem

in

in rivum, & in vepre fine affenfu veftro Ecclefiam, vel Oratorium conftruere nullus attemptet. Salvis tamen privilegiis Romanorum Pontificum. Ad hæc adicientes ftatuimus, ut fine. affenfu veftro, vel majoris, & fanioris partis nullus in veftra Ecclefia Clericus ordinetur. Sepulturam preterea ipfius loci liberam effe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui fe illic fepeliri deliberaverint, nifi forte excommunicati vel interdicti fint nullus obfiftat. Salva tamen juftitia illarum Ecclefiarum à quibus mortuorum corpora affumuntur. Obeunte vero te nunc ejufdem loci Priore, vel tuorum quolibet fuccefforum nullus ibi qualibet furreptionis aftutia, feu violentia præponatur, nifi quem Fratres communi confenfu, vel Fratruum pars major confilii fanioris fecundum Dei timorem providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas fit præfatam Ecclefiam temere perturbare, aut ejus poffeffiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, feu quibuslibet vexationibus fatigare, fed omnia integra conferventur eorum, pro quorum gubernatione, ac fuftentatione conceffa funt ufibus omnimodis profutura. Salva in omnibus Apoftolicæ fedis anctoritate, & Diocefani Epifcopi Canonica juftitia. Siqua igitur in futurum Ecclefiaftica fecularifve perfona hanc noftræ conftitutionis paginam fciens contra eam temere venire temptaverit fecundo tertiove commonita, nifi reatum fuum congrua fatisfactione correxerit poteftatis, honorifque fui careat dignitate, reamque fe divino judicio exiftere de perpetrata iniquitate cognofcat, & a Sacratiffimo corpore, ac fanguine Dei, & Domini Redemptoris noftri Jefu Crifti aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni fubjaceat. Cunctis autem eidem loco fua jura fervantibus fit pax Domini noftri Jefu Chrifti. Quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diftrictum Judicem præmia eternæ pacis inveniant Amen. Amen.




Ego Innocentius catholicæ Ecclefiæ Epūs.



Ego Octavianus hoftien, & Veletren Epūs.
Ego Petrus Portuen. S. Rufinæ Epūs.
Ego Joannes Albanenfis Epūs.
Ego Pandulfus Bafilicæ XII. Apoftolor. Presbiter Cardinalis.
Ego Petrus tt. S. Ceciliæ presb. Cardinalis.
Ego Jordanus S. Pudentianæ tt. Paftoris Presb. Card.
Ego Guido S. Mariæ traftiberim tt. Calixti Presb. Card.
Fgo Ugo Presb. Card. S. Martini tt. Egitii.

Ego

Ego Joannes tt. S. Stefani in Celio monte Presb. Card.
Ego Cinthius tt.S. Laurentii in Lucina Presb.Card.
Ego Soffredus tt. S. Praxedis Presb. Card.
Ego Joannes tt. S. Priscæ Presb. Card.
Ego Gerardus S. Adriani Diaconus Cardinalis.
Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diac. Card.
Ego Nicolaus S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card.
Ego Gregorius S. Angeli Diac. Card.
Ego Cencius S. Luciæ in orrhea Diac. Card.
Ego Ugo S. Eustacchii Diac. Card.

Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarii Cancellarii vicem agentis VI. Idibus Maji Indictione secunda Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XC. VIIII. Pontificatus vero Domini Innocentii Pape IIJ. Anno secundo.

## XXVI.

### *Innocentii III. privilegium pro Coenobio S. Mariani.*

1199 INnocentius Epūs servus servorum Dei dilectis filiis Benetevolio Abbati *S. Mariani de Valle Fabiana* ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis . . . . . . . . . . . religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cujuslibet temeritati incursus, aut vos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Quapropter dilecti in Dño Filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & praefatum monasterium S. Mariani, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo Monasticus, qui secundum Deum & Beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur, propterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante Dño poterit adhipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam *S. Elenæ de Aria* cum juribus & pertinentiis suis. Ecclesiam *S. Martini* de Castaneto cum pertinentiis suis. Parrochiam quondam *S. Jo-*

*S. Joannis de Castaneto* cum pertinentiis suis. Ecclesiam *S. Claudii* de Carpiniano . . . . . . . . . . . & aliis pertinentiis suis. Jus quod habetis in Ecclesia *S. Elenæ de Carpiniano*. Ecclesiam *S. Angeli de Submonte* cum pertinentiis suis. Ecclesiam *S. Mariae de Pastina* cum pertinentiis suis. Ecclesiam *S. Paterniani* cum pertinentiis suis. Jus quod habetis in Ecclesia *S. Savini de Clusiano*. Campos de Bevigliano & Crusiano. Ecclesiam *S. Gregorii de Masuriano* cum pertinentiis suis. Ecclesiam *S. Martini de Podio* cum pertinentiis suis. Possessiones quondam *S. Mariae de Casale*. Ecclesiam *S. Mariae de Colle Campetrani* cum pertinentiis suis. Possessiones, & Molendina, quae habetis in Tolentino. Quidquid habetis infra & extra Castrum S. Severini. Possessiones quondam de Petro Arnulfi sane novalium vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, aut de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & absolutos a seculo fugientes ad convertionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere . . . . . . . . . . . . . . . . . . Probibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem monasterio professionem fas sit absque Abbatis sui licentia nisi directoris religionis obtemta de eodem loco discedere, discedentem vero absque ...... litterarum vestrarum cautione audeat retinere. Crisma vero & Oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, & cetera Ecclesiastica Sacramenta vobis per Diocesanum Epūm sine pravitate aliqua precipimus exiberi; cum autem generale interdictum fuerit liceat vobis clausis januis exclusis excoīunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Seppulcrum quoque ipsius loci liberum esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui se ibi sepellire deliberaverint nisi forte excoīunicati vel interdicti sint nullus obsistat; salva tamen justitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Pari quoque & ..... nostrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus ut nullus infra ambitus domorum vestrarum rapinam seu furtum facere, ignem apponere, homines tenere, capere, vel interficere audeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus qualibet ...... seu violentia praeponatur nisi quem ....... consensu vel Fratrum pars consilii sanioris secundum Deum & S. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut ..... hominum liceat praefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere ..... seu quibuslibet vexationibus faticare, sed omnia integra conserventur, pro quorum gubernatione & substentatione concessa sunt ....... omnimodis profutura salva sedis Apostolicæ auctoritate & Diocesani Epī Ca-

Canonica Justitia. Singula igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove comonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Dñi Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat ..... in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit Pax Dñi Nostri Jesu Xtĩ quatenus & hæc fructum benedictionis percipiant, & apud districtum Judicem premia aeternæ pacis inveniant. Amen: A. A.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Epũs.
Ego Octavianus .:. & Vellitranus Epũs.
Ego Petrus :... & S. Ruffinæ Epũs.
Ego Joannes .... Epũs.
Ego ...... Sanctorum Cosmæ & Damiani Diac. Card.
Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card.
Ego Gregorius S. Mariæ in porticu Diac. Card.
Ego Gregorius S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card.
Ego Nicolaus S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card.
Ego Gregorius S. Angeli Diac. Card.
Ego Petrus S. Mariæ in Via lata Diac. Card.
Ego ..... Basilicæ Principis Apostolorum Presb. Card.
Ego Petrus TT. S. Cintiæ Presb. Card.
Ego Guido S. Mariæ Trastiberim TT. S. Calisti Presbiter Card.
Ego Ugo Presb. Card. S. Martini tt.
Ego Joannes tt. S. Stephani in Celii Monte Presbiter Card.
Ego Goffredus tt. S. Praxedis Presb. Card.
Ego Bernardus S. Petri ad Vincula Presb. Card. tt. Eudoxiæ.
Ego Joannes tt. S. Prisce Presb. Card.

Datum Laterani per Manum Raynaldi Acherontini Archiepiscopi Cancellarii vicem agentis XI. Kal. Aprilis Indictione III. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XCVIIII. Pontificatus vero Dñi Innocentii PP. III. anno III.

## XXVII.

### *Concordia inter Monacos Vallis-focinae, & inter Priorem Canonicae S. Coronati.*

....... Patris & Filii ........ Sancti ........... ab incarnatione Domini no-
1209 stri Jesu Christi anno ............. Indictione XII. facta est cartula ista transactionis .... autem Veneris mense Augusti tempore Innocentii Pape Impe-

pe-

peratore non existente ....... dicimus facta transactionis de lite, & controversia que vertebatur inter Abatem Ugo de Valle focina ex una parte, ab alia parte Prior de Canonica S. Coronati sive de Ecclesia S. Petri de Castello Apponi cum sua Parochia, & Parochianibus, & de Ecclesia S. Viti cum eorum Parochia, & eorum Parochianibus, & de Ecclesia S. Gregorii cum sua Parochia & Parochianibus. Que Ecclesie dicimus permanere in fundo in loco .......... & in Castello Apponi Comitatu Auximi. Qua de causa ego Prior de S. Coronato cum meis Canonicis, & aliorum sotiorum scilicet Doñus Ben ....... & Doñus Albertus & Doñus Jo. baptista, & Doñus Rainaldus, & Doñus de Actonis Petri ........, & Doñus Jo. baptista ........ Beco & aliorum meorum sotiorum; nos omnes Canonici renuntiantes in hoc facto omni legum auxilio, & decretorum, & privilegio clericorum, & ea que pro nobis introducta sunt de jure, & consuetudine, & specialiter si essemus decepti, & renuntiamus, & refutamus, & ........ omnibus actionibus & petitionibus, & rationibus nobis coerentibus rebus. & personis & omnibus modis, quibus agere vel intendere possemus ut vobis nocere possit, & nobis prodesset, & a presente die quietamus & renuntiamus & remittimus x I. partes Eccl̃e S. Petri montis Apponi, & S. Viti, & medietatem S. Gregorii cum omnibus suis Parochianibus & Parochia integrum ........... proprietates silvas terras, & vineas, & arbores infra supradicta Parochia constituta Deo, & S. Marie Monasterio de Vallefocina tibi Donno Abbati Ugo, & vestris successoribus, & Sancto Fabiano in fundo Tizano comitatu Auximi & quietamus quartam mortuorum de quatuor Parochianibus Filiis de Aymenio, & Berardo, & Carpinellus, & castrum Arzonis cum omnibus aliis suis rationibus remaneat Ecclesie Sancti Fabiano ............. Cimiterium cum totibus partibus mortuorum habeat Ecclesiam S. Coronati in perpetuum. Pro qua quietamus & ....... confitemur nos recipissemus abuissemus a predicto monasterio de Vallefocina & a Donno Abbate Ugo terram cum silva, quam est posita in fundo Colleblanco Comitatu Auximi, & si plus valet ex dono concedimus hec omnia supradicta generaliter ubicumque sunt cum omni suo jure, & suis pertinentiis Ego Donnus Actus Prior S. Coronati cum supradictis sotiis meis quietamus & refutamus per nos & nostros successores Deo, & S. Marie Monasterio de Vallefocina & Donno Abbati Ugo, & vestris successoribus in perpetuum. Quot quidem si hec supradicta nomine observaverimus, & in contrarium venire, & anc quietationem revocare aut corrumpere sive per me, aut per meos successores in predicta Ecclã S. Coronati. Ego Donnus Prior Actus Canonica S. Coronati cum supradicti sotiis meis promittimus per nos & per nostro successore in predicta Ecclã S. Coronati nomine .......... & per stipulationem Penam C. libras ....... Deo & S. Marie monasterio Vallefocine, & Donno Abbati Ugo, & vestris successo-

foribus perfolvere, & poft foluta pena, & data hec cartula tranfationis fit firma in perpetuum. Signum manibus & confenfus de Donno Priore S. Coronati & fupradictis fotiis quod hanc cartulam fieri rogaverunt in prefentia iftorum teftium, fcilicet Donnus Jo. Baptifta .... pezo & etiam inveftitor Prior S. Superantii, & Donnus Albertus, ifti fuerunt conventores, & teftes. Compagnonus Petri ... & Ubaldus Petri & Janni remenfe, & Symeone Rainaldi, & Actus de Janni, & Bernardus Actonis Petri, & Amicus Zaulini, & Battiferri, & Offredutius Grimaldi & alii plures teftes ........ amons Notarius ordinarius a Cinzio Cardinali titulo S. Laurentii in Lucina Presbiter Cardinalis Apoftolice fedis legatus Marchia rogatus fcribere fcripfit, & complevit.

## XXVIII.

### *Concordia inter Attonem Epifcopum, & Severinum Ugolini Alti Priorem S. Severini, & Canonicos.*

1213 IN Dei nomine Amen. Anno Domi millefimo CCXIII. regnante Donno Addone Imperatore facta eft in die martis undecima die intrante menfe Juuii Indict. Prima. De litibus, & controverfiis, que vertebantur inter Dominum *Attone* Camcrinenfem Epifcopum ex una parte: & Donnum Severinum Ugolini Alti Priorem Eccle S. Severini & Canonicos ejufdem Eccle pro ipfa Eccla in altera: petebat namque dictus Epus tertiam partem oblationum altaris S. Severini, & tertiam partem decime, & tertiam partem mortuarii a predicto Priore & Canonicis pro dicta Eccla. Item agebat contra predictos, quod volebat intereffe ordinationi Canonicorum, & facere ficut facit in aliis Canonicis fui Epatus. Ex adverfo defendebant fe dictus Prior, & Canonici quod non debebant facere, fet vellet obfervare fibi quidquid fecerant fuis anteceffioribus. Item agebant adverfum Epum, ut confirmaret eis omnia privilegia, & cartas, quæ & quas habent ab *Ugone Todino*, *Acceptante* Epis, & ut non debeat petere decimas quas ipfi habent in privilegiis & cartis dictorum Epifcoporum. Qui predicti fcilicet Dnus Epus cum voluntate Dni Rainaldi Pontis Archidiaconi predicte Ecclefie de eorum plana voluntate dederunt fe in manibus Dni Magalotti, & Dni Paganelli Petri Paganelli Judicum, & promifit utraq: pars ftare laudo, & arbitrio eorum quidquid inter eos vellent dicere, ac arbitrari fub pena ducentarum librarum Lucentium ex utraque parte invicem follepni ftipulatione premiffa, & pena foluta laudum & arbitrum eorum firmum perduret. Unde nos predicti arbitri amicabiliter a partibus electi fic laudamus, precipimus, & arbitramur; quod

quod predicti scilicet Prior & Canonici, & eorum successores Canonicum quem elegerint in Ecclā S. Severini, vel electus erit debeat Episcopo Camerinensi represcntare infra xv. dies postquam fuerit electus, & debeat sibi jurari fidelitatem si Epūs voluit recipere, & Epūs confirmet eum sine oñum gravamine, & sine omni conditione. Item laudamus & sub predicta pena precipimus quod decimas, quas Prior & Canonici non habent in privilegiis & cartis dictorum Episcoporum Episcopo dent, & persolvant, vel certam summam sicut Dopnus Bonus Abbas Sancti Mariani, Dopnus Bonus, Dopnus Albricus Transmundi Plebanus, & Dopnus Albertus Serre ponere voluerint, & decimas quas Canonici & Prior habent in privilegiis & cartis dictorum Eporūm Epūs non petat nec debeat petere in antea. Item laudamus, & sub predicta pena precipimus quod Epūs veniat ad Castrum S. Severini, & loquatur cum bonis hominibus ipsius Castri, & sicut Epūs conveniet cum eis sit convenientia illa firma, & si non conveniet cum eis de mortuariis quodcumque preceptum Epūs faciat Priori & Canonicis, Prior & Canonici debeant observare; non obstante Episcopo lege illa, que dicit, neminem arbitrum posse esse in causa sua. Item dicimus & sub predicta pena precipimus observari, & cassamus & in perpetuum removemus omnes sententias & cartas quas Epūs habet ab Apostolico & Cardinalibus & Episcopis de oblationibus quas petebat pro Altari & Ecclesia S. Severini, quod nunquam de cetero petere valeat. Item laudamus, & sub predicta pena precipimus quod Epūs debeat confirmare omnia privilegia & cartas, que & quas Ecclesia S. Severini habet ab *Ugone Todino* & *Acceptante* Episcopis. Hec omnia precipimus observari ab utraque parte in perpetuum, & firma teneri sub predicta pena; & pena soluta a parte observare nolente, parti volenti observare arbitrium nostrum semper firmum perduret; ab omnibus aliis petitionibus coram nobis notis utramque partem absolvimus. Latum est in Palatio Magno S. Severini in presentia Testium qui interius invenirentur quod arbitrium utraque partium emōlavit. Dopnus Rainaldus Pensauri Archidiaconus. Dopnus Bonus Abbas S. Mariani, Dopnus Albricus Transmundi Plebanus S. Severini, Dopnus Bene, Dopnus Ysaai Rainaldi Petri Burge, Dopnus Bonifatius Appadrini Testes rogati fuere. Ego quidem Severinus Not. rogatus a partibus, & ab Arbitris hoc arbitrium scripsi, & publicavi, & signavi, & subscripsi.

*Ac-*

# XXIX.

## *Atto Episcopus aedificat Ecclesiam, & Hospitale Buraci.*

1218 EGo quidem *Atto* Camerinensis Episcopus ad honorem Dei, & B. Antonii, atq. Bartholomei, & ad receptionem, atque habitationem Pauperum constituo, seu edificio quamdam Ecclesiam novam seu Oratorium atque Hospitale in Camerinensi Diecesi, videlicet in Monte Alvello ubi dicitur Boriacum; Quod hospitale Ecclesia atque Oratorium per me meosque successores nomine Ecclesie Camerinensis cum omnibus Terris, que nunc habet, & habitura erit libero, & absolvo ab omni datio, & obsequio, & ab omni honere seu gravamine, & ab omni subjectione, quam & que in dapno, & detrimento ipsius loci alicui facere nullatenus teneatur, & quod alicui in dapno, & detrimento ipsius loci non possit alicui submitti, seu subjugari, nec aliquo modo ab aliquo in dapno, & detrimento predicti loci donari; & ipsum Hospitale Ecclesia seu Oratorium exemptum facio; salvo tamen quod Rector, vel Rectores, seu Cappellani predicti loci mihi meisque successoribus annuatim in Festo S. Marie Augusti XII. denar. sol. Raven, Lucen, vel Ancon. pro ...... dare & solvere teneantur tantum & salvo jure Ecclesie Camerinensis, & aliarum Ecclesiarum ipsius Diecesis, cum sit ipse locus munitus liber & absolutus ab omni datio, & obsequio, & gravamine, honere dominio & subjectione ut dictum est supra atque ego per me meosque successores predicto loeo aliquod aliud debitum preter supradictos duodecim denarios annuatim, ut supra dixi, nullatenus exigere seu petere valeam. Que omnia ego predictus Episcopus per me meosque successores promitto tibi Dopno Viviano tuisque successoribus nomine ipsius loci adtendere, & servare & in nullo contravenire aliqua occasione vel ingenio, Prefato Dmõ Episcopo ut supra legitur scribi mandante Anno Domĩ MCCXVIII. die XI. intrante mense Martii Indict. VI. tempore Dñi Honorii Pape.

# XXX.

## *Privilegium Attonis Episcopi pro Vasculo Plebano plebis Bovelliani.*

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno Dñi millesimo ducentesimo octavo decimo, Indictione sexta, tempore Honorii PP.

1218 CUm a nobis petitur quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, q. ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem nostri

ftri officii ad debitum perducas effectum. Dilecte in Domino frater Varcule Plebane Plebisboveliani vestris justis postulationibus nostrum gratum impertientes affectum. Nos *Atto Camerinensis* Ecclesiæ Minister licet indignus dictam Plebem, possessiones omnes, res, & personas, Ecclesiasticas, & Terrimenta ejusdem Plebis per Nos, nostrosq. successores sub nostra recipimus protectione, & ea omnia, quæ dicta Plebs juste possidet, habet, & tenet, & in antea acquirere poterit dictæ Ecclesiæ Plebisboveliani, quæ in honorem S. Mariæ est constructa, & tibi præfato Plebano, tuisq. successoribus Catholicis, & confratribus tam presentibus, quam futuris auctoritate Episcopali, qua fungimus damus, concedimus, & perpetualiter firmamus, & præsentis scripti privilegio communimus; videlicet possessiones omnes, Terras, vineas, Molendina, Silvas, *homines* cum eorum Terrimentis, & *servitiis*, quæ facere consueverunt, aquas, & cursus aquarum, rotas, prata, pascua, & culta omnia, & inculta infra istos Synaitas; videtur a Ponte Alverni, & tendit per viam, quæ vadit ad Rivum Fulignani, & respicit ad summitatem Collis S. Martini, & mergit inferius in pelosis per eumdem rivum, & tendit superius ad silvam quæ est Filiorum quondam Misticonis, & mergit in Molendinum quod fuit quinta Vallis, & vadit ad flumen Capacquæ, & tendit ad locum ubi fuit Ecclesia S. Valentini, & descendit in locum, ubi dicitur guttur fornacis, & vadit per flumen fornacis, & exit in Pontem, qui est prima synaita, & istos *homines*, & mansos terrimenta omnia eorum cum omnibus *servitiis*, *& usantiis*, videtur mansum, quem tenent Filii Petricanis, mansum quem tenent Filii Misticonis, mansum quem tenent Filii Jo: Martini, mansum, quem tenuerant Gelleum, mansum quem tenuerant Fattellecti, mansum, quem tenent Bononisii, mansum quem tenet Gilias de Belgranano, mansum exmatiatum quem tenuit Alberus Carelli, mansum quem tenuit Tasona Petriberti cum fratribus, mansum quem tenuit Albericus de Gozo, mansum quem tenet Rainadina Albertucci, mansum, quem tenet Damianus, mansum quem tenet Petrus Cassine, mansum quem tenet Albertonus Petriberti, mansum quem tenuit Petrus quondam Aponis, quem modo tenet Berardus Berdonis, & quando alii, mansum quem tenuit Petrus Berti, mansum quem tenet Florentinus de Frontillo, mansum quem tenent in Villa Lutari Nepotes Actonis Joannis, mansum Jo: Anati, q. nunc tenet Ugolinus Guarnerii in Petrignano ad dictam Plebem pertinentem.

Insuper Ecclesias, quæ inferius leguntur cum decimis, obblationibus mortuorum, & Vivorum proventibus, & obsequiis, quæ nuper, & olim ipsa Plebs, & Plebani de Ecclesiis & Clericis, & tandem Ecclesiarum consueverunt habere tam in festis diebus, quam in aliis, quarum Ecclesiarum nomina hæc sunt videlicet.

1. Ecclesiam S. Venantii, & Silvestri de Gagliole.

2. Ec-

2. Ecclesiam S. Andreæ de Lucciano. (*Parrochia*)
3. Ecclesiam S. Savini de Sternacchio.
4. Ecclesiam S. Nicolai de Ficoro. (*Parrochia*)
5. Ecclesiam SS. Jo: & Jacobi de Jove.
6. Ecclesiam S. Marinæ de Paratino.
7. Ecclesiam S. Petri Pompejani.
8. Ecclesiam S. Pauli de Boccetta. (*diruta*)
9. Ecclesiam S. Martini de Quartignano. (*diruta*)
10. Ecclesiam S. Salvatoris in pede Antici. (*diruta*
11. Ecclesiam S. Marinæ de Valliano. (*Parrochia*)
12. Ecclesiam S. Nicolai de Piccollina. (*diruta*)
13. Ecclesiam S. Nicolai de Cornacuna. (*diruta*)
14. Ecclesiam S. Joannis de Satriano. (*diruta*)
15. Ecclesiam S. Celsi de Arciano. } *Comparrochia*.
16. Ecclesiam S. Marci de Alsio. }
17. Ecclesiam S. Angeli de Lutaro. (*Parrochia*)
18. Ecclesiam S. Mariæ de Nemo. (*Parrochia*)
19. Ecclesiam S. Gregorii de Vico. (*Parrochia*.)
20. Ecclesiam S. Nicolai de Collarco. (*diruta*)
21. Ecclesiam S. Crucis de Petrignano. (*Parrochia*)
22. Ecclesiam S. Hilarii de Campobonomo. (*Parrochia*)
23. Ecclesiam S. Firmani. (*diruta*)
24. Ecclesiam S. Jo: de Carratio. (*diruta*)
25. Ecclesiam S. Venantii de Cese.
26. Ecclesiam S. Petri de Frontillo. (*Parrochia*)
27. Ecclesiam S. Joannis de Rocca. (*diruta*)
28. Monasterium S. Flaviani de Arcemaja. *Parrochia*)
29. Ecclesiam S. Andreæ. }
30. Ecclesiam S. Nicolai, & } *de Insula Parrochia*.
31. Ecclesiam S. Joannis. }

Hæc omnia sicut notata sunt per singula vocabula, & alibi ubicumque sunt, & inveniri poterint infra illos fines scilicet fossatum, quod est inter Ecclesiam S. Joannis de Insula, & Castrum Corvenani descendendo in flumine Clenti, & ascendendo ad summitatem montis S. Savini, & descendit in Rivum, & a Rivo superius usque ad summitatem scortecaturi pergendo ad viam Campibonomi prope Ecclesiam S. Benedicti, & ascendit ad summitatem Montis Arenæ, & descendit ad Ecclesiam S. Crucis de Cupi, & tendit super Lutarium ad montem acutum usque ad furcam Bazani, & tendit ad summitatem Collis perduti, & mergit in Crucem de Collealto per viam, quæ venit in Rivum, qui vadit per pedem Castri Antici, & vadit ad Villam brondi, & tendit per trivium Areæ Ecclesiæ Antici, & exit in flumen, quod venit a fonte S. Gregorii, & vadit superius per flumen quod venit per Vallem

lem S. Angeli prope Plebem Taurinam usque in pede Presolii, & ascendit per summitatem montis Actuni, & mergit in Silvam Perelle per Saxum Vallianum, ab isto saxo inferius usque in flumen Querazzatum, & in prima synaita.

Item tibi dicto Plebano, tuisque successoribus dictæ Plebis perpetualiter concedimus, & confirmamus, ut omnes Clerici per Privilegium dictæ Plebis constituti cum Crucibus, & Populis eis subjectis veniant in reverentiam ad dictam Plebem in honorem Dei, & Bmæ Virginis Mariæ annuatim secunda Feria Resurrectionis Domini, prout unquam olim melius, & solemnius ire consueverunt, missam audituri, & nullus Clericorum dicti privilegii de cætero audeat, nec præsumat eodem die alibi per dictum privilegium Missam cantare. Cum igitur prædictis, & pro prædictis omnibus Camerinensi Ecclesiæ recuperandis, & reacquirendis, tam per Nos, quam per nostros Amicos, subditos, & fideles die, noctuque perpessi fuerimus multos labores, & sudores, atque immensas expensas fecerimus, in quo ut hæc majus robur obtineant firmitatis jussimus sanctæ nostræ Sigillo Ecclesiæ munivimus roborari promittendo per nos, nostrosque successores hanc prænominatam dationem, & concessionem, & confirmationem in perpetuum firmam, & ratam habere, & volumus ut in nullo tempore hoc privilegium retractetur salva consuetudine Jure, & reverentia Camerini Episcopi, quod, & quam habet, & debet habere. Datum in Palatio nostri Episcopatus quarto idus Augusti, presentibus his testibus, scilicet Dño Paganello Vicedomino, Domino Mattheo Priore S. Venantii, Dño Morico Canonico S. Venantii, Accone Canonico Camerinensis Ecclesiæ, Mattheo Ecclesiæ S. Venantii Canonico, & Rainaldone.

Ego Garsidonius ex auctoritate Communis Camerini Notarius ut supra leguntur jussu, & mandato dicti D. Acti Camerini Episcopi scripsi, & in publicam formam redegi.

Ego A. Camerin. Episcopus propria manu subscripsi.

Ego Rainaldus ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus propria manu subscripsi.

Ego Admolsus Canonicus, & Diaconus indignus propria manu subscripsi.

Ego Severinus Plebanus S. Zenonis Canonicus Camerini, & Prior S. Severini feci me subscribere.

Ego Jacobus Camerini Canonicus propria manu subscripsi.

Ego Perbonus Plebanus scripsi.

Ego Ofredutius Camerini Canonicus propria manu subscripsi.

Ego Tebaldus Presbiter Canonicus manu mea subscripsi.

Ego Paganellus Canonicus feci me subscribere.

# XXXI.

## *Raynaldus Episcopus confirmat privilegium Attonis Episcopi Monialibus S. Salvatoris San-Severini.*

1224 IN nomine D.nrĩ Jesu Xptĩ. Anno Nativitatis ejusdem millesimo ccxxiiij. tempore Dñi Honorij IIJ. PP. anno nono mense Decembre die viij. exeunte Indictione xiij. Nos quidem Raynaldus divina Providentia Camerinen. Episcopus attendentes dignum esse tuis postulationibus justis annuere Frater Paule: bone memorie *Attonis* predecessoris nostri, vestigiis inherentes, permissione, donatione, & concessione, quas idem A. tibi recipienti pro Ecclesia S. Salvatoris de Plebanatu Plebis S. Severini, & pro mulieribus Deo dicatis ibidem degentibus, presentibus confirmamus, & earum patrocinio communimus, ad cujus rei evidentiam pleniorem tenorem instrumenti super hoc a dicto A. predecessore nostro tibi concessi, scriptique per manus Petri Judicis & Notarii de verbo ad verbum hujusmodi litteris duximus adnotandum: qui talis est. In nomine Dñi Amen. Anno Dñi millesimo CCXXIIJ. Indictione x. die quintadecima exeunte Junio tempore FRIDERICI Imperatoris Camerin. factum est hoc in Palatio Dñi Episcopi in presentia Fratris Martini, & Fratris Jacobi, & Fratris Ambrosii testium de hoc. Ego quidem Acto Camerinen. Epũs promitto tibi *Fratri Paulo* recipienti pro Ecclesia S. Salvatoris de Plebanatu Plebis S. Severini, & pro mulieribus Deo dicatis permanentibus in dicta Ecclesia, quod donec dicte mulieres in hodierna paupertate, & religione permanserint nihil temporale ab eis, & dicta Ecclesia exigam, nec accipiam, & omnes exactiones temporales mihi debitas ab eisdem, & dicta Ecclesia, & mulieribus ibidem permanentibus, tibi pro eisdem mulieribus quieto, & remitto, donec, ut dictum est permanserint. Item do, & concedo ipsis mulieribus licentiam habendi visitatores, & correctores de Fratribus Minoribus, illos videlicet quos frater Franciscus vel ejus successores, vel Capitulum ipsorum fratrum constituerint, & ordinaverint ad corrigendum, & visitandum dictas mulieres; ita tamen quod si ipsi Fratres ad hoc constituti neglexerint eas visitare, & corrigere, aut si ipse mulieres contempserint visitationem ipsorum, aut si non essent ordinati, michi corrigendi, & visitandi potestatem super eisdem mulieribus reservo. Item donec in hodierna religione, & paupertate dicte mulieres permanserint concedo eis licentiam habendi molendinum, quod habent nunc, & acquirendi tantam Vineam, quod ex ea percipiant, & habeant quinquaginta sarcinas vini. In omnibus aliis preter predicta reservo mihi omne jus Episcopale, & idem jus salvum mihi & illibatum esse volo in omnibus aliis spirituali-

libus. Die predicto presentibus dicto Fre Martino, & Offreducio pet-
cle. Dnus Paganellus Vicedomus Camerinen. hiis omnibus consensit,
& approbavit. Ego Petrus Notarius & Judex ordinarius his omnibus
interfui, ut supra legitur rogatus.

Actum Rome in Castro Sanctorum quatuor Coronatorum presen-
tibus subscriptis testibus ad hoc specialiter rogatis.

D. Abb. Vallis Castri.
Bene Judice Camerinen.
Jacobo Conradi, &
Juncta Chochi.

Et ego Rainaldus de Ponte curvo Imperii sacri Judex & Notarius predicte confirmationi interfui, & de mandato memorati Episcopi, ut supra legitur rogatus scripsi.

Ad majorem autem, securitatem ego qui supra Raynaldus Episcopus presens publicum instrumentum meo sigillo munivi.

Loco ✠ signi.

## XXXII.

### *Aggregatio Militum dominantium in Casavolla, in cives Pyranos, & ejusdem Castri venditio Communi castri Pyri.*

IN nomine Christi Amen. Anno Dominice incarnationis MCCXXVI. 1226
indict. XIIII. die XIJ. exeunte mense Martii temporibus d. honorii P. P. & frederici romanorum imperatoris. Nos quidem Abiviamonte filius q. fortis Actolini, & Albertus filius q. Albrici Alberti, & Ofredutius filius q. Nicole Munaldi & Oguictionus, & Rainutius filii q. Aliocti olim ones de Casavolla pro nostra bona voluntate specialiter renunciantes exceptione doli & condictioni sive causa & in factum, & epistole divi Adriani, & nove constitutionis beneficio & generaliter omnibus exceptionibus decretorum & decretalium legumque beneficiis que nos possent juvare & te Albertum Petrutii sindicum yconomum procuratorem & actorem Communitatis & universitatis hominum Castri piri nomine dicte communitatis, & universitatis & ipsam universitatem & communitatem posset ledere & nos aliquo modo juvare. Sic in Dei nomine imprimis submittimus nos nostraque bona omnia in curte & sub curte & finaita & jurisdictione universitatis & communitatis castri piri in perpetuum, & facimus nos perpetuos Castellanos & habitatores per nos & per nostros heredes & successores dicti Castri piri cum omnibus bonis & tenimentis, que habemus & tenemus

mus vel alii noſtro nomine habent & tenent. Te Alberto petrutii ſindico preſato nomine dicte Communitatis recipiente. Item damus concedimus & ſubmittimus tibi prefato Alberto ſyndico nomine predicte Communitatis recipienti, & ipſi univerſitati, & communitati Caſtrum Caſavolle & Curtem & Sinaitam dicti Caſtri Caſavolle & omnes homines habitantes & permanentes, & permanſuri in dicto Caſtro Caſavolle & Curte cum omnibus eorum bonis & tenimentis ſubcurte ſinaita & juriſdictione univerſitatis & communitatis hominum Caſtri piri & facimus eos omnes cum omnibus bonis que habent & poſſident, & alii eorum nomine perpetuos Caſtellanos & habitatores Caſtri piri ad habitandum, poteſtati ſeu rectoribus dicti Caſtri hobediendum ad omnia obſequia facienda que erunt in dicto Caſtro & pro dicto Caſtro & pro dicta univerſitate ſicut alii Caſtellani dicti Caſtri faciunt & fatient & curabimus quod omnes homines dicti Caſtri Caſavolle fatient domos in dicto Caſtro piri & ibi perpetuo habitabunt, & blada & vina & omnia alia ſua bona portabunt & incaſtellabunt in dicto Caſtro piri & omnia fatient ſicut fatiunt & fatient alii Caſtellani Caſtri piri que bene fatiunt & fecerunt. Item ſubmittimus omnes dictos homines Caſavolle ſub curte ſinaita & juriſdictione communitatis & univerſitatis dicti Caſtri piri ut debeant jurare Conſuli vel Conſulibus dicti Caſtri piri eorum preceptis obbedire Capitula ſeu ſtatuta tenere que nunc ſunt vel erunt per tempus in communantia Caſtri piri & reſpondebunt ſub rectore & poteſtate dicti Caſtri piri judice Vicario maſſario & notario dicti Caſtri omnibus & ſingulis hominibus volentibus conqueri de ſingulis & univerſis hominibus dicti Caſtri Caſavolle ad omnia fatienda ponenda tenenda exigenda ſolvenda & agenda ſicut fatiunt, & fatient homines Caſtri piri communiter & ſingulariter. Item promittimus per nos & noſtros heredes ſucceſſores & damus & concedimus tibi dicto Alberto Sindico recipienti nomine dicte univerſitatis, & communitatis Caſtri piri, & ipſi communitati, & univerſitati liberam licentiam, & poteſtatem devaſtandi & deſtruendi Caſtrum Caſavolle muros & omnia & ſingula hedificia infra Caſtrum & extra Caſtrum Caſavolle poſita & ponenda & foxum & foxa diſtri Caſtri Caſavolle reimplere deſtruere & delere ad noſtram voluntatem, & ad voluntatem rectoris Caſtri piri. Item promittimus per nos noſtroſque heredes & ſucceſſores tibi ſindico nomine dicte communitatis & univerſitatis Caſtri piri recipienti, & ipſi communitati & univerſitati & veſtris ſucceſſoribus Caſtrum Caſavolle ullo tempore cultum retinere, nec reficere, nec alium novum Caſtrum reficere ſeu facere in podio novo vel veteri vel plano, vel alio aliquo loco infra hec confines ſcilicet a *Monte Savicini* infra & a *Perella* infra & a flumine *Civitelle* filiorum defenſoris infra, & a *Monte alvello* infra nec in alio aliquo loco nec conſentimus alicui vel aliquibus hominibus aliquod Caſtrum fatere reficere vel reconcilia-

liare infra predictos fines vel alibi preter Castrum piri & si quis contrafaceret pro posse contradicemus & resistemus ei. Item promittimus non exigere nec extorquere aliquid per nos vel per aliis nostris hominibus, qui erunt in Communantia Castri piri ultra debitalia & servitia. Hec omnia & singula predicta nos singuli predicti scilicet Abbiviamonte Albertus Offredutius Oguictio & Raynuctius ideo fecimus & fatimus promisimus & promictimus quia tu prefatus syndicus nomine dicte universitatis Castri piri, & ipsa universitas, & communitas Castri piri predictis concessionibus & omnibus predictis singulis universis satisfecistis nobis ad plenum scilicet mihi abbiviamonte in xxx. modiolos terre in curia piri sicuti mihi conventi & promissi fuerunt, & vinia cum terra & arboribus posita in villa Casarini & in ducentis septuaginta duabus libris in denariis, & in solo & domibus infra castrum piri sicuti mihi convente & promisse fuerunt, & mihi Alberto & meis heredibus in trecentis quinquaginta lib. in den. rav. & ancon. & in sexaginta uno modiolo terre, & in vinia loci Vertini positis in curia piri, & in solo & in domibus infra castrum piri sicut mihi omnia promissa fuerunt, & mihi Offreductio in quadraginta lib. in denariis & tribus modiolis terre cum vinia & xij. modiolos terre campestre omnia predicta in curia piri sicuti mihi promissa fuerunt, & mihi Oguictioni aliocti in uno modiolo terre viniate & duobus modiolis terre campestris in curia piri sicuti mihi promissa fuerunt nomine dicte communitatis piri & in centum sol. rav. & ancon. specialiter renuntiando non numerate non solute & non satisfacte pecunie non tradite & non recepte terre & vinie & domorum cum solo & omnibus aliis exceptionibus, que nos nostrosque heredes juvare possent, & te prefatum syndicum nomine dicte universitatis, & communitatis & ipsam universitatem, & communitatem in aliquo ledere possent & si predicta concessio missio in datio a nobis facta quam predicta pecunia terra vinia & domus pure simpliciter & irrevocabiliter inter vivos tibi dicto syndico & tuis successoribus nomine dicte communitatis Castri piri & ipsi communitati donamus damus & concedimus in perpetuum. Hec omnia predicta & singula nos predicti scilicet Abbiviamonte Albertus Ofredutius Oguictius & Rainutius promittimus per nos nostrosque heredes & subcessores tibi dicto syndico nomine dicte universitatis & ipsi universitati in perpetuum firmum tenere &c. & ipsi communitati dare & solvere nomine pene C. marcas boni & puri argenti &c. &c. Actum in Castro Piri in domo filiorum Adenulfi supra atterratum in presentia istorum testium ad hec specialiter vocatorum scilicet Domini Bernardi Alberti, Bonfilio Amici, Durante Bentevolii, Actoris Miglila, Alberti Rainaldi, Ruggerii Pausidi, Mathei Tolomei, Benedicti Morici Stesti, & Acto Abbatutii, hi omnes hujusmodi rei interfuerunt.

Ego Lambertus Not. hanc cartam scripsi, & publicavi.

Ex-

# XXXIII.

## *Excommunicatio Raynaldi Episcopi in Pyranos.*

In Dei nomine Amen. Anno Dñi MCCXXVII. die XI. exeunte Octobris Regnante D. Friderico Imperatore ........ XV.

1227 DOmus Rainaldus Dei Gratia Camerinensis Epūs. Communitatem Piri, & omnes homines ipsius Castri excommunicatos...... publice condemnavit, & ipsos omnes de Castro Piri denuntiavit excomunicatos. Ideo quia interfecerunt........ S. Urbani........... Monasterium S. Urbani hostiliter, hostiliter equitaverunt, & ipsam Ecclesiam depredaverunt, & buxerunt, devastaverunt........ moverunt; & de mandato Domini PP. subposuit........... excomunicationis, & interdicti. Et dedit liberam licentiam, & plenam potestatem Dño Simoni Berardo Potestati S. Severini recipienti nomine Comunis jam dicti, & omnibus hominibus S. S. offendendi, & delapidandi Communitatem Piri & omnes, & singulos homines Castri Piri & auferendi, capiendi, & exportandi de rebus ipsorum, & ad restitutionem ipsarum non teneantur. Actum in Castro S. Severini in Palatio Canonicorum in presentia Dñi Offredutii archidiaconi Camerini, & Dñi Rainutii de Pōta, Dñi Rainaldi Lottiani, Dñi Simonis de Alifurno, D. Benevento Aldrevandi, Dño Alberici Blasii & aliorum plurium.

Ego Bentivollius Not. his rebus interfui, & ut te ............... dicti Episcopi, & publicavi omnia supradicta.

# XXXIV.

## *Honorii III. literae Apostolicae, quibus praecipitur Camerinensibus ne recipiant imo ejiciant Ugolinum Ugolini.*

1227 HOnorius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Potestati, & Populo Camerinen. salutem & Apostolicam benedictionem. Intelleximus, quod ille famosus immo infamis seditionarius Hugolinus Hugolini non valens ulterius in Civitate Perusina seditiones solitas machinari ad Civitatem nostram se transtulit, ut ibi se in Civem recipi faciens, variis vos discindat dissidiis & alios adversus alios scandalizet sic in aliis Civitatibus se fecisse dampnabiliter gloriatur. Ut igitur vos reddant aliena pericula cautos cum vobis jam il-

illius verſutie ſint notiſſime. Univerſitatem veſtram monemus attente per Apoſtolica vobis ſcripta ſub pena mille librarum firmiter precipiendo mandantes quatenus dictum Hugolinum excommunicatum a nobis a Civitate veſtra ejicientes omnino, ipſum in Civem vel Poteſtatem nullatenus admittatis, nec alias ab eo patiamini vos ſeduci, ſed cum a dilecto filio noſtro I. Tit. S. Praxedis Presbytero Cardinali Rectore Ducatus Spoleti vel ejus Nuncio requiſiti fueritis, eum hoſtiliter impugnantes, vivam guerram faciatis eidem, alioquin penam ſive ſpiritualem ſive temporalem quam propter hoc idem Card. vobis inflixerit, ratam haberi volumus & firmiter obſervari. Datum Laterani 4. Cal. Martii anno XI.

## XXXV.

### *Aggregatio inter Pyranos Cives Andreae Ugolini de Montecle.*

IN nomine Chriſti Amen. Anno Dominice Incarnationis MCCXXVII. 1227 Indic. xv. die XIII. intrant. Novembris Temporibus Gregorii Pape, & Frederici Rom. Imper. Ego quidem in Dei nomine Andreas Ugolini de Montecle propria bona mea voluntate pro me meoſque heredes ſucceſſores ſollepni ſtipulatione promitto tibi Petro Donni Bonfilij Sindico Communitatis Caſtri Pire, & univerſitatis nomine ejuſdem univerſitatis recipienti tuiſque ſucceſſoribus nomine dicte univerſitatis eſſe perpetuos Caſtellanos Caſtri Pire, & ibi habitare ad ſenſum Rectoris dicti Caſtri Pire quotiens mihi meiſque heredibus preceperit ibi habitare. Do concedo, & ſummitto ſub curte & ſynayta dicti Caſtri & juriſdictionem dicti Caſtri omnia que habeo ego & uxor mea in diſtrictu dicti Caſtri novi & antiqui & promitto obſervare & atenpdere omnia Capitula *ſive ſtatuta Caſtri Pire* ſeu Comunitatis Pire facta & fatienda, & promitto tibi dicto Sindico recipienti nomine Comunitatis & univerſitatis Caſtri dicti a modo obedire facere attendere & obſervare omnia precepta que mihi faciet Rector Caſtri Pire aut fieri faciet per litteras vel per nuncium, & promitto tibi dicto Sindico recipiente pro dicta Univerſitate, & Comunitate. Renuntio & quieto deſtructionem antiqui Caſtri dicti, & quieto fruttus & ſervitium hominum mihi & uxori mee ſubiectorum que hucuſque nunc non habui nec uxor mea habuit ſicuti conſueverunt habere ſui anteceſſores, & omnia dapna, & maleficia que hucuſque ego & uxor mea hucuſque paſſi ſumus ab univerſitate Caſtri Pire & a ſingulis hominibus Caſtri Pire in hominibus nobis ſubjectis & aliis noſtris rebus habitantibus, & ſcitis incurie & diſtrictu Caſtri Pire. Hec omnia

nia pro me meaque uxore in perpetuum firma habere & curare & facere ita quod mea uxor per se suosque heredes omnia predicta in perpetuum habebit firmam & ratam & predictorum concessioni consentire. Hec ideo factio quia dictus Sindicus nomine dicte Universitatis mihi dedit & concessit sexaginta lib. Bon. Rav. & Anc. pro me & uxore mea recipienti nomine dicte Universitatis & Terra & Vinea in fundo Curate territorio Castri Pire comitatu Camerin. a primo latere fossum dicti Castri a secundo via a tertio Filij Meliorone, & Domus Bonfilij & Gozo Actonis Ade a quarto Aldeginus & filij Benedicti Morici vel si quid alij sint confines seu vocabula specialiter renuntiando in omnibus predictis pro me & Uxore mea exceptioni non numerate non solute non tradite & non recepte pecunie & generaliter omnibus exceptionibus beneficijs decretorum & decretalium legumque auxilijs que me meeque Uxore nostrosque heredes presentes iuvare & te dictum Sindicum nomine dicte universitatis tuosque successores & ipsam universitatem in aliquo possent ledere. Hec autem omnia predicta & singula promitto per me meosque hederes & successores & per meam Uxorem, & ejus heredes & successores tibi dicto Sindico tuisque successoribus nomine dicte comunitatis recipienti & ipsi universitati in perpetuum habere firma & rata & in nullo tempore contravenire nullam litem nullamque controversiam movere nec fatienti consentire set omnia predicta legitime defendere autorizare & bona facere contra omnes personas hominum in judicio & extra nostris suptibus & expensis sub pena quinque centum lib. Bon. & Anc. per me meosque heredes tibi dicto Sindico promisi nomine dicte Communitatis tuisque successoribus nomine dicte Universitatis recipienti & dapnum & expensas reficere sub prefata pena & pena soluta vel non soluta omnia predicta & singula semper firma permaneant. Actum in Castro Pire in Domo Actonis Gozonis. his testibus ad hoc presentibus specialiter vocatis & rogatis silicet Goverano de Fano, Petro Apuzani, Adamo Ofredutii, Donno Bernardo Benevenuto Actonis Ugonis de Cingulo & aliis pluribus hujus rei.

Ego Lambertus Notarius rogatus hanc cartam scripsi, & publicavi.

## XXXVI.

### *Commune Cinguli sub sua tutela recipit hospitale Buraci & Fratres ibi commorantes.*

1230 Anno Dñi 1230. die 3. intrante mense Octobris Indict. 3. tempore D. Gregorii PP. & Frederici Serenissimi Imperatoris.

CUm exigente justitia Dei ecclesias, & religiosa loca & specialiter ea, in quibus ob reverentiam Jesu Xptī lepprosi pauperes infirmi

mi ac debiles nutriuntur, ab injuriis hominum, prout nobis eſt poſſibile, tueri & defendere merito teneamur, & hiidem locis debitam reverentiam exibere, ut exinde premium, & gratiam ab Altiſſimo conſequi valeamus. Nos Guido Verri Judex Communis Cinguli, & Vicarius Dñi Jacovini Poteſtatis ejuſdem Caſtri nomine abſentis, de voluntate & conſenſu totius generalis Concilii dicti Caſtri, precibus Venerabilis in Xtõ Fratris Silvi hoſpitalis Buraci Magiſtri, & Rectoris Dei intuitu annuentes ipſum hoſpitale, & ejuſdem hoſpitalis Magiſtrum hoſpitalitatis Fratres omnes familiares, aliaſque perſonas ibidem ſervientes Deo, lepproſos pauperes ac debiles degentes in eodem loco tam preſentes, quam futuros cum omnibus bonis ipſius loci Sancti nomine detemptis & poſeſſis, & hiis, que in antea cum ratione ipſi hoſpitali fuerint acquiſite ſub fide, & diligenti protectione, & defentione preſentis, & futuri Communis Cinguli regiminis, & ipſius Communis in perpetuum recipimus per nos noſtroſque ſucceſſores in predicto regimine hoc ſemper valituro reſcripto, firmiter ſtatuentes, ut nullus de cetero hoſpitali ſupradicto, vel perſonis nominatis, ſeu in eiſdem locis bonis habitis, & habendis injuriam, dapnum aliquod, vel gravamen inferre preſumat. Qui vero hujus edicti fuerit violator inventus, non ſolum in rebus, ſed etiam in perſona prout delicti, vel commiſſi maleficii qualitas exegerit a nobis, dante Domo, ſeveriſsime punietur. ita quod ejus pena multorum erit terror. Et hoc ideo, quia dictus Frater Silvus de voluntate ſuorum fratrum dictum hoſpitale cum omnibus ipſius bonis habitis & habendis ſuppoſuit, & ſubmiſit ſub Curte Sinaita & diſtrictu ac juriſdictione Communis Cinguli quantum ad temporalia. Et ut preſens Scriptum plenam optineat firmitatem Communis Cinguli ſigillo juſſimus communiri, & in publicam ſcripturam reduci. Actum in Eccleſia Plebis cinguli in preſentia Dñi Rainaldi Clodii, Dñi Ugolini Egidii, Dñi Nicolai Morici, Deuteadiute Alberti, Dñi Compagnoni Attonis Ugonis, Dñi Roggerii Morici, Dñi Appigliaterre, Dñi Mainitti de Canſarola, Dñi Roggerii Pamphili, Dñi Tebaldi Ugonis, Dñi Ugolini Gotii, Petri Not. Bartholomei Plebani, qui fuerunt teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati.

Ego Johẽs Notarius Mandato dicti Dñi Guidonis Judicis, & Vicarii, & voluntate totius generalis Concilii, ut ſupra legitur ſcripſi, & publicavi.

Loco ✠ Signi Not.

# XXXVII.

## *Philippus Episcopus dividit decimas persolvendas Mensae Episcopali ab Ecclesiis Plebis Sanctae-Anatholiae.*

In Dei nomine amen. Hec est copia &c.

In Dei nomine amen. Hec est copia seu exemplum &c.

1233 IN Dei nomine amen anno Dñi Millō ĉ XXXIII die secundo Septemb. intrante tprē Gregorii pp. etiam Federici Romanorum Imperatoris Ind. Sexta. Dñus Phylippus Camerin. Epus benignitate namque motus, & volens ad verum Datium de Decimis pervenire cum omnibus Ecclesiis & Clericis per privilegium Scē Anatholie constitutus promixit per se suosque Successores, pro suo Epatū, & pro dicta Plebe Dopno Actoni Piconi Sindico omnium Ecclesiarum dcum privilegium constitutarum, & clericorum, recipī noē dictarum Ecclesiasticarum, & Clericorum dictorum, esse contentus in LXXX. Coppis frumenti, & C. Annone ad coppam consuetam pro redditibus decimarum, quas dicte Ecclesie sive Clerici tenebantur dare dicto Epō, & dicte Plebi, & dictus Dñus Phylippus Epūs promisit pro se suosque Successores dicto Sindico recipienti noīe dictarum Ecclesiarum & Clericorum plus non petere vel exigere pro redditib. decimarum ipse, vel ejus nuctii, sed in dicta summa esse contentus, nec aliquid aliud occasione decimarum, vel hospitiorum petere nisi dictam quantitatem frumenti, & Annone; quam quantitatem frumenti, & annone dcūs Dopñus Acto Sindicus noiē dictarum Ecclesārum, & Clericorum promixit Dño Phylippo Cam. Epō recipienti pro se & dicta plebe dare annuatim, ita quod Ecclē que sunt constitute citra flumen ginu versus Ploracum dent apud Mathelicam quocumque loco Dñs Epūs vel ejus nuctius recipere voluerit, alie Ecclē dent apud Plebem Scē Anath. de qua quantitate, & frumenti jam dcūs Phylippus Epūs Cam. & Dopñus Acto Sindicus Supradictus dederunt liberam potestatem Dopnō Matheo de divisione fatienda inter Ecclesias de dicto privilegio, & illam sortem quam Dopñus Matheus imponeret cuilibet Ecclesie de d. privilegio dividendo dcam quantitatem in Ecclcās dicti privilegii promixit Dopñus Acto Sindicus nōie dcarum Ecclesiarum, & Clericorum dare Dño Phylippo Cam. Epō recep. pro se, & dicta plebe, & Dñus Philippus Cam. Epūs pro se suosque successores, & pro dicta Plebe promixit Dopno Actoni Sindico supradicto recip. noiē dcārum Ecclesiarum illa sorte esse contentus quam Dopñus Matheus imponeret cuilibet Ecclesie dicti privilegii faciendo divisionem d. suprad. quantitate frumenti & annone, & non amplius petere pro redditibus decimarum, vel hospitiorum ipse, vel ejus numptii alicui de Ecclesiis dicti privilegii nisi il-

illam quantitatem tantum quam Dopñus Matheus diceret, vel imponeret, quam quantitatem, & quam summam annone, & frumenti Dopñus Matheus inter Ecclĩas dicti privilegii ita divisit, ac distribuit ut Ecclĩa *Scẽ Marie de Galia* det VII. coppas frumenti & VIIII. coppas annone. *Sanctus Sebastianus* det VI. copp. frum̃ & VII. annone. *Sanctus Petrus Casalfusculi* det iiij. copp. frum̃ & VI. annone. *Sctũs Venantius de Valle* det ij. copp. frum̃ & iij. annon. *Scũs Concordius* det iij. copp. frum̃ & v. annon. *Scũs Angelus de Valle* det iiij. copp. frum̃ & iij. annon. *Scũs Vitus* det ij. copp. frum̃ & iij. annon. *Scũs Salvatoris de Vivano* det ij. copp. frum̃ & ij. annon. *Scũs Angelus de Camorano* det iij. copp. frum̃ & iij. annon. *Sancta Maria Vabbiani* det VI. copp. frum̃. & vij. annone; apud Mathelicam *Scũs Theoffanus* det v. frum̃ & vi. annon. *Scũs Stefanus* det VI. cop. frum̃ & VII. annon. *Scã Maria de Palliano* det iiij. cop. frum̃ & v. annon. *Scũs Angelus de Palliano* det ij. cop. frum̃ & iij. annon. *Scũs Justinus* det v. cop. frum̃ & vj. annon. *Scũs Donatus* det ij. copp. frum̃. & iij. annon. *Scũs Andreas de Lavenano* det ij. copp. frum̃ & iij. annon. *Scũs Andreas de Vasaria* det ij. & dimidiam frumenti, & iij. annon. *Scũs Johannes* det ij. & dimid. copp. frum̃ & iij. annone *Scũs Mrtinus Serre* det ij. frum̃, & iij. annon. *Scã Maria de Casale* det iiij. cop. frum̃ & v. annon. *Scũs Salvatoris de Valle Acuiani* det iiij. frum̃ & v. copp. annon. apud Plebem̃ Scẽ Anath. Hec omnia que superius & inferius leguntur Doñus Philippus Cam. Epũs pro se suosque successores Dopño Actoni Sindico suprad. recipienti noĩe dictarum Ecclcarum̃ promixit attendere, & observare & non contravenire &c. sub pena x. librar. Raven. & Anc. quam promixit &c. &c. &c. &c. Actum in Mathelica in domo Dopñi Mathei Murata. Presentibus Dopño Petro Bonelli, Actone Veneree Not. & Dopño Adjuto Albriripe testes võc & rogatis quando predicti, S Doñus Phylippus Epũs, & Dopñus Acto Syndicus supradicta rogaverunt scribi, & eodem anno, & Consule rengnante & anno secundo die x. Febr. except. ante Domum muratam dcĩ dopñi Mathei. Pntibũs Dopño Minito, Dopño Petro Albertutij a Domo Martini Barbarij & Petro de Scõ Angelo, & Dopño Bentevolio Jacanello, Dopñus Matheus fecit suprad. divisionem de suprad. quantitate frumenti & annone inter Ecclĩas suprad. & tunc currebat v. Indictio.

Ego Petrus Aplicẽ Sedis Not. oibũs suprad. intersui rog. a predictis sicut dictum est scripsi, & publ.

Et ego Johannes Loli de Scã Anath. Implĩ auctatẽ Not. pubb. pred. Copiam &c. exemplavi &c. de licentia, & auctoritate sapientis & discreti Viri Dñi Nicole Mathei de Cam̃ Vicarii terre Scẽ Anãth pro Mag. & potenti Milite Dño Johẽ Dñi Berardi de Cam̃ d. terre hoñ potatẽ &c. sub anno Dñi Millõ ii JLij Ind. quinta tprẽ Dñi Clementis pp. VI. de xxiiij mens Septembr. in Palatio Cois d. terre ad bancum iuris eiusdem Pala-

tij pñtis Johẽ Anthonij Not. cumquo auscultavi & Ventura Mrẽ Angeli de Scã Anãth tes &c.

Et ego Johẽs Francisci Vite de Scã Anãth Imp. aũt. Not. pubb. suprad. copiam sive exemplum copie &c. exemplavi &c. & una cum Ser Francõ Andrioli de Cam̃ & Ser Luca Mr. Mathei de Scã Anãth Not. pub. diligenter auscultavi &c. de mandato, lĩc, & aũct Sapientis Viri Dñi Bartholi Magñ Francĩ de Cam. Judicis, & Vicarii in terra Scẽ Anãth per magnificum militem Dnum̃ Johem̃ Dñi Berardi de Cam. hoñ potatem̃ d. terre &c. Qui Dñus Viccarius pro tribunali sedens &c. anno Dñi mil. lõ ii ʃ1xiij Ind. prima tprẽ Dñi Urbani pp. V. die vii. mens. Julii Pñtibũs &c.

Loco ✠ Signi.

## XXXVIII.

### *Philippus Indulgentias confert Eleemosynas largientibus Sororibus S. Mariae Magdalenae de Matelica, Oratorium, & Monasterium aedificantibus.*

1235 PHy Dei gratia Camerin. Epũs Universis Xptĩ fidelibus tam Ecclesiasticis, quam Laicis per Camerinen. Diecesim constitutis salutem in Dnõ quoniam ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Xptĩ recepturi pro ut in corpore gessimus sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extreme miserie oporibus prevenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Dnõ cum multiplicato fructu recolligere valeamus in Celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam eternam. Cum igitur dilecte in Xptõ S. Abbatissa, & Sorores prope Castrum Matelice super planum Insule juxta flumen Gini extitentes ad honorem Dei, & Beate Marie Madalene, & omnium Sanctorum quondam Oratorium, & Monasterium laudabiliter construere inceperint, & de novo, & ad tanti operis consumationem ...... ppe non sufficiant facultates universitatem vestram rogamus ................ ........... ac remissionem vobis injungimus peccatorum, quoniam de bonis vobis a Deo collatis cum nuntii earumdem Sororum ad vos venerint eleemosynas petituri, sic eisdem subvenire curetis, quatenus per hæc & alia bona, que Dño feceritis inspirante, eterne vite possitis premia premereri. Nos autem de Dei omnipotentis misericordia, & Beatissime Virginis Marie, nec non Sanctorum Venantii, Ansuini, Victorini, & aliorum sanctorum meritis confidentes

tes omnibus, qui eisdem nuntiis, seu ipi opi manum porrexerint charitatis XL. dies de injuncta S. penitentia in Dño relaxamus. Datum Matelice die xi. Mensis Aprilis intrant.

# XXXIX.

## *Domnae Rosae deditio sui suorumque bonorum Monasterio, & Ecclesiae S. Mariae Magdalenae de Matelica, in quo Monasticum habitum induit.*

IN Dei nomine Amen. Jesu Christi 1237. indict. X. intrante Januarj 1237
Tempre Gregorji Pape, & Federico Imperatore coram Testibus infrascriptis Domina Rosa Filia quondam Domini Janni Alberti Gualterii propria & spontanea sua bona voluntate, & pro redemptione animarum Parentum, & Sororum suarum, & pro sua Anima *dedicavit se, & sua*, & ingressa est Monasterium, & Ecclesie Sante Marie Madalene, & dictam Dominam promisit obedientiam, & reverentiam fratri Petro Minjstro fratrum Minorum, & suis Sororibus recipienti pro ipsa Ecclesia quam numquam aliquo tempore discederet a dicta Ecclesia, eundo, & serviendo ad aliquem locum Religiosum hoccasionem standi, vel permanendi, sed semper in eodem luoquo permanendo, & renunciavit Mundo, & promisit Castitatem, & unitatem retinere, & necessitatem retinere, & dicta fecit pro amore erga Dominum nostrum Jesum Christum, & Marie Virginis, & Marie Madalene dicendo dictus frater Petrus: vis tu esse reddita Deo, huic Luoquo Sante Marie Virginis & Sante Marie Madalene pro...... da, & stado ante altare Sante Marie Madalene, & ipsa dixit: volo, & ipse frater Petrus, & sue Sorores receperunt eam nomine, & vice dicte Ecclesie, & in vestiverunt eam per pannos altaris, & per hosculum pacis ad altare; Et dicta Domina Rosa per hec dedit, & cessit omne jus omnem rationem, & actionem, quod & quam abebat contra Dominum Masseum, & Dominum Gentilem Nazarii de quatuor centum libris, quas ipsi dare ei tenebantur de venditione Mansi Patris, & Matris sui, & de centum LVI. libris quas Domina Biatrice, & ipsa Domina Rosa antea concesserant dicto Monasterio, & dedit & concessit ipsa Domina Rosa dicto loquo sive Monasterio omnia alia sua bona peter ista sive ultra supradicta...........tudinis esset, quam dationem, & concessionem promisit firmam, & ratam abere, & non contravenire aliqua occasione vel exceptione.

..... Dominus Bartolus Gentilis, Dominus Rainaldus Judex, Morico de Rocca, Dominus benintindi, Dominus Petrus palmutii, bo-

bonus frater, frater Filippus, Dominus Bentevegne, & multi alii rogati testes sunt in dicta Ecclesia.

Ego Albericus Notarius interfui, & ex mandato dicte Domine Rose, & suarum sororum scripsi, & publicavi, & in publicam formam redegi.

## XXXX.

### *Submissio hospitalis Buraci Fr. Cruciferis Pontis Potentiae.*

1239 IN Dei nomine Amen. Anno Dom̃ MCCXXXIX. die xv. intrante Octobre Indict. xii. regnante Dño Frederico Romanorum Imp. Frater Gorus Syndicus & yconomus ecclesie Sanctorum Antonii & Bartholomei de Hospitale Boriaci presentes & consensientes fratres & sorores dicti hospitalis scilicet Fr. Raynaldus Fr. Albertonus Fr. Albertus, Fr. Actus Gigardi, & Fr. Fulgus, & Fr. Ramaldus Gogis, & Sora Sponsa, & Sora Amata, & Sora Jacoba, & Sora Digna, & Sora Pregadeo, & Sora Lodeane, & Doñus Rogerius de Pamphilo una cum dicto Syndico, & yconomo dederunt, & se submiserunt Frẽ Compagnono Priori Sanctæ Marie de hospitale Cruciferorum pontis Potentiæ recipiendo pro dicto hospitale & sub jure dicti ipsius hospitalis dictum hospitale Boraci & seipsos submiserunt promittendo dicto Priori recipienti pro hospitale Cruciferorum sub obbedientia dicti hospitalis stare, & dictam regulam tenere, & observare, & obbedire Prioribus & Rectoribus hospitalis Cruciferorum Potentie mittendo & tradendo dictus Syndicus dictum Priorem in pp. sessionem dicti hospitalis dando illi claves ecclesie & domorum dicti hospitalis. Unde dictus Prior promisit per se, & suos successores dictum hospitale sub obbedientia hospitalis Cruciferorum Potentie & sub ejus ordine, & regula tenere, & deffendere dictum hospitale contra persequentes juxta posse & regere & gubernare & manutenere & subvenire in suis necessariis, & tenere omnes fratres, qui erunt utiles in dicta domo & tota familia, & facere & exercere omnia quæ erunt utilia dicto hospitali ad sensum & voluntatem Fr: Raynaldi, & inutilia pretermittere juxta suum posse & facultatem. Actum in porticu dicti hospitalis Boraci testes Dnus Albertus Actonis Comitis Alberti, & Dñus Gentilis frater ejus, & Raynaldus Paganelli Joannes Dñi Rainaldi & Compagnonus Vigilanti, & Pelaginus Grimaldi Martini.

Ego Philippus Imperialis Aule Notarius his omnibus interfui ut supra legitur scripsi & publicavi.

Pri-

# XLI.

## *Privilegium Synibaldi tt. S. Laurentii in Lucina pro Camerinensibus.*

Hoc est exemplum cujusdam privilegij sigillati sigillo cere pendenti, cujus tenor inferius, sic notatur. 1240

SY.; miseratione divina tt. Scī Laurentij in Lucina presbiter Cardinalis Ancoñ Marchie Rector. Dilectis in Xpõ sibi ... potestati & ... populo Cameriñ salutem in Dño. Grata devotorum obsequia retributione gratuita sunt non in merito compensanda, ut & illorum remunerata familiaritas ylarescat, & alii exemplo laudabili animentur ad fideliter obsequendum. Fidem igitur, & devotionem quam circa Romanam Ecclesiam cognovimus vos habere diligentius adtendentes vobis duximus concedendum quod prime cause vrorum civium, appellationes etiam prime, criminales videlicet & Civiles possint & debeant in vrā curia pertractari. Affictus vero omnes & dativas qui Coī Cameriñ debentur tam ex promissione, quam ex consuetudine, vel alio quocumque titulo vobis pro Coī vrā auctatē exigere liceat & habere. Emptiones etiam quas fecistis de Castris, villis, hoibũs, vel aliis rebus & omnia que attentus acquisistis approbamus, & pñtis scripti patrocinio communimus. A vobis etiam, & hominibus vrī districtus nihil per curiam, & ejus numptios exigi volumus nisi fictum L. librar. Rañ, & Añc, & procurationes quando solvent ceteræ Marchie Civitates. Qui districtus est talis. *In primis Castrum Serravallis cum suis pertinentiis. Vallis Iolandrii Villa Masse cum suis pertinentiis. Marcia. Fegorium. Presolium, & Villa Scī Angeli de Presolio. Antichum. Caprilia Vallis Corracinij Frontillum Roccha Maij. Collaltum. Sentinum. Corvenanum. Colpolinum. Balvellum. Colmedium. Flengnī. Flastra. Acquacanina. Bologna. Castrum Scī Maroti. Roccha Vguictionis. Vallis gec. Flugum̃. Campulargum. Stactum. Borgianum. Borgianellum. Belforte. Serra filiorum Petronis & Villa Arie cum tota Curia & hoibũs earumdem, & jurisdictionem quam Curia habet in ipsis Castro Serre, Villa Arie, & hoibũs vobis pro Coī concedimus.* Revocantes õia privilegia & jura que aliquis habuit, vel habet a Curia de ipsis, & spāliter Balignanus Ysacci, vel antecessores sui. *Item Caldarola. Cessapalumbum. Moricum. Montealtum. Vestingnanum. Faverium. Ancagianum. Galli. Roccha filiorum tornaguerre. Ville ultra Potentiam versus Mathelicam. Fluminata Sefre. Avolla. Cristatum forti. Copongna, & alia Castra, & Ville infra Comitāt Cameriñ dcē Civitati pertinentia quoquomodo. Et specialiter Castrum Scē Anāth & Castrum Petini cum suis pertinentiis & hoibũs* infra quem districtum edificandi ubi-

ubicumq; volueritis vobis plenariam concedimus poteſtatem ; Qui diſtrictus infra hos fines dicitur contineri Ap.° Rivus Caſſalonis & exit in flumen Flaſtre, & vadit per dcum̃ flumen ad montem Ragnoli, & exit per Caſtrum Bologm̃, & vadit in acutium, & exit in Toricellum & vadit in Piſſiam, & exit in Montem Corni per cavabuſcum, & exit in montem Gembi & venit Ancagianum in montem Saſprugnani & vadit in priviam Synaitam. In quo diſtrictu & Dũs Caſtris Villis & hoibũs ac etiam in aliis que ad Coẽ Cam̃ pertinerent intus & extra fines pred. Vobis & Coĩ Camerini plenam jurisdictionem concedimus & preſtamus, Vobis etiam pro Coĩ Jurisdictionem ſicut aliqua Civitas privilegiata in Marchia melius habet plenius conferentes. Forma vero exercitus Curie faciendi vel pro curia talis erit. Scilicet quod ſi Curia fecerit exercitum in Comitatu Camerini, tota Coĩtas debeat intereſſe ad mandatum Rectoris Provincie vel ſuorum etiam numptiorum ſi extra Comităt v. Milites ; ſi extra provinciam duo milites curabitis exhibere per terram Eccleſie. De cetero pedagium a vobis nolumus extorqueri. *Jurisdictionem vero quam Eccliã Rom. habet vel conſuevit habere in Lauzano, & ſuis adiacentijs, & quibuſdam hominibus ultra Potentiam vobis de gratia duximus concedendum. Nihilominus etiam Jurisdictionem quam Eccliã debet habere vel curia in Caſtro Caldarole*, & habet vobis plenius concedentes. Ad magiorem autem huius rey notitiam, & cautelam has licteras noſtri fecimus ſigilli munimine roborari. Dat. Camerini vi. Kal. Febr.

Et ego Angelerius Imperialis aule Not. has licteras ſcripſi, & auct & mandato ſuprad. Dñi Cardinalis in pntiã *Dñi Philippi Camer. Epĩ*, Dñi Petri de Agubio, Dñi Philippi Actonis Bernardini, Dñi Actonis Finaguerre Mñ Petri Not. Dñi Paganelli Albrici Teſte, & aliorum plurium michi facto publicavi, meo ſingno ſingnavi & in pũbl formam redegi. In anno Dñi millõ CCXL. Ind. 13. vi. Kal. Febr. Dño Raimundo rani Cu ... Peruſin exiſtente Poteſtate d. Civitatis.

## XLII.

### *Philippus Epiſcopus accurrit indigentiis Monacorum S. Mariani.*

1241 IN nomine Domini Amen. Ab ejus incarnatione ſunt Anni MCCXXXXI. Temporibus D. Gregorii IX. PP. Indictione xiv. viii. Kal. Maii. Venerabilis Pater *Dñ Philippus Dei Gratia* Camerinenſis Epũs conſiderans, & videns impoſſibilitatem, & defectum Monaſterii *Sancti Mariani*, & menſe ipſius ſue Dieceſis, maxime quia tempore perſecutionis Imperatoris Frederici extitit combuſtum, & ea occaſione & guerra-

rarum discrimina propter situm loci distantis ab omni habitatione hominum dictum Monasterium est in ruina positum & in casu defectino constitutum: Ideo ad ipsius Monasterii, & mense ejusdem substentationem, & supplementum dictus Dñ Epūs de consensu, & voluntate Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis in ipsa Ecclesia residentium. Scilicet Domini Uffredutii Archidiaconi, Dñi Jacobi, Dñi Lamberti, Dñi Ugolini, Dñi Munaldi, Dñi Angelerii. Et ipsis præsentibus, volentibus, & consentientibus nomine dicti Epatūs, sive Ecclesiæ Cathedralis Camerinensis, dedit, & concessit pure & libere in perpetuum dicto Monasterio S. Mariani, & Dopno Severino Abbati ipsius Monasterii pro ipso Monasterio recipienti & stipulanti omnia jura ad Epatūs & Ecclesiam ipsam Camerinen. pertinentia, & expectantia In Ecclesiis, seu Cappellis Castri, & Villarum *Carpignani*; scilicet Sanctæ *Mariæ*, Sancti *Claudi*, S. *Johannis*, Sancti *Angeli*, nec non in Ecclesia seu Cappella S. *Gregorii* de Massinano sita in districtu *Culmurani*, & Sancti *Angeli de Trufcho*, & in Parrochianis ipsarum Ecclesiarum; Videlicet tertiam partem decimarum, & quartam partem mortuariorum ipsarum, & etiam sinodationem, dationes, collectas, & electiones Clericorum, institutiones, & destitutiones, & omnia, & singula ad Episcopatum, & Ecclesiam Camerinen in dictis Cappellis, & juribus ipsarum, & aliis parrochianis præfati Monasterii ubicumque sunt, & ad ipsum Monasterium spectant & pertinent, provenientia, & expectantia de consuetudine, & de jure; & ipsum Dopnum Severinum pro dicto Monasterio de predictis per anulum manualiter investivit. Constituens ipsum pro dicto Monasterio procuratorem in rem suam atque rebus. Ita quod possit & valeat deinceps per se, & alios petere & exigere, & omnia & singula facere, & exercere in prædictis & de predictis, & quolibet prædictorum, quemadmodum ipsemet Dñus Epūs, vel aliquis pro dicta Ecclesia Cathedrali Camerinen facere, & exercere potest, & debet. Confirmando expressim dicto Monasterio quidquid apparet fore actenus factum per ipsum & predecessores suos dicto Monasterio de concessione jurium predictorum, & omnem defectum si quis est in altera concessione predictorum jurium facta ipsi Monasterio. Idem Dñus Epūs de consensu, & voluntate dictorum Canonicorum nomē suo, & dicte Ecclē Cathedralis supplere voluit & statuit tenore hujus instrumenti. Reservato sibi ipse Dñus Epūs visitationem correctionem, & ordinationem Clericorum ipsarum, & consecratione altarium dictarum Ecclesiarum. Ratum & gratum habere, & tenere promittens per se suosque imposterum successores omnia, & singula supradicta, nec aliquatenus contraire sub pena indepnitatis dicti Monasterii, ac ypoteca, & obligatione bonorum Epatūs, & Ecclesiæ Cathedralis Camerinensis. In quibus omnibus, & singulis supradictis idem Dñus Epūs & dicti Canonici renuntia-

tiaverunt exceptionem doli mali conditioni sine causa, & omnibus aliis exceptionibus, auxiliis, & favoribus eis competentibus, & competituris tam ex jure Canonico quam Civili. Hoc actum est Camerini in Palatio Dñi Epī coram Dopno Benvenuto Priore Belleczonis Benvenuto Canusiolo de Tuderte, Magrō Bentevolio Not. de Sanctoseverino. Jacobutio Dñi Blazii Dopno Juliano de.... Dopno Ventura de Stacto Dño Paganello accepti Johannutlo Archidiacono rogatis testibus.

Et ego Angelderius imperialis auct. Not. predicta scripsi, & mandato supradicti Epī publicavi rogatus.

## XLIII.

### *Philippus confirmat jura Monachorum S. Mariani in quibusdam Ecclesiis Castri Carpignani.*

1242 Filippus Dei gratia Camerinensis Epūs licet immeritus. Viris religiosis in Christo sibi dilectis Abbati, & Conventui Monasterii S. Mariani Cammerinensis Diocaesis salutem in Domino. Justis petentium desideriis dignum est nos praebere consensum; & vota, que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Christo justis postulationibus grato occurrente adsensu, quamvis a nostris praedecessoribus, & a nobis per privilegia, & publica instrumenta quedam jura Episcopalia memoratum monasterium obtineat in Ecclesiis villarum Castri *Carpingirani*, & in Cappella ipsius Castri, & in quibusdam aliis Ecclesiis adhuc tamen privilegia expressa, & instrumenta predicta petitis majori, & digniori firmitate vallari. Ideoque pro nobis, & pro nostris successoribus vobis, & vestris successoribus pro vestro monasterio recipientibus nomine Camerinensis Ecclesiae, & ipsius Episcopatus damus concedimus, & imperpetuum confirmamus omnia jura Episcopalia, quae Camerinensis Ecclesia habet in tribus Cappellis villarum Castri *Carpingirani*, & in Cappella ipsius Castri, videlicet Decimas, Primitias, Parrochianos, Mortuarios, Synodaticos, Denarios, Collectas, Exactiones, Procurationes, Visitationes, Electiones, Confirmationes, Institutiones, & Destitutiones Clericorum ipsarum quatuor Ecclesiarum haec, & omnia alia jura, que spectant de praedictis Cappellis ad Camerinensem Ecclesiam, & ipsius Episcopatum damus monasterio memorato, que jura de voluntate nostrum Praedecessorum, & nostra *Plebes Ariae* habuit usque modo, que jura omnia nunc ... trhaimus memoratae *plebi Ariae*, & sibi auferimus, & ipsam damus, & concedimus pro salute anime nostre Monasterio antedicto imperpetuum pleno jure. Adi-

Aditientes insuper de gratia speciali, quod damus vobis, & confirmamus pleno jure Monasterio antedicto Jusspatronatus, quem vestro Monasterio Dominus Promptaguerra, & Mater sua Domina Clarmondina pro anima eorum, & ejus uxor Domina Blancandina concesserunt. Et omnes possessiones quondam filiorum Offredi positas ad Casale ..... in locis, videlicet Vallem Casalis, Campum de trivio ..... Casale, ubi dicitur campu della Noce, & campum ibi similiter cum silva vobis confirmamus, similiter vobis confirmamus, & damus.... Juspatronatus Cappellae *S. Martini*, & campum ibi S. Martini cum rota, & cum molend ... ibi, & campum ibi attumboni, & campum delitumpagani totum usque in Flumine Flastra, & campum de Bastorante totum usque in Flumine Fiastre, & campum de Lupodii ubi dicitur li Colli cum silva, & sodo toto, & totam silvam de valle Casalis, & totam silvam de infantulinis, & silvam de regimento, & totum mansum de lizamp............, & totum mansum, quod habent filii Vainutii, & totum Collem Campetranum de via in viam, & de rivo in rivum, & ipsam Cappellam vobis damus pleno jure, cum omnibus suis Juribus, & pertinentiis, & redditibus, cum Campanis, Collis, Muris, Libris, Paramentis, & cum Parrocchianis sibi pertinentibus confirmamus vobis, imperpetuum atque damus, & concedimus pleno jure. Ideo vobis confirmamus, quia vos omnia emistis a quibusdam Nobilibus supradictis, sicut nobis plenarie constitit evidenter. Consentientes nihilominus omnibus vestris aliis privilegiis, & instrumentis publicis a nostris Predecessoribus, & a nobis factis Monasterio antedicto, que omnia confirmamus, & presenti patrocinio roboramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre institutionis, dationis, concessionis, & confirmationis aliquo modo infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, Beate Marie semper Virginis, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Venantii, Victorini, & Ansuini, & nostram se noverit incursurum. Ad hujus rei fidem, & certitudinem plenlorem hanc paginam nostre concessionis, & confirmationis nostri sigilli fecimus munimine roborari.

Datum Cammerini in Palati Dñi Epī Tertio decimo nonas Aprilis Indictione Quintadecima.

# XLIV.

## *Literæ Apostolicæ Innocentii IV, quibus duodenarium Canonicorum numerum in Cathedrali Ecclesia Camerini firmat.*

Epō & Capitulo Camerinen.

1247 TUnc temporis quo eramus in minori officio constituti & in Marchia Anconitana Rectoris officium agebamus duodenarium Canonicorum & prebendarum in Ecclesia vestra dicimur statuisse. Quia vero quot presbyteri & diaconi esse debeant in eadem Ecclesia in statuto hujusmodi non habentur, propter quod Ecclesia ipsa sepe gravem defectum patitur in Divinis cum ibi per Sacerdotes & Diaconos conducatis serviatur. Nos volentes honori & utilitati ejusdem Ecclesiæ de circumspectione Sedis Apostolice providere, presentium auctoritate statuimus quod in Ecclesia perpetuo de Canonicis memoratis sint quatuor Sacerdotes & quatuor Diaconi, quorum quilibet unam de prebendis obtineat supradictis. Ceterum tu fratrer Epē illos ex eisdem Canonicis qui a nobis in Subdiaconos sunt promoti, tibi, hoc non obstante, liceat statutis temporibus ad superiores ordines promovere. (*) Nulli ergo &c. nostre Constitutionis & Concessionis &c. Dat. Perusie Idus Decembris anno IX.

(*) Ordinati a Summis Pontificibus non poterant superiores Ordines recipere, nisi de eorundem licentia. Ideoque Episcopo Camerinen. specialis facultas datur eos promovendi.

# XLV.

## *Fragmentum Bullæ Innocentii IV. pro Monachis S. Urbani de Asinante, quos sub Sedis Apostolicæ tutela recipit.*

1251 INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis.... abbati monasterii Sancti Urbani de Asenante, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus &c. . . . . . . . . . . Sancti *Andreæ*, & S. *Silvestri* de Lapiro cum pertinentiis earum. *Sancti Petri* de Grancitula (1) *Sanctæ Mariæ* de Pisale (2) *S. Marie* de Cripta: *Sancti Johanis* de S. Johanne . . . . . . . . . . . . . . . . . *Sancti Stephani*, *S. Martini* de Fusiano, *S. Nicolai* de Arena (3) Ecclesias cum

(1) Alii legunt de *Samitula*.
(2) Seu de *Percicle*.
(3) Legerem de *Marta*.

cum pertinentiis earundem. Tertiam partem *Castri Rodosse*: quartam partem *Castri de Fajetis*, & Villarum S. Johannis (1) . . . . . . . . . . . . . . . . . . &c. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decrevimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui se ibi sepelliri deliberaverint nisi forte excomunicati, aut interdicti sint, aut etiam pubblici Usurarii nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora desumuntur. Decimas preterea, & possessiones ad jus Ecclesiarum predictarum spectantes . . . . . . . . . . . . . . . . Obeunte vero de nunc ejusdem loci Abbate, vel suorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia preponatur nisi quem Fratres de comuni consensu, vel Fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum, & B. Benedicti regulam providerint eligendum &c. (2) . . . . . . . . . . . . . . . .

Ego Riccardus S. Angeli Card. S. S.

Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum.

Diac. Card. S. S.

Data Perusiis per manus Guil. XII. Apost. . . . . . . . . . . . . S. Romane Ecclesie Vice Cancellarius . . . . . . . . . . . . . . . Indic. x. Incarnatio. Dom. Ann. MCCLI. Pont. Inn. PP. IV. Ann. IX.

(1) Charta igne ex parte consumpta obscura reddita est. Majori qua potuit diligentia excripta, & edita legitur tomo V. annal. Camal. in app. ad num. XVI. col. 17. 18. & 19.

(2) Relique obsignatorum nomina deficiunt.

## XLVI.

### *Guillelmi diploma pro Monachis S. Mariani.*

GUilielmus Dei, & Apostolicae gratia Cammerinensis Episcopus. 1253
Viris religiosis Abbati, & Conventui Monasterii S. Mariani Cammerinensis Diocaesis salutem in Domino. Cum a vobis petitur quod est justum, tam vigor equitatis suadet, quam ordo exigit rationis, ut per sollicitudinem nostri officii ad debitum perducatur effectum. Cum igitur vos dilecti in Christo nobis duxeritis humiliter supplicandum, ut confirmaremus vobis, & vestro monasterio Jura . . . . . . . . . . vestrarum Ecclesiarum, quas habetis in contrata castri *Riparum*, videlicet Ecclesiae *S. Mariae Casalis*, & *S. Martini*, quas Ecclesias Nobiles Viri Dominus Promptaguerra, & filii sui, D. Gentilis, D. Gualterius, D. Berardus, & D. Guarnerius vestro Monasterio concesserunt. Simili modo petiistis a nobis, ut confirmaremus ipsi Monasterio omnes possessiones, quas vestri praedecessores olim in eadem contrata emerunt, & juste a quibusdam nobilibus acquisierunt, videli-

licet a Filiis Offredi, & a praedictis Dominis Promptaguerra ficut per veftra publica inftrumenta. Nos igitur veftris precibus inclinati vobis pro veftro Monafterio memorato praedicta per omnia Confirmamus, rattificando omnia, quae in veftris privilegiis, & inftrumentis omnibus continentur. Confentientes nihilominus de gratia fpeciali, & mifericordia . . . . . . . . . omnibus his, quae continentur in aliis literis, privilegiis, & inftrumentis predeceſſoribus noftris, videlicet quas habetis de aliis veftris Ecclefiis feu rebus, quae omnia confirmamus nomine noftri Epifcopatus omni jure, & pleno jure modis omnibus. Confirmamus, & praefenti patrocinio duximus pro falute noftra Dei intuitu in perpetuum roboranda. Nulli ergo omnino hominum licitum fit hanc paginam noftre conceſſionis, & confirmationis infringere, vel etiam ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praefumpferit indignationem Dei omnipotentis, & Beate Marie femper Virginis, & Beatorum Apoftolorum, & Sanctorum Martirum Venantii, Anaftafii, Porfirii, & fociorum eorum, & Beatorum Confeſſorum Anfuini, & Victorini Pontificum, & noftram fe noverit incurfurum. Ad hujus rei fidem, & certitudinem pleniorem hanc paginam noftri figilli munimine fecimus roborari.

Datum Camerini nono exeunte Martio Pontificatus Domini Innocentii Papae Quarti Anno decimo Epifcopatus noftri Anno fecundo, & XI. Indictionis.

## XLVII.

### *Guillelmus Epifcopus transfert Fontem Baptifmalem Ecclefiæ Attidiatis ad Ecclefiam S. Venantii de Fabriano.*

1254 GUills Dei, & Aplicā gratia Camerinen. Epūs. Dilectis in Xptō fibi Dopno Johi de Padua Priori S. Venantii de Fabriano, totique ejufdem Ecclefiæ Capitulo falutem in Dño. In regimine pofiti Dei, & Aplicā grā Ecclefiæ Camerinen. levando diligentius oculos &c. . . . . . . . . . . . . Inde eft, quod nobis funt conquefti fuis litteris rationabiliter Poteftas, & Populus Fabriani, quod tunc quia Plebes Attigii *tribus ferè miliariis diftet a Fabriano*, a qua recipiunt Baptifmi neceſſarium Sacramentum, propter abfentiam in ipfa Plebe plurimam Sacerdotis propter ipfius Plebis penuriam, tum propter temporum malitiam ex ventis validis, pluviis, nivibus, grandinibus, & interdum guerris, nonnulli ante dicti Sacramenti perceptionem Infantes enormiter extinguntur. Quare nobis humiliter fuppplicarunt, ut in hoc

hoc defectu studeremus salubriter providere. Nos vero habito consilio Archidiaconi, & Capituli Camerinen. dictam Plebem Attigii cum eorum consensu, & voluntate, necnon & Dopñi Nicolai Plebani dictæ Plebis Attigii &c. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Cum vestri Prioratus Ecc᷑iam memorata duximus uniendam cum omnibus juribus, & rationibus ipsius Plebis, concessis per nos dictæ vestræ Ecclesiæ, Baptismatis collatione, & omnium aliorum spiritualium, necnon temporalium provisione, usu, & recuperatione, si sunt ab aliqua, vel aliquibus Personis indebite occupata, vel alienata &c. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ex eo quod in Plebe dictæ Ecclesiæ vestri Prioratus per nos unita nos reducentes ex nunc secundum tenorem ipsius Privilegii Ecclesiam dictæ Plebis Attigii in Capellam vestri Prioratus Ecclesiæ nos, & nostri successores nullatenus instituemus Plebanum aliquo tempore. Capellæ, & Cappellani dictæ Plebis necnon Parocchiani earum sic teneantur. Ecclesiæ vestri Prioratus, vobis, & vestris Successoribus sicut tenebantur dictæ Plebi, & Plebano dictæ Plebis in Sacramentis Ecclesiæ, ac aliis omnibus, *quibus Capellanis, canonicè præsentatis possit vester Prior munus confirmationis conferre, visitare eos, & corrigere per se, vel per alium de vestro Capitulo tam in spiritualibus, quam in temporalibus* ipsarum Ecclesiarum male dispositis, vel neglectis, & non aliter. Reservatis nihilominus Dopño Nicolao nunc Plebano dictæ Plebis omnibus juribus pertinentibus ei ratione dictæ Plebis, donec advixerit. Eo verò cedente, vel decedente omnia prædicta ratione dictæ unionis memoratæ Plebis per nos factæ cum Ecclesiam vestri Prioratus vobis, & vestris Successoribus perpetuo maneāt illibata. Ita tamen quod Ecclesiæ vestræ utilitate prefata, & ut per hoc Populi Fabrianen. parcatur laboribus *Baptisma, & jus omne Baptismalis Ecclesiæ ad Ecclesiam vestram ex nunc duximus totaliter transferendum*. Apprehendendi, & retinendi liberam possessionem rerum, & jurium ad eam spectantium vobis, & vestris Successoribus facultate concessa. Et ut possessio hujusmodi apud ipsos Priorem, Canonicos, & Ecclesiam Prioratus Fabriani incussa firmitate permaneat, volumus, & mandamus, *ut Plebanus ipse Priori, & Canonicis, & Ecclesiæ memoratis det, & solvat pro Plebe, & rebus ejus* XII. *denarios Rav. & Anc. annuatim in festo S. Venantii pro annua pensione*. Quæ omnia supradicta per nos, nostrosque Successores, & vos, vestrosque Successores volumus perpetuo inviolabiliter asservari. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc præsentem paginam nostræ unionis, concessionis, & subjectionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hac aptentare præsunserit indignationem Omnipotentis Dei, BBeatorumque Apostolorum Petri & Pauli, & SS. Martyrum Venantii, Anastasii, Porfirii, & Sociorum eorum, & Beatorum Confessorum Leontii, & An-

Anſovini Pontificum, & Victorini, & Sociorum ipſorum, & noſtram ſe noverit incurſurum. Et ad hujus rei fidem, & certitudinem pleniorem hanc paginam noſtræ unionis, ſubjectionis, & conceſſionis, noſtri ſigilli munimine juſſimus roborari. Dat. Camerini VI. die exeunte Septembri, Pontificatus D. Innocentii Papæ Quarti anno XI., Epiſcopatus noſtri anno tertio.

✠ Nos Guills. Dei, & aplica gra Camerinen. Epus prædictam fecimus unionem,& ipſam Sigilli noſtri munimine juſſimus roborari.

✠ Ego Ofredutius Camerinen. Archidiaconus prædictæ unioni conſenſi, & omnia ſupradicta approbans manu propria ſubſcripſi.

Ego Jacobus Camerinen. Canonicus prædictæ unioni conſenſi, & ea propria manu ſubſcripſi.

Ego Johannes Camerin. Canonicus prædictæ unioni conſenſi, & omnia ſuprad. approbans manu propria ſubſcripſi.

Ego Rambodus Camerin. Canonicus prædictæ unioni conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Lambertus Camerin. Canonicus prædictæ unioni conſenſi, & propria manu ſubſcripſi.

Ego Ofredutius Camerin. Canonicus prædictæ unioni conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Corradus Camerin. Canonicus prædictæ unioni conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

✠ Ego Donnus Scagnus Camerin. Canonicus prædictæ unioni conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Loco ✠ Sigilli D. Epiſcopi.

## XLVIII.

### *Guillelmus concedit Monachis de Domoris Eccleſiam S. Zenonis cum omnibus ejus juribus.*

1256 GUglielmus Dei & Apoſtolica gratia Epiſcopus Camerini. Dilectis Abbati, & Conventui Monaſterii de Domoris ſalutem in Dño. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum &c. Eapropter dilecti in Chriſto veſtris juſtis petitionibus inclinati, propter defectum menſe veſtre, & cauſa hoſpitalitatis ſervande apud vos Eccleſiam S.Zenonis cum omnibus Cappellis, privilegiis &c. edificiis domibus hominibus, privationibus molendinorum, decimis, mortuariis ſinodaticis &c. & ad nos, & ad noſtrum Epiſcopatum ſpectantibus per nos noſtroſque ſucceſſores vobis, & veſtris ſucceſſoribus & monaſterio veſtro, Dño Joanne de Padua Cappellano noſtro, qui nunc eſt dicte Plebis S. Zenonis cadente &c. duximus perpetualiter concedendam &c. Nulli er-

ergo &c. si quis &c. datum Camerini XIII. die Intrante Optubri MCCLVI. Indict. IV. Pontificatus D. Alexandri Pape IV. Episcopatus nostri anno V.

Signum X D. Guglielmi Episcopi.

Ego Offreduccius X Camerinensis Archidiaconus indignus omnibus supradictis consentio, & propria manu subscripsi.

X Ego Jacobus Camerini Canonicus &c.

Ego X Joannes de Bectona Canonicus Camerinensis &c.

✠ Ego Corradus Camerini Canonicus &c.

Ego ✠ Rambottus Camerini Canonicus &c.

✠ Ego Offreccius Camerini Canonicus &c.

Ego ✠ Scagnius Camerini Canonicus &c.

Ego ✠ Joannes de Padua Camerini Canonicus &c.

Ego ✠ Oddo Camerini Canonicus &c.

Et ego Offreduccius Impli auctoritate Not. de mandato supradicti Dñi Epi rog. scripsi & pubblicavi &c. presente Rainerio Canonico Plebis Tolentini Berardo Nepote Dñi Guglielmi Epi Camerinensis, & pluribus aliis testibus &c.

## XLIX.

### *Guillelmus vendit Castrum Alifurni Communi San-Severini.*

IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Anno Domini Millessimo ducentessimo septimo Ind. xv. die septimo decimo mensis Januarii 1257
tempore Domini Alexandri Papæ quarti = Nos Venerabilis Pater *Guglielmus* Dei gratia Camerinen. Episcopus per nos, nostrosque in dicto Episcopatum Successores propria nostra Bona libera, & spontanea voluntate damus, vendimus, cedimus, concedimus, & mandamus nomine, & vice ipsius Eptūs, & prò ipso Episcopatu tibi Boncompagno D. Jacobi Sindico Communis Sancti Severini, & Universitatis ipsius Communis ad hoc specialiter constituto, & ordinato prò te tuorumque in d. Communi Successorum, & prò ipso Communi recipienti omnia Jura, omnesque actiones naturales, Rurales, personales, utiles, & directas Nobis prò ipso Episcopatu, & ipsi Eptūi, ac nomine ipsius Eptūs competentes, competentia, & competitura in *Castro, & Podio Alifurni*, sito in districtu Sancti Severini in Comitatu Camerinen, & in Curia, & Jurisdictione ipsius Castri, & hominum ipsius Castri, & pertinen. ad ipsum Castrum, salvis nobis omnibus franchis debitalibus, & usualibus Nobis prò ipso Episcopatu, & ipsi Eptūi, ac mense ipsius Eptūs debitis. Item approbamus, &

 con-

confirmamus, & ratum habere promittimus nomine ipsius Eptūs per Nos, nostrosque in dicto Episcopatu Successores Tibi Boncompagno Sindico Communis Sancti Severini nomine ipsius Communis, & prò ipso Communi recipienti, & stipulanti venditionem, dationem, & concessionem ipsi Communi, & ejus Sindico prò ipso Communi factas à Corado Sindico, & Economo nostro verbo, voluntate, & mandato nostro de Castro, & Podio, Juribus, & aliis omnibus supradictis, & possessionem & tenutam, quam Commune Sancti Severini, & homines ipsius Communis de ipso Castro, & Podio, & Jurisdictione hominum ipsius habent, approbamus, acceptamus, & confirmamus. Ideo hæc omnia supradicta facimus, quia dictum Commune, & ipsius Siudicus & alii prò ipso Communi dedistis, solvistis, & consignastis mihi prò ipso Episcopatu, & utilitate ipsius Eptūs Sexcentas libras Ravenat., & Anconæ, quam pecuniam totam sine aliqua diminutione apud me prò ipso Episcopatu habere confiteor, & in utilitatem, & commodum ipsins Eptūs, & mense conversam, & duraturam fore. Videlicet prò quibusdam debitis usurariis persolvendis, & etiam pro quibusdam Possessionibus ipsi Eptūi, & prò ipso Episcopatu emptis de pecunia prælibata. Renuntiamus in hoc facto exceptioni non habitæ, & non traditæ mihi pæcuniæ futuræ solutionis, & traditionis sive Juris, & facti conditam sine causa, & in factum de re prædicta ultra dimidium justi precii auxilio, & beneficio Clericalī, & Ecclcō, & omni alii Juri Canonico, & Civili, Divino, & humano Nobis prò ipso Episcopatu, & ipsi Eptūi competen., & competituris. Et promittimus per nos, nostrosque in dicto Episcopatu Successores tibi jam dicto Bonecompagno Sindico dicti Communis prò ipso Communi stipulanti prædicta oiā, & singula supradicta, & infptā perpetuo firma habere, & tenere, & ipsa aliqua causa non mutare, nec controvenire; Si autem fecerimus, vel venerimus ullo modo omnia ea, vel aliquod eorumd., aut non observaverimus oiā, & singula supradicta promittimus per Nos, & nostros in dicto Episcopatu Successores nomine, & vice ipsius Eptūs tibi suptō Sindico prò ipso Communi nomine ipsius Communis stipulanti, & acceptanti ducentas Marcas puri Argenti pene nomine, & prò pena solvere, & persolvere quotiescumque fecerimus, vel venerimus contra ea, vel aliquod eorumdem, nec unius pœnæ commistio petitio, & privatio tollant aliarum pœnarum petitionem, & privationem pœnarum semper ... missa in solidum exigatur oiā damna, aut etiam expensas prò dicta occasione factas, & facien. vigore ...... qua pœna soluta, vel non prædicta firma perdurare sub obligatione bonorum d. Eptūs. Actum apud Ecclām S. Claudi de Carpignano præsen. D. Joanne de Petrona Canonico Camerinen. Ecclesiæ, D. Gabrielle de Aretio Judice d. Communis, D. Jacobo de Pitino, D. Altobrandino D. Albrici, Domno Ver-

Verrinbene, D. Marco Judice, & Magiſtro Grimaldo Not. & Magiſtro Affredutio Not. ipſius Epī, & aliis pluribus etiam rogatis.

Ego Salimbenus Imperiali Authē Notarius his interfui, & ut ſupra legi, rogavi, ſcripſi, & publicavi = Loco ✠ Signi.

## L.

### *Alexandri IV. Bulla ad Rambočtum Canonicum Camerinenſem, ut componat lites inter Monachos S. Angeli infra Oſtia, & Capitulum S. Venantii de Fabriano.*

ALexander Epūs ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Rambocto Canonico Camerinenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sua 1260
nobis dilecti filii Prior, & Capitulum ſecularis Eccleſie S. Venantii de Fabriano Camerinen dioceſ. petitione monſtrarunt, quod cum inter ipſos ex parte una, & abbatem & conventum Monaſterii S. Angeli infra oſtia ejuſdem dioc. ſuper eo quod ipſi abbas, & conventus quamdam eccleſiam infra limites parochie ipſius eccleſie S. Venantii conſtruere inceperunt in eorumdem prioris & Capituli & eccleſie S. Venantii prejudicium & gravamen coram Venerabili fratre noſtro Nepeſ., tunc Camerinenſi Epiſcopo auctoritate ordinaria ex altera, queſtio verteretur, tandem eodem epiſcopo lite coram eo legitime conteſtata Johanni de Bictona priore Buran, dicte Camerinenſis dioceſ., cauſam hujuſmodi committente, idem Johannes in ipſa procedens partim pro ipſis priore, & Capitulo, & partim contra ipſos ſententiam promulgavit. A qua ipſi in eo quod contra ipſos lata fuit ad ſedem Apoſtolicam appellarunt. Ideo diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus legitime in appellationis cauſa procedens ſententiam ipſam in eo quod contra eoſdem priorem & Capitulum lata extitit, confirmare vel infirmare appellatione remota procures ſicut de juſtitia fuerit faciendum. Dat. Anañ ſexto Kal. Febr. Pont. noſtri anno ſexto.

## LI.

### *Guido Epiſcopus confirmat jura Monachorum S. Mariani in Caſtro Riparum San-Geneſii.*

GUido Dei, & Apoſtolica Gratia Camerinenſis Epiſcopus licet in- 1261
dignus. Religioſis viris Abbati, & Conventui S. Mariani Came-

 ri.

rinensis Diœcesis salutem in Domino. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum; & vota, que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Hinc est, quod cum olim bone memorie Domnus *Philippus* Antecessor Predecessoris nostri D. *Guillielmi* vobis fundandi, & edificandi quandam Ecclesiam imo Cappellam in Castro, sive juxta Castrum S. Severini, & in eadem divina offitia celebrandi postmodnm plenam vobis concesserint facultatem, & quedam alia vobis concesserint prout in privilegio ab ipso Dño *Philippo* vobis facto, & a nobis viso plenins continetur predictis cum dicti antecessoris nostri consensu, confirmationeque legitimis accedentibus sicut nobis per privilegium ejusdem D. *Guillielmi* vobis factnm apparuit evidenter, supplicatis nobis ut ipsis privilegiis, & omnibus que in ipsis consentire, & ea confirmare vobis misericorditer dignaremur. Nos itaque vestris precibus annuentes vobis edificandam Ecclesiam seu Cappellam infra videlicet ......... justa Castrum S. Severini ubicumque vobis, & Parrochianis vestris visum fuerit melius convenire, & in eadem divina officia celebrandi vobis plenam concedimns facnltatem, & ratnm, & gratum habentes quidquid per predictos antecessorem, & predecessorem nostros in hac parte factum extitit, ut in predictis privilegiis continetur, ea confirmamns, & presenti scripti patrocinio comunimus, proviso tamen quod possitis pueros Parrochianorum vestrorum predictorum in ipsa Ecclesia Baptizare, & Parrochianos ipsos apud eandem sepellire cum necessitatis articulus imminebit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, & confirmationis infringere vel ausu temerario contrahire ........... atemptare presumpserit indignationem Omnipotenti Dei, & B. Marie Virginis, & B. Apostolorum ........ ........ ac Sanctorum Martirum Venantii Anastasii Porfirii & sociornm ipsorum, & Beatorum Ansuini Pontificis, & Victorini Confessorum, & nostram se noverint incursurum. In cujus rei testimoninm, & majoris roboris firmitatem presentem paginam fecimus Sigilli nostri munimine roborari. Datum apud Sanctam Crucem fontis Avellane Pontificatus D. Alexandri PP. Quarti. Episcopatus nostri anno secundo millesimo ducentesimo sexagesimo primo. Kal. Aprilis. Quarte Indictionis.

Ejus-

# LII.

## *Ejusdem Guidonis diploma, quo confirmat Monachis S. Mariani licentiam aedificandi Ecclesiam prope, vel in Castro San-severini.*

GUido Dei, & Apostolica Gratia Camerinensis Episcopus licet indignus. Religiosis viris... Abbati, & conventui Monasterii S. Mariani Camerinen. Diocesis salutem in Domino. Cum a nobis petitur quod est justum, & honestum tam vigor equitatis suadet, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Cum igitur vos dilecti in Xptō nobis duxeritis humiliter supplicandum, ut confirmaremus vobis, & vestro Monasterio . . . . . . . . . . jura vestrarum terrarum quas habetis, & hactenus habuistis in Contrata Castri Griparum Montanaguerre, videlicet Ecclesie S. Marie Casalis, & Sancti Mariani, quas Ecclesias omnes nobiles Viri D. Prontaguerra & Filii sui, D. Gentilis, D. Gualterius, D. Guarnerius, & D. Berardus vestro Monasterio pro eorum animabus feliciter concesserunt; simili modo confirmaremus vobis & prefato Monasterio omnes possessiones, quas vestri predecessores olim in eadem contrata emerunt, & inde acquisierunt a quibusdam nobilibus dicti loci. Scilicet a filiis Offredi, & a predicto D. Pontaguerra, & a quibusdam aliis sicut per vestra publica instrumenta oculata fide apparent omnibus manifeste. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati vobis pro vestro monasterio memorato predicta jura . . . . . . . . . . . . . . . . . & possessiones predictas per vos ab ipsis nobilibus emptas damus concedimus, & confirmamus nomine Episcopatus nostri per nos, & per nostros imposterum successores . . . . . . . . . . . ipsi monasterio pleno jure modis omnibus imperpetuum confirmamus. Consentientes nihilominus de gratia spetiali hiis omnibus, que continentur in vestris instrumentis omnibus predecessoribus nostris, & privilegiis que habetis de aliis vestris Ecclesiis, & possessionibus, que in ipsis privilegiis continentur, presentis scripti patrocinio duximus pro salute nostra Dei intuitu imperpetuum roboranda. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, & confirmationis infringere, vel etiam ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare prosumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beate Marie semper Virginis, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Sanctorum Martirum Venantii Anastasii Porfirii & sotiorum eorum, & Beatorum Confessorum Ansuini, & Victoriui Pontificum, & nostram omnino se noverint incursurum. Ad hujus rei fidem, & constitutionem pleniorem hanc paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Dat. apud 1261

apud Monasterium S. Crucis fontis Avellane Pontificatus D. Alexandri PP. IV. Episcopatus nostri anno secundo millesimo ducentesimo sexagesimo primo Kal. Aprilis Quarte Indictionis.

## LIII.

### *Rodulphi Episcopi Albanensis diploma favore beatae Sanctutiae de Eugubio.*

1266 VEnerabili in Christo Patri Dei gratia Episcopo Camerinensi Radulphus miseratione Divina Albanensis Episcopus salutem & sinceram in Domino caritatem. Sua nobis soror *Santuccia de Eugubio* latrix presentium petitione monstravit, quod ipsa olim religiose vivere proponens una cum viro suo ad monasterium S. Petri Eugubin Ordinis S. Benedicti accedens obedientia ejusdem Monasterii Abbati facta per aliquod tempus absque religione approbata, & habitu suo permansit. Dictus autem vir ejus in prefato Monasterio habitum Religionis assumpsit. Postmodum dicta Santuccia cupiens suam vitam mutare in melius, & sub religionis habitu perpetuo Domino famulari in domo quadam sita in vertice montis filiorum Hugonis Eugubine Diecesis, quam ipsa de assensu Venerabilis Patris Episcopi Engubini propriis construxerat sumptibus cum quibusdam aliis sororibus in manibus cujusdam religiosi regulam B. Benedicti servare promisit, & ab eo habitum religionis assumpsit, & jam per plures annos vixit ibidem laudabiliter sub eodem habitu regulari, & postmodum cum Dei adjutorio in diversis diecesibus quedam loca religiosa construxit, in quorum quolibet plures religiose mulieres sub eisdem habitu & regula virtutum Domino famulantur dicto Abbati nullam movente contra ipsam infra tempus hujusmodi quæstionem. Post hec vero idem Abbas in dictam Santucciam sine causa rationabili & juris ordine non servato excommunicationis sententiam contra ipsam promulgavit. Quare supplicat humiliter dicta Santuccia sibi super hiis per sedem Apostolicam salutari consilio provideri. Cum igitur dicte Santuccie licitum fuerit, imo etiam postquam vir suus de suo assensu habitum religionis assumpserat ex debito tenebatur ad religionem transire. Nos auctoritate Dñi Pape, cujus penitentiarie curam gerimus eidem Santuccie quod licite possit in una dictarum domorum quam maluerit sub dicta regula B. Benedicti suum Domino perpetuum reddere famulatum, obedientie, quam eidem Abbati fecisse dicitur nequaquam obstare tenore presentium concedentes, providentie vestre mandamus, quatenus dictum Abbatem moneatis, & inducatis attentius, ut dictam excommunicationis sententiam circa prefatam Santucciam sine difficultate qualibet debeat relaxa-

xare, & occasione dicte obedientie de cetero non molestet, si aliquod canonicum non obsistat; alioquin vos ex tunc circa ipsam Santucciam sententiam relaxetis eandem. Datum Perusii XIII. Calendas Junii Pontificatus Domini Clementis Pape IIII. anno primo.

*Ex archivo Sanctimonialium S. Anne de Urbe.*

## LIV.

*Guido Episcopus dat diploma favore Sororum commorantium in Domo posita in plano Mathilicae.*

GUido Dei & apostolica gratia Camerinensis Episcopus licet indignus. Dilectis in Christo sibi sororibus Alluminate, & Jacoputie & aliis sororibus commorantibus in domo posita in plano Matelice juxta viam, que vadit ad Sanctam Anatoliam salutem in Domino. Justa petentibus non debetur petitio denegari; & nos provide vos gratia volentes prosequi, & favore sub nostra protectione vos recipimus dantes vobis nihilominus licentiam celebrandi divina in dicta domo cum altari Viatico usque ad voluntatem nostram sine juris prejuditio .... alieni Quicumque autem in vestrum prejudicium vel gravamen aliquid attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, & nostram se noverit incursurum. Quicumque autem vobis manum porrexerit adjutricem XL. dies de criminalibus de injuncta eis penitencia in Domino misericorditer relaxamus. Et ad hujus rei fidem & certitudinem pleniorem hanc presentem paginam nostri sigilli munimine jussimus relaxari. Data Camerini x. die exeunte Septembri tempore Dñi Clementis Pape quarti anno quarto decime indictionis. 1268

## LV.

*Idem Episcopus Guido iisdem Sororibus licentiam dat ut regulam S. Benedicti excipiant.*

GUido Dei gratia Camerinen. Epũs in Xptõ Sorori Illuminate Abbatisse Monasterii Sancte ...... Matelica, & aliis Sororibus ibidem morantibus salutem in Dño. Quoniam coram nobis frequenter fuit ex parte vestra religiose, ac humiliter postulatum, ut sub regula Sancti Benedicti nostre concess .... assensu in nostra diocesi religiosam vitam ducere, Sanctimonialium ut adsolet more, possetis, illis dum taxat inmunitatibus vobis indultis, q.. e solent diocesanis personis claustralibus presertim hujuscemodi de speciali gratia indulgere. 1270

Nos

Nos igitur nolentes prohibere bñfacere, si qui possint, cum inno, ut ait sapiens . . . . . . pauperum fore affabiles cupientes vestras dignas preces, ac supplice ... nobis placuit exaudire. Quapropter ut vobis ... conventui in Ecclesia supradicta Sancte Agate liceat Monasterium instituere sub prescriptu Santi Benedicti regula religiose vivere, penitentes recipere, & si qua familia his accedant juditio videas sine juris hujus scripti testimonio ex nostræ auctoritatis offitio consentientes plene, ac libere acceptamus. Volentes insuper vos gaudere hujusmodi libertate, ut vestrorum proventuum, sive fructuum possessionum quarumcumq:, vel quorumlibet prediorum decimas, vel primitias, seu quamlibet Ecclesiasticum exactionem nulli nostre diecesis Sacerdoti, vel Clerico, seu Persone cuilibet sub nostre prohibitionis precepto, & intimmatione anathematis liceat extorquere, seu vos pro hu . . . . . di rebus, nec etiam ipsum Monasterium aliquatenus perturbare.

## LVI.

### *Epistola Communitatis Mathilicae eligentis Guidonem Episcopum rectorem ad annum illius Castri.*

1270 IN Nñe Dñi. Amen Anno ejusdem a Nativitate 1270. Indict. XIII. die XIII. Januarii intrant., Ecclesia Romana Pastore vacante ante Ecclesiam Sancti Jacobi de Tolentino. Coram Dño Scangno Plebano Tolentini, Dño Rainerio, & Bartholomeo Canonicis dicte Plebis, Dño Bonioanne, Dño Detalleve Magistri Petri Rodulpho de Brumforte, & pluribus aliis. Magister Borro de Matelica coram me Ofredutio Notario & Testibus superscriptis tanquam Ambassator Cois matelice representavit Venerabili Patri Dño Guidoni Camerini Episcopo litteras scriptas, quarum tenor talis est. Venerabili Patri Dño Guidoni Camerini Episcopo eorum Dño speciali quamplurimum Revdõ, Guido Gajus potestas Cois Matelice ac ejusdem Terre consilium, & Commune salutem. Cum prontitudine serviendi de paternitate, atque santitate vestra plurimum confidentes, vos pro anno proximo in nostrum potestatem a Calendis Martii ad alias cum salario ducentarum, & vigintiquinque libr. Rau, & Anc in capitulo contemptarum duximus eligendum, in quo eritis contenti pro vobis Judex, & Not. & hospitio nec petetis majorem quantitatem dum tamen ducatis vobiscum unum Judicem, & unum Notarium maleficiorum, qui non sint de Camerino, vel ejus districtu, nec de suis sequacibus, nec de Castro Matelice ad regimen Terre nostre debetis insuper facere fieri insulas bajulorum, insuper debetis jurare regimen dicte Terre antequam descendatis de equo, & omnia capitula observare, & beato Adriano dare unum

unum palium in adventu regiminis, & Notarius dictus totum suum lucrum pro Coī dicto gratius consignare, debetis insuper duos equos, si vobis placuerit ad servitium dicti Coīs, si mortui fuerint in ipso servitio ad ejus redditum retinere, cujus rei causa dominationem vestram sicut possumus, deprecamur quatenus ipsam electionem aut recipere, aut renuere usque ad tertiam diem vos velitis, rogatur insuper, quod ducatis sapientem, & legalem, & notarium, de quibus possitis habere honorem, & quidquid inde duxeritis faciendum nobis vestris litteris rescribatis per presentem Procuratorem.

Et ego Ofredutius Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus interfui, & rogatus scripsi, & publicavi.

In Nomine Dñi. Amen Anno ejusdem a Nat. 1270. Indic. XIII. die XIII. Januarii Ecclesia Romana Pastore vacante, coram Dño Scangno Plebano Tolentini Doño Rainerio, & Bartholomeo Canonicis Plebis Tolentini Dño de Talleve, & pluribus aliis Testibus in Claustro Plebis Tolentini. Venerabilis Pater Dñus Guido Camerini Episcopus electionem factam de eo in potestatem & rectorem Castri matelice acceptavit salvis Ecclesie Romane, & omnibus preceptis suis.

Et ego Ofredutius Imperiali auctoritate Not. predictis interfui, & rogat. scripsi, & publicavi.

## LVII.

### *Matthia filia q. Guarnerii D. Gentilis Lazarii offert se, & sua Monasterio S. Mariae Magdalenae de Mathelica.*

ANno MCCLXXI. Indict. XIV. die X. Augusti Vacante Sede Romana actum Mathelice in Monasterio Sancte Marie Magdalene ante altare S. Marie Magdalene coram d. Morico Joannis Cappellano tunc dicti monasterii, Mattheo Joannis Clerico, & Costarello Donati Quareni de Sanctoseverino testibus ad his vocatis, & rogatis. 1271

Cum Mathia filia quondam Guarnerii domini Gentilis Lazarii obtulit se, & sua Deo & sancte Marie Magdalene & ejus monasterio posito in burgo Castri contra Matelice in manibus sororis Homodee monialis dicti monasterii nomine & vice ipsius monasterii recipienti & solemnipter stipulanti pro monasterio supradicto tam mobilia quam immobilia seseque moventia, & tam predia urbana, quam rustica & molendyna, atque sylvas domesticas, & silvestres, prata & pascua specialiter, & generaliter omnia alia sua bona, possessiones & jura realia & personalia ubicumque undecunque quomodocunque & qualitercunque

que sibi competentia vel competitura pro redemptione anime sue ac remissione suorum peccatorum, dando & cedendo predicta &c. ei, monasterio, & abbatisse dicti monasterii suisque successoribus &c.

Matheus imperiali auctoritate Not. his omnibus interfui, & ut supra legitur rogatus a dictis contrahentibus ea omnia ʃʃ & publicavit.

## LVIII.

*Rambottus Archidiaconus Camerini immittit in possessionem Prioratus S. Christophori de Monte Nigro Domnum Bentivolium Benvenuti de Cingulo.*

1272 IN Dei nomine Amen. Anno Domi MCCLXXII. Indict. xv. Tempore D. Gregorii PP. X. die ultima mensis Septembris. Hec acta sunt in Civitate Camerina presentibus Dño Jacobo Dñi Victomandi, & Magrō Marco Rainaldi Not. de his testibus. Venerabilis Domñus Rambottus Dei gratia Camerinensis Archidiaconus ad petitionem discretorum virorum Religiosorum Dopni Salimbeni Abbatis Vallisfucine, & Dopni Johannis Prioris S. Johannis Pertici, & Monaci dicti Monasterii, Dopnum Bentevolium Benvenuti Presbiterum de Cingulo ad dandum, & mittendum Syndicum Vallisfucine nomine dicti monasterii in tenuta, & possessionem Ecclesie, & Prioratus *S. Christophori de Montenigro* Camerinensis Diecesis de districtu Cinguli presentialiter ordinavit juxta formam sententie manu mei Notarii infrascripti scripta & juxta formam litterarum sigillatarum Sigillo Domi Archidiaconi memorati.

Et ego Jacobus Dñi Bentevenie Imper. auct. Not. ut supra legitur rog. & mandato dicti D. Archid. scripsi, & publicavi.

## LIX.

*Thomae Praepositi Fanensis Vicarii Generalis Marchiae diploma, quo Guidonis Episcopi confirmat concessionem factam Fr. Rainaldo Topini Ord. S. Benedicti a Monialibus Sanctae Mariae Magdalenae de Mathelica ejusdem ordinis de loco qui dicitur,* le trocche.

1273 THomas Fanensis Præpositus Domini Papæ Vicarius in Anconitana Marchia Massa Trabaria, & Civitatis Urbini super spiritualibus ge-

generalis. Religiosis Viris Frī Rainaldo Topini de Asisio, & Sotiis suis ordinis Sancti Benedicti morantibus in loco, qui dicitur *Trocche* Districtus Matelicæ Camerinen. Diæcesis. Salutem in Dño. Justis petentium desideriis dignum esse nos facilem prebere consensum, & vota, quæ a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum itaque sicut exhibita nobis vestra petitio continebat, bo: me: D. *Guido* Camerinen. Episcopus diocesanus loci vobis duxerit concedendum, ut in loco, ubi nunc Domino famulamini, qui Trocche vulgariter nuncupatur, possitis religiose vivere, & cum Altari Viatico facere inhibi divina officia celebrari, prout in licteris inde confectis plenius continetur: Cumque *Abbatissa*, *& Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Matelica Ordinis Sancti Benedicti*, Cujus Conversus eras Tu Jo. Rainalde ibi sic vivendi apud ipsum locum licentiam dederit, & liberam potestatem per instrumentum publicum inde confectum quod diligenter attendimus, represenţat; Nos vestris petitionibus grato concurrentes assensu, & vestrum commendabile propositum confoventes, quod ad laudem Divini Cultus, & nominis favorabiliter cupimus dirigendum, Concessionem, & licentiam hujusmodi, & quidquid dictæ licteræ, ac instrumentum continent circa id, habentes rata, & grata, Authoritate, qua fungimur tenore præsentium ea omnia, & singula Confirmamus, & presentis scripti patrocinio Communimus, idemque Vobis beneficium, eamdemque licentiam per Nos ipsos concedimus, cum ex hoc cultura Dominica procuratur. Ad hæc dum vota vestra Divinis nutibus aspirent recte conformia, eo subsidio, quo possumus adjuvamus, ut fideles Christi ad benefaciendum Vobis vestra tenuitate pensata specialibus beneficiis inducantur. Nos de..... Omnipotentis Dei confisi omnibus vere pænitentibus, & Confessis de........ vestre, qui Vobis, & loco vestro manum porrexerint Caritatis, quadraginta dies de injuncta eis penitentia misericorditer in Dño relaxamus. In cujus rei Testimonium has licteras fieri fecimus, & nostro Sigillo muniri. Dat. Maceratæ septimo Kal. Junii Anno Dñi 1273. prima Ind. Pontfis Dñi Gregorii X. Anno secundo.

## LX.

### *Bulla Nicolai III. ad Abb. S. Victoris de Clusis pro componenda lite inter D. Ballionium de Perusia, & Communitatem Munticuli.*

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio abbati monasterii S. Victoris de Clusis Camerinen. diecesis salutem, & apo- 1278
stolicam benedictionem. In causa, que inter nobilem Virum Ballio-

 nem

nem civem Perusinum ex parte una, & Potestatem, Capitaneum consilium & Commune Castri Monticuli Camerinen. Diecesis ex altera super eo quod Commune Castri ipsius eundem Ballionum ad regimen ipsius Castri absumptum certa quantitate pecunia nomine salarii sibi tradita, equis, armis, pannis, & nonnullis aliis bonis, qui secum in eodem Castro habebat, nequiter spoliantes, & eum antequam regimen suum in Castro ipso per duorum mensium spatium exerceret de eodem Castro absque causa rationabili ostiliter expulerunt de salario hujusmodi sibi satisfacere non curando vertitur seu verti sperat, dilectum filium nostrum Girardum Basilice duodecim Apostolorum presbiterum Cardinalem dedimus partibus auditorem: quocirca discretioni tue per apostolicam scripturam mandamus quatenus Potestatem Capitaneum, Consilium & Commune predictos per te, vel alium ex parte nostra citari procures ut infra xv. dies post citationem tuam per te vel procuratores idoneos cum omnibus actis, juribus & munimentis suis hujusmodi causam contingentibus, compareant coram nobis facturi & recepturi super hoc quod ordo dictaverit rationis, diem vero citationis hujusmodi, & quidquid in hac parte duxeritis faciendum nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimari. Dat. Rome apud S. Petrum v. Kal. Aprilis Pontif. nostri anno primo.

## LXI.

### *Dopnus Gratia Abb. S. Victoris de Clusis Nuncium mittit Abbatiae in manibus Capituli Camerini.*

1284 IN nomine Dñi Amen anno ejusdem millesimo CCLXXXIIII. Indict. XII. tempore Dñi Martini PP. quarti die VIII. Novembris actum in districtu Fabriani in Palatio S. Victoris de Clusis presentibus Dño Jacobo de Cocorano; Dño Philippo Dñi Jacobi. Dño Thomasio Dñi Fidesmidi. Dño Morico bolgarustii Rainaldutio & Bonocomiti Ugolini de Almatano testibus ad hec vocatis & rogatis.

Cum Dopnus Gratia Abbas Monasterii S. Victoris de Clusis Camerinen. Diecesis peteret licentiam cedendi resygnandi, & renuntiandi abbatiam, rectoriam, administrationem & gubernationem Monasterii supradicti, bonorum & jurium ad ipsum monasterium pertinentium in temporalibus, & spiritualibus. Eo quod est senex valitudinarius & egritudine & infirmitate in pedibus adeo quod in eo deficiunt sensus corporis auditus & visus, ita quod non potest nec est habilis & sufficiens ad predictam Abbatiam rectoriam & officium exercendum propter defectum persone ipsius, ac humiliter peteret a discretis & sapientibus viris Dño Lamberto de presolio Can. & auditore venerabilis sedis

dis & capituli majoris Ecclesie Camerini, & a Dopno Francisco Vicario & procuratore ac vicegerente Reverendi viri Dñi Rambotti archidiaconi sedis & capituli predicti & etiam ad hec ipse Dopnus Gratia nuncios & procuratores transmisit ad sedem, & capitulum supradictum. Ideoque predicti Dñus Lambertus, & Dopnus Franciscus inspecta & considerata petitione predicta, & causa, seu causis in ipsa petitione contentis, quia invenerunt causas predictas veras esse etiam per rei evidentiam & etiam quia sunt note ut notorie ita quod non possunt alia tergiversatione celari & etiam quia videbant predictum Monasterium egere rectoria, & administratione alicujus probi, & sufficientis viri dederunt licentiam eidem Abbati cedendi renuntiandi & readsygnandi pro ut supra continetur.

Et ego Bonaventura aut. Imp. Not. hiis omnibus interfui ut supra legit. rogatus scripsi, & publicavi.

## LXII.

### *Bulla Honorii IV. ad Rambottum ordinatum Episcopum Camerinensem.*

Ven. fratri R. Camerinen. Episcopo.

DUdum Camerinen. Ecclesia per obitum bo: m: Guidonis Camerinen. Epī pastoris solatio destituta dilecti filii Capitulum ejusdem Ecclesiæ die ad eligendum prefixa vocatis omnibus qui voluerunt debuerunt & potuerunt comode interesse pro futuri substitutione pastoris prout moris est convenientes in unum post habitum super hoc diligentem tractatum in Jacobum & Odonem Canonicos ipsius Ecclesiæ compromittere concorditer curaverunt; promittentes illum recipere in Epūm quem ipsi ducerent eligendum. Iidem vero Canonici hujusmodi compromisso recepto, pensatis meritis personarum que tanto congruerent oneri & honori in personam tuam sue considerationis oculos direxerunt, & tandem predictus Jacobus suo & dicti Odonis nomine de ipsius mandato Te tunc Archidiaconum ejusdem Ecclesiæ in Epūm Camerinen. elegit. Postmodum quidem dilecti filii Theodinus, Tusanus, Berardus, Paulus & Jacobus Canonici Ecclesię S.Venantii Camerinen. asserentes Capitulum ejusdem Ecclesiæ S.Venantii vocem pro tertia parte in Electione Epī Camerinen. habere & quod in electione hujusmodi de te celebrata dicti Capitulum fuerant hac vice contenti suo & ejusdem Ecclesiæ S. Venantii nomine a processu hujusmodi tue electionis ad Sedem Apostolicam appellarunt. Cumque postea coram dilecto filio Nostro A. titul. S. Praxedis presbytero Cardinali quem fel. rec. Gregorius Papa X. predecessor noster dederat in hujusmodi appellatio- 1285

nis

nis & negotii principalis caufis partibus Auditorem, dicti Canonici fe reduci in poffeffionem vel quafi juris eligendi Camerinen. Epūm & hujufmodi electionem caffari, dictique Capitulum Camerinen. eamdem electionem confirmari, ac eifdem Canonicis fuper hoc filentium perpetuum imponi & declamari nihilominus eofdem Capitulum & Ecclefiam S. Venantii jus in electione Camerinen. Epī non habere inftantius poftulaffent, tandem poftquam fuerat fuper hoc in hujufmodi caufa conclufum tu jus fi quod tibi in electione hujufmodi de te celebrata competebat, fponte ac libere in noftris manibus refignafti. Nos itaque hujufmodi refignatione recepta de falubri provifione ipfius Ecclefiæ follicite cogitantes ac demum confiderantes attente quod tu cujus merita probitatis nobis longe & familiaris experientia reddit nota eidem Camerinen. Ecclefiæ pro eo fpecialiter fatages tuas vigilias & fpiritualiter & temporaliter reddere fructuofas quod ipfius ubera te velud peculiarem filium diutius lactaverunt, te de Fratrum noftrorum confilio ipfi Camerinen. Ecclefiæ in Epūm preficimus & Paftorem, Tibique per Ven. Fr. noftrum I. Peneftrin. Epūm fecimus munus Confecrationis impendi, firma fpe, fiduciaque retenta, quod eadem Camerinen. Ecclefia fub tuo regimine, Auctore Domino felicia fufcipiat incrementa. Fraternitatem itaquè tuam monemus & hortamur attentius per Apoftolica tibi fcripta mandantes quatenus circa officii tui debitum fic utiliter vigiles & laudabiliter attentus exiftas ficque ftudeas falutis verbo & falutaris operationis exemplo eidem Camerin. Ecclefiæ preeffe pariter & prodeffe, quod ipfa tue virtutis ftudio devotione populi fulgeat & donis letetur fpiritualibus & commodis temporalibus augeatur, Tu quoque gregem tibi creditum gratie divine adjutus fuffragio aptum reddens alimoniis fempiternis Celeftium bonorum proinde fieri particeps merearis Nofque follicitudinem tuam dignis in Domino laudibus commendemus. Ceterum cum ex hoc non intendamus juri quod Camerinen. Ecclefiæ & Capitulo S. Venantii prefatis in electione Camerinen. Epī competit aliquod prejudicium generari de dictorum Fratrum confilio fic ex certa fcientia providemus, ut donec inter prefata Capitula fuper jure poffeffionis & proprietatis fuerit fine debito diffinitum in electione Camerinen. Epī que pro tempore occurrerit celebranda pro tertia parte vocum ad hujufmodi electionem celebrandam premiffum Capitulum S. Venantii ceffante contradictione qualibet admittantur, eofque prefati Capitulum Camerinen. admittere teneantur. Non intendentes per hoc alicui partium fuper jure poffeffionis aut proprietatis aliquod prejudicium generari. Decernentes irritum & inane quicquid contra hujufmodi provifionem noftram per quemcumque contigerit attemptari. Datum Rome apud S. Petrum VI. Kal. Junii Anno primo.

*Ijuf-*

# LXIII.

*Ejusdem Honorii literae ad Rambottum Episcopum, ut suspendat admittere in possessionem Ecclesiae Collegiatae S. Sebastiani Camerini Fratres Praedicatores.*

Ven. Fratri Episcopo Camerinen.

Accedens ad Apostolicam Sedem dilectus filius Benevenutus Ecclesiæ S. Sebastiani Camerinen. Canonicus ex parte dilectorum filiorum .. Prioris & Canonicorum ipsius Ecclesiæ proposuit coram nobis quod pridem ex parte dilectorum filiorum .. Prioris & Fratrum Ordinis Predicatorum de Camerino minus veraciter nobis suggesto quod domus ipsorum erat in loco adeo arto constructa quod eam minime poterant ampliare, quodque dicta Ecclesia quinque dumtaxat Parrocchianos habebat licet illa prout idem procurator asserit majorem illorum numerum habere noscatur, suppresso etiam quod Eccl̃a eadem Collegiata existit utpote que ad presens priore non computato predicto per quinque gubernatur Canonicos & a tempore cujus non extat memoria extitit gubernata & quod ipsi Ecclesiæ quoddam habetur Hospitale contiguum & annexum quod prefati Prior & Canonici per custodem proprium gubernantes infirmos, & pauperes in illo recipiunt & juxta suarum exigentiam facultatum necessitatibus subveniunt eorumdem. Nos tibi rogatorias & exhortatorias duximus litteras dirigendas, ut eisdem Priori & fratribus Ecclesiam concederes supradictam ac de Clericis & possessionibus ejusdem Ecclesiæ disponere & ordinare curares prout videres melius expedire. Cum igitur ex hoc sicut asseritur non solum Prior & Canonici memorati sed etiam Clerus tuæ Civitatis graviter perturbentur, Nos ad singulorum pacem & quietem paterno studio intendentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus super premissis que tuam notitiam latere non credimus significes nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter veritatem, ut tua informatione recepta salubrius & consultius in hac parte procedere valeamus. Volumus autem quod ad executionem predictarum litterarum nostrarum interim aliquatenus non procedas. Dat. Tibur. Kal. Octobris anno secundo. 1286

Ram-

# LXIV.

## *Ramboctus Episcopus unit Monasterium S. Agathae cum Monasterio S. Mariae Magdalenae de Mathilica.*

1287 RAmboctus miseratione divina Camerin. Epus Religiosis mulieribus Abbatissæ, & Conventus Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalene de Matelica salutem in Dño. Cum a nobis petitur, quod est justum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut & per solicitudinem nostri officii ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Christo vestris piis supplicationibus inclinati unionem, obligationem, submissionem, promissionem, dationem, seu concessionem factam per Priorissam, seu Abbatissam, vel Moniales loci Sanctæ Agathæ siti prope Matelicam considerata vicinitate, ac paupertate prædicti loci Sanctæ Agathæ, in quo Moniales ibidem stantes, observare non poterant continentiam regularem, prout in instrumentis inde confectis manu Morici de Fabriano notarii plenius continetur, cujus tenorem ad majorem certitudinem, & firmitatem de verbo ad verbum duximus inserendum. In nomine Dñi Amen = anno ejusdem millesimo ducentesimo septuagesimo octavo indictione sexta tempore Dñi Nicolai Papæ tertii die septima Martii actum Matelicæ in Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalene pñtibus Frederico Dñi Alberti, Dño Accursо Plebano Plebis Matelicæ, Valentino Dñi Jacobi de Eugubio, & Dño Finaguerra Dñi Albritii, & Corradutio Bartuli Testibus. Jacoputia Magistri Gentilis Amadei, Humilis, Cecilia, Lucia, ac Angelutia Sorores, vel Moniales, ac Conversæ Monasterii, sive loci Sanctæ Agathæ de Matelice, unanimiter, ac concorditer submiserunt se, & eundem locum cum bonis ad ipsum locum pertinentibus Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalene de eadem terra, & Dñæ Mathiæ Abbatissæ ejusdem Monasterii Sanctæ Mariæ recipienti nomine ipsius Monasterii Sanctæ Mariæ & promisserunt ipsi abbatisse prædicti Monasterii S. Marie Magdalene, obedientiam, & reverentiam, paupertatem, & castitatem, ac observare regularia instituta prædicti Monasterii, & quod prædicta Dña Abbatissa possit ponere Moniales, & Sorores in dicto loco Sanctæ Agathæ, & removere. Cum dictæ Sorores Sãctæ Agathæ videant, & cognoscant se non posse honeste vivere in dicto loco Sanctæ Agathæ, in quo morantur, cum sit contra formam privilegiorum Sanctæ Mariæ Magdalene, & cum non possent in dicto loco Sanctæ Agathæ regulariter vivere, dederunt, & cocesserunt per redemptionem peccatorum suorum dictæ Dne Matthiæ Abbatissæ ibidem pñti, & recipienti nomine, & vice dicti Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalene, & Conventus ejusdem Plateam, & Territorium prope Castrum Ma-

Matelicæ - A primo via - a secundo fossus Communitatis - a tertio filii quondam Magistri Matthæi, & a quarto via cum Domibus, - Ædificiis - & cum omnibus, ac singulis, quæ infra prædictos continentur confines, ac cum omnibus aliis juribus, ac actionibus, quæ ubicunque dictus locus, ac ipsæ Sorores conjunctim, vel divisim habent vel habere possent modocumque, vel causa revocantes, seu cassantes omnem Sindicum, seu Procuratorem, & specialiter Salimbene Compagnonis, ac Sinibaldum Massei pro parte dicti loci, & Sororum Sanctæ Agathæ factum contra Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalene, & renuntiantes interlocutele, ac interlocutoris, si que ad præsens tempus latæ sunt contra Monasterium S. Mariæ Magdalene occasione Muri, & Ædifitii, quod edificabatur in dicto loco & .... contra formam privilegiorum dicti Monasterii S. Mariæ Magdalene constituentes se nomine dicti Monasterii, & dictæ Dñæ Matthiæ possidere prædictum Territorium, & casarenum, & Domus, & ædifitia, & dederunt licentiam, & plenariam potestatem prædictæ Dñæ Matthiæ recipienti pro dicto Monasterio auctoritate propria accipiendi possessionem dictorum bonorum, & de eisdem faciendi; quod eis videbitur promittentes rata, & firma habere perpetuo, & damna, & expensas reficere sub obligatione bonorum dicti loci Sanctæ Agathæ, & non contrafacere, vel venire contra prædicta, vel alias prædictorum per se, vel per alium sub dicta pæna, qua soluta, vel non recto manente contractu - & ego Moricus de Fabriano imperiali auctoritate Notarius iis interfui rogatus ....... scripsi ac publicavi, quam submissionem, dationem, concessionem, permissionem & unionem, & omnem aliam per Abbatissam, seu Priorissam dicti loci Sanctæ Agathæ, vel Moniales loci ejusdem Abbatissæ, seu Sindico dicti Monasterii S. Mariæ Magdalenæ factam, pro ut rogat. manu dicti Magistri Morici de Fabriano; Ex certa scientia confirmamus, ac siquis in dicta unione, submissione, datione, seu concessione reperitur defectus nostra ordinaria auctoritate supplemus, & loca prædicta unimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nrām unionis, ac confirmationis infringere, vel ei auso temerario contravenire; siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctorum Venantii Martyris, & Ansovini Confessoris, se noverit incursurum. In cujus rei testimonium, & certitudinem pleniorem presentes literas per Riccerium Notarium nostrum scribi, & publicari mandavimus, & nostri sigilli appositione muniri, Actum, & datum Camerini in Cappella Palatii Episcopatus sub annis Domini 1287. Inditione XIV. tempore Dñi Honorii Papæ IV. die 8. mensis Septembris præsentibus Dño Petro Priore S. Jacobi de .... Dño Gualterio Priore S.Sebastiani ... Magistro Ofredutio Notario, Corrado Joannutii, ac Corrado domestici Testibus de hiis vocatis, & rogat.

c

✱ Et ego Riccarius de Camerino Not. publ. ac nunc Notarius dicti Dñi Epī predictis omnibus præsens interfui, & a dicto Dño Epō rogatus & etiam auctoritate scripsi, ac publicavi meum per solitum signum, ac nomen aliorum.

## LXV.

### *Nicolai PP. IV. literae ad Rambottum Episcopum, cui datur facultas testandi.*

1288 Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Rambotto Episcopo Camerinen. salutem & Apostolicam benedictionem. Quia præsentis vitæ conditio statum habet instabilem, & ea quæ visibilem habent essentiam tendunt visibiliter ad non esse, tu hoc salubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum, dispositione testamentaria desideras prævenire. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus Ecclesiasticis tuæ dispensationi seu administrationi commissis, quæ non fuerint altaris seu altarium Ecclesiarum tibi commissarum ministerio seu alicui speciali Ecclesiarum earumdem divino cultui vel usui deputata, vel quæ *Ordinis Fratrum Minorum*, quem fuisti professus, non existant, nec non & quibuscumque mobilibus bonis a te per Ecclesiam seu Ecclesias licite acquisitis, pro decentibus & honestis expensis tui funeris, & pro remuneratione illorum, qui tibi viventi serviverint, sive sint consanguinei sive alii, juxta servitii meritum testari ac disponere possis, & alias, prius tuæ Ecclesiæ aere alieno deducto, ut ipsa Ecclesia non remaneat debitis obligata, de ipsis in pios usus ac licitos convertendis, Fraternitati tuæ plenam & liberam auctoritate præsentium concedimus facultatem. Volumus tamen, ut in eorumdem Ecclesiasticorum dispositione bonorum, juxta quantitatem residui erga Ecclesias, a quibus eadem percepisti, te liberalem exhibeas, prout conscientia tibi dictaverit, & saluti animæ tuæ videris expedire. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Kalendis Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

*Nobili Viro R. de Treviso Comiti Marchiæ Anconitane Rectori.*

Ad statum Civitatis Camerinen. diris hactenus turbatoribus lacessite paterne considerationis intuitum dirigentes ad ea libenter intendimus per que scandalis quibuscumque summotis illius incole ad statum tranquillum & prosperum reducantur. Olim namque sicut accepimus inimico homine superseminante zizaniam adeo gravia invaluerunt discrimina in eadem, quod eorum occasione Ven. Frēm nostrum Rambottum Camerinen. Epūm & nonnullos Clericos Civitatis & Diæcesis Camerinen. per aliquos de Civitate prefata capi contigit ausu nephario & ali-

aliquandiu sub custodia detineri, ac tam ipsis quam pluribus aliis de Civitate & Diœcesi predictis sunt ablata bona quamplura mobilia & immobilia, graviaque ipsis dampna gravamina & injurie irrogata. Nonnulli preterea tam de Clero quam de Nobilibus & Populo ejusdem Civitatis & Diecesis adhuc occasione predicta ab eadem exulant Civitate. Cum autem hec sint contraria votis nostris, qui singulorum, pacem presertim Ecclesiæ Romane fidelium affectamus, nosque remedium cupiamus in hiis apponere oportunum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus ad reformationem Status Civitatis ejusdem opem & operam exhibens efficacem illos quos ab eadem Civitate occasione hujusmodi taliter inveneris exulantes in Civitatem eamdem reducere non postponas; faciendo Epō & Clericis antedictis bona predicta taliter ab eis ablata restitui, ac de dampnis gravaminibus & injuriis illatis eisdem satisfactionem debitam exhiberi, procedendo in hiis summarie de plano, sine strepitu & figura Judicii; Nec non contradictores quoslibet & rebelles si qui fuerint per temporales penas prout expediens fuerit compescendo, & demum de ipsius regimine Civitatis attente provideas quod persone comuni & ydonee & non suspecte alicui partium committatur quæ ipsam juxta laudabilia ejus antiqua statuta regat salubriter & gubernet & in statu conservet ad honorem dicte Ecclesiæ prospero & tranquillo, sic in hiis & aliis que ad statum salubrem dicte Civitatis pertinere videris tuam impendens solicitudinem studiosam quod exinde tue devotionis promptitudinem digne possimus in Domino commendare. Non obstantibus si aliquibus communiter vel divisim a prefata sit Sede indultum quod in prima & secunda causa coram Rectore ipsius Marchie vel ejus officialibus in causam trahi nequeant vel ad judicium evocari per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam àc de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Datum Lateran. VI. Idus Decemb. Anno I.

## LXVI.

*Rambottus Episcopus confert indulgentias Ecclesiae hospitalis S. Pauli Ord. Cruciferorum extra San-Severinum.*

Rambottus miseratione Divina Camerinensis Episcopus. Religiosis viris & Priori, & Conventui Hospitalis *S. Pauli* ordinis Cruciferorum siti prope seu juxta Castrum S. Severini Camerin. Diocesis salutem in Domino. Quoniam decet per vos & vos precipue qui regulari observantie insistitis incessantes, & pro salute . . . . . . . . . . . . 1293

 la-

laborantium laboratis, & in vestro loco hospitalis opera continue exercetis largifluis gratiis, & multiplicibus privilegiis quantum in Domino potest fieri habundare. Nos igitur volentes quod vestro loco honor & devotio augeatur, omnibus & singulis vere penitentibus & confessis, qui prima Dominica cujuslibet mensis ad dictum vestrum hospitale, & in festo B. Pauli, & conversionis ipsius causa devotionis accesserint, nec non & omnibus & singulis de Fraternitate B. Pauli, & aliis qui ad vestrum locum dicta prima Dominica mensis cujuslibet causa devotionis convenerit divina officia audiri, & ceteris qui in opere, & lectis dicti hospitalis, & ad sustentationem pauperum qui ad dictum vestrum hospitale declinant, & etiam hospitaverint, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beate Marie Virginis, ac Beatorum Apostolorum etiam Petri & Pauli, nec non & Beatorum Venantii Martiris & Ansovini Confessoris, quorum auxilio nostra tuetur Ecclesia intercessione, & meritis confidentes annum unum de venialibus, & quadraginta dies de criminalibus de injuncta eis penitentia in Domino misericorditer relaxamus presentibus post triennium a die minime valituris. In cujus rei testimonium, & certitudinem pleniorem presentes literas scribi mandavimus & nostri sigilli appensione muniri. Datum Monticuli die XVII. Februarii in sexta indictione.

## LXVII.

### *Diploma nonnullorum Episcoporum conferentium indulgentias Ecclesiae S. Laurentii in Doliolo.*

1300 UNiversis Sancte matris Ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint Nos miseratione divina frater *Basilius* Gerosolimitanus Archipũs *Fredericus* Valvensis *Nicolaus* Neocastrensis *Nicolaus* Uterontinus *Hildebrandus* Aretinus *Maurus* Ameliensis *Angelus* Fesulanus, *Raynaldus* Theatinus *Angelus* Nepesinus *Jacobus* Castellanus *Nicolaus* Caprutanus, *Stephanus* Opitensis *Thomas* Ethesiensis, *Munaldus* Civitatis Castellane *Symon* Brugnatensis, *Jacobus* Calcedoma *Johannes* Ymolensis *Ventura* Eugubinus, & frater *Nicolaus* Aquilensis Episcopi salutem, & sinceram in Domino caritatem. Ad divine laudis obsequium Basilice Sanctorum in titulum eriguntur ut in eis, que domus orationis existunt suffragia beatorum agminum improrentur quorum presidiis Christi fideles eterni gaudii premia consequuntur. Terrestris quidem Ecclesia celestis mansiones hedificium representat & in hac exiberi debet obsequium quoad illam mansionem per feliciorem ascensum possit aditus preparari. Cupientes igitur ut Monasterium Sancti Laurentii Dolioli de Sancto Severino Camerinensis Diecesis congruis

gruis honoribus frequentetur & a cunctis Xpti fidelibus jugiter . . . . . . omnibus vere penitentibus, & confessis, qui ad dictum monasterium in omnibus festivitatibus subscriptis videlicet Nativitatis EpyHie Resurrectionis Ascensionis Domini, & Pentecostes in omnibus festivitatibus beate Marie Virginis Johannis Baptiste, & Evangeliste S. Michaelis Archangeli, Sanctorum Petri Pauli & Andree & aliorum omnium Apostolorum Sancti *Laurentii* martiris, in cujus honore ipsum monasterium est fundatum, *Georgii Tpoliti, & Justini* martirum *Benedicti Martini* & *Nicolai* Confessorum *Margarite Lucie* Virg. in festo omnium Sanctorum Marie Magdalene & Consecratione ipsius monasterii ac pro ipsarum festivitatum octavas causa devotionis seu peregrinationis & in spiritu humilitatis accesserint, vel qui ad opus luminaria ornamenta libros seu alia necessaria ipsi monasterio manus porresserint adjutrices, & qui in bona sua corporis sanitate seu etiam in extremis laborantes quicquid suarum legaverint facultatum, vel qui abbatis missam sollempnem audierint quando ipsum contingerit celebrare & qui eundem cum corpore Xpti iufirmos visitantem associaverint & orationem dominicam cum salutatione Marie Virginis dixerint pia mente, & qui visitaverint dictum monasterium omni dominica, & primo die jovis omnium mensium anni, & qui fraternitati Sancti Laurentii Andree Apostoli, & S. Bonaventura interesse voluerint & facere comitivam. Nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus meritis & auctoritate confisi quilibet nostrum quadraginta dierum indulgentias de injunctis sibi penitentiis in Domino misericorditer relaxamus. Dum modo diecesani voluntas ad id accesserit, & consensus. In cujus rei testimonium presentes licteras juximus appensione nostrorum sigillorum muniri. Dat. Rome anno Domini millesimo trecentesimo Pontificatus Dñi Bonifacii PP. Octavi anno sexto.

## LXVIII.

### *Charta Monachorum S. Mariae de Apennino favore Eremitae S. Salvatoris, & Petri de Aquabella.*

IN nõie Dñi Amen. Anno ejusdem MCCCII. Indict. xv. tempore Dñi 1302
Bonif. Pp. VIII. die vi. mensis Martii. Actum Fabriani in palatio Cõis pñtibus Dño Dono Salvuli, Dño Criffimbeno Dñi Gualterii Stelluto Tinti, Gentelntio Bonjohannis, & Magistro Johanne de Castello Not. infrascripti Dñi Potãtis testib. ad hec vocatis & rogatis. Coram vobis Nob. & pot. Viro Guidarello Oderigii de Citerna hon. Potãte Cois Fabriani, vestroq. Judice & dicti Cois Dño Nichola de Castello ad mallã dep. cõstus Dõpnus Paulus Jacobi Monachus Mõnrii S. Marie de

de Apennino Nucerine Dioec. Syndicus & Prör Religiosi Viri Dõpni Andree Abbatis Monasterii supradicti & ejusdem Monasterii & Conventus procur. & syndicario nöie ptīs dicit. asserit, & proponit, quod Heremita *Scī Salvatoris* & *Scī Petri de Aqua albella*, quæ sunt posit. in Montemadio cum terris laborativis, montaneis, silvis, & aliis possõnibus & pertinentiis suis pertinet pleno jure possõnis, vel quasi, & proprietatis ad Monasterium & Conventum suptūm, & pertinuit per x. xx. xxx. xl. l. & C. annos prox. elapsos & ultra, & per tantum tempus, cujus mem. non existit &c...... & infra = Et ideo dictus Dõpnus Paulus nöie quo supra dicit, protestatur, & allegat in his scriptis, quod in dictis rebus, vel aliqua ipsarum vel in contentis in eis, vel aliqua ipsarum nulla novitas fiat per vos, vel alium, & quod nullum prejudicium possit fieri presentis Abbati, Monasterio Capitulo & Conventui occasione alicujus processus facti vel faciendi, & C.....

Et ego Bartholus Compagnutii ✠ Imperiali auctoritate Notarius presentis omnibus interfui, & rogatus scripsi & publicavi ∫∫∫.

## LXIX.

### *Bulla Benedicti XI. ad Episcopum Auximanum pro Rambotto, & alios de Clero Civitatis, & Dioecesis Camerini.*

Benedictus &c. Ven. Fratri Episcopo Auximan.

1304 EX insinuatione Ven.Fratris nostri Rambotti Episcopi Camerinen. nuper accepimus, quod olim Potestas Capitaneus, & nonnulli Cives Camerinen. Divina reverentia retrojecta in eundem Episcopum cui saltem ob pontificalis honorificentiam dignitatis fuerat deferendum & quosdam de Clero Civitatis & Diocesis Camerinen. ausu sacrilego irruentes illos non sine magne temeritatis audacia capere & sub custodia ponere presumpserunt ac tam Episcopus quam predicti de Clero dum sub eadem custodia tenerentur plures donationes alienationes obligationes de bonis suis tam Ecclesiasticis quam aliis pluribus personis fecerunt non nulli etiam de Clero predictis eorum resignaverunt beneficia Ecclesiastica sic detenti que aliis tempore detentionis hujus sunt collata, & ad eorum aliqua non nulli recepti & in aliquibus instituti. Nos igitur attendentes quod ea que per Episcopum & alios de Clero predictos vel contra eos sic detentos taliter agebantur cum in sua non existerent potestate carere debent robore firmitatis ipsius Episcopi supplicationibus inclinati Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus donationes alienationes & obligationes resignationes collationes receptiones & institutiones hujus-

jusmodi & quocumque tempore dicte detentionis in Episcopi & aliorum de Clero predictorum prejudicium reppereris temere attemptata in statum debitum legitime revocare procures. Non obstante si aliquibus ab eadem sit Sede indultum quod interdici suspendi vel exerceri non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Contrariis &c. Datum Lateran. 4. Idus Januar. anno primo.

## LXX.

*Rambottus Episcopus vendit Fr. Minoribus domum cum platea, & duas campanas in oppido San-Genesii.*

IN nomine Domini amen. Anno ejusdem MCCCV. indictione tercia 1305
Romana Ecclesia pastore vacante. Hec acta in domibus Ecclesie Sancti Salvatoris de Macerata Camerinen. diec. die Sabbati octavo mensis Maji presentibus donno Andrea priori Monasterii heremi Sanvicini magistro Jacobo magistri Sante Johannuctio Johannis raynaldo, & pandulfutio mag. raynaldi clerico & familiaribus infrascripti domini episcopi testibus ad hec vocatis. Venerabilis pater & dominus dominus Ramboctus Camerinensis Episcopus per se suosque in episcopatu hujusmodi subcessores vendidit dedit tradidit & concessit Nicole Palmerii de Macerata Syndico ordinis minorum in provincia Marchie generali recipienti nomine loci fratrum minorum de Sancto Genesio dicti ordinis unam domum positam in Castro terre S. Genesii in contrata que dicitur Caput Castelli cum platea que est circa dictam domum juxta viam publicam juxta Jacobutium magistri victe juxta Jacobutium benentenni Petri..... filiorum Johannis raynaldutii, & juxta filios Johannis raynaldutii cum aliis suis lateribus cum solo & hedifitio omnique jure actione usu seu requisitione ipsi domino Episcopo & Episcopatu ex ea re pertinente sive expectante & cum omnibus & singulis que ad dictam domum & plateam & adjacen. & duas campanas que fuerunt ibidem pro pretio centum & decem libr. rav. & ancon. quod pretium totum prefatus dominus episcopus in presentia mei notarii & testium superscriptorum fuit confexus & contentus se a dicto Syndico habuisse & recepisse.....integre numeratum atque solutum fore conversum in usum & utilitatem dicti episcopatus. Renunciavit exceptioni non habite non recepte & non numerate pecunie, & omni legum & decretorum auxilio &c.

Et ego Detesalve Accursi Imperiali auct. Noct. & nunc prefati do-

domini episcopi hiis omnibus, interfui rogatus & de mandato ipsius dñi Episcopi scripsi & publicavi.

Loco ✠ signi dicti Not.

## LXXI.

### *Idem Rambottus licentiam dat alio transferendi reliquias S. Petri Fr. Minoribus cum multis privilegiis.*

1305 RAmbottus miseratione divina Camerinen. Epūs dilectis in Xptō sibi filiis Guardiano, & aliis Fratribus Conventus Frūm Minorum Terre Sancti Genesii Camerinen. Dioecesis salutem, & sinceram in Dño caritatem. Vestra caritas que divino cultui, & Sctōrum venerationi, & animarum saluti actente vigilat pluries nobis exposuit, quod Reliquie Beati Petri, que olim in Ecclesia quiescebant ipsius Apostoli vocabulo intitulata, ubi modo Oratorium vestrum habetis, constructa manebat, ad quamdam domum sitam in dicta Terra ipsarum Reliquiarum venerationi deputatam translate fuerunt, que domus ex tunc Oratorium vocatum est; Verum quia ipsum Oratorium in loco inepto, & indecenti consistit, predicte Reliquie debita veneratione privantur. Et quia proventus Oratorii nominati non solum suppetunt ad translationem ejusdem ad locum magis idoneum, verum etiam non sufficiunt ad substentationem Ministrorum, qui in eodem Oratorio divino cultui sunt deputati; quamobrem nobis humiliter supplicastis, ut vobis concedere dignaremur transferre ad vestram Ecclesiam, vel Oratorium easdem Reliquias a vobis ibidem reverentia congrua venerandas. Et quia piis, & justis petitionibus nos decet prebere adsensum, tenore presentium ob reverentiam omnipotentis Dei, Beate Marie Virginis, nec non Beati Petri Apostoli, & Beati Francisci, & pro salute anime nostre, & remissione peccatorum nostrorum, & parentum nostrorum, & ut Fratres existentes in dicto conventu teneantur orare pro nobis: Vobis concedimus, ut dictas Reliquias, & cona, sive Altare, in quo servantur res predicte transferre possitis ad vestram Ecclesiam, vel Oratorium. Eo quia ex nostro nobis incumbit officio, non solum ipsarum Reliquiarum venerationi devota consideratione vacare, verum etiam Parochianorum saluti jam nominate Ecclesie Beati Petri, qui ab antiquo ad supradictam Ecclesiam pertinuerunt; nunc autem ad nominatum Oratorium pertinent, diligenter attendere; Idcirco volumus, ac eis precipiendo mandamus, ut Fratribus in dicto vestro Conventu morantibus debeant confiteri, & ad audienda divina ad vestram Ecclesiam convenire, quorum oblationes in Fratrum deveniant necessitates, & in cimiterio vestro tradi debeant Ecclesiastice sepolture; vobis-

bisque concedimus, ut eis Parochianis Sancti Petri benefitium absolutionis possitis impendere de commissis, ac penitentias injungere salutares, & ad divina, ac Ecclesiasticam recipere sepulturam; quorum funerum funeralia cedant in Fratrum necessitates. Ad conferendum autem Parochianis predictis Sacramentum Baptismi, & Sacre Unctionis, & Heucharistie in extremis, & ad accipiendum decimas, & primitias, & catedraticum, & mortuaria ab eisdem intendimus instituere Capellanum idoneum, quod nobis reservamus. In cujus rei testimonium, & certitudinem pleniorem presentes Literas per Detesalve nostrum Notarium fieri mandavimus, & nostri Sigilli appensione munivimus. Datum Macerate MCCCV. Indict. tertia Romana Ecclesia Pastore vacante die Martis quarto mensis Maji.

## LXXII.

*Abbas S. Eustachii de Domoris una cum Monachis incolens Monasterium S. Nicolai prope moenia Sanseverini eligit procuratorem ad statuenda quaedam sua jura cum Capellanis Ecclesiarum suarum in agro Pitini, & cum quibusdam nobilibus.*

IN Dei nomine Amen. Anni Domi MCCCV. Indict. III. tempore Domini Clementis PP. V. die XVI. mensis Novembris. Venerabilis 1305
Vir Dominus Todinus Abbas Monasterii *S. Eustachii* de Domoris Camerinen. Dioec. proprio, & ejus successorum vice, & nomine dicti Monasterii presentibus, & consensientibus fratribus infrascriptis, & Monachis ejusdem Monasterii scilicet D.Beno ...., D. Benservito. D. Philippo. D. Albrico ad hoc in Capitulo specialiter congregatis fecit constituit & ordinavit P. Leonardum Encendi Presbiterum ibidem presentem & hoc suscipientem suum & dicti Monasterii & Conventus ejusdem Sindicum Procuratorem, Actorem & Nuntium specialem ad contractandum, ordinandum statuendum, & confirmandum, & conveniendum cum Cappellanis Ecclesiarum *SS. Savini*, *S. Jacobbi*, *S. Christophori*, *S. Marie*, & *S. Michaelis* de Contrata, seu tenimento Petini, & cum Nobilibus Viris Malpilo, Rainaldutio, & Jacobutio de Petino de statu ipsarum Ecclesiarum, & Ecclesie *S. Januarii* scilicet super unione dd. Ecclesiarum de Petino. Scilicet quod ipsae Ecclesie omnes manuteneantur, & perdurent simul unite. Et de Clericis, qui esse debeant in eisdem Ecclesiis. Scilicet uno prebendato ad presens, & non ultra cum prebenda sibi assignanda per ipsum Abbatem, que non duret post ipsum prebendatum, sed simul desinat, & finiatur cum

 eo.

eo. Item de duobus presbiteris uno omnino Monacho iſtius Monaſterii, & alio ſi velint dicti Nobiles ſeculares, qui regant ipſas Eccleſias ponendis, & inſtituendis per eundem Abbatem perpetuo, cum incumbat ad preſentationem nobilium predictorum. Item de quinquaginta quinque libr., quas iidem nobiles dare debent Eccleſiis antedictis, aut eaſdem ſolvant pro portionibus eis competentibus, ſeu contingentibus. Item de permutationibus factis inter dictas Eccleſias & dd. Nobiles ut obſervetur; & ad promittendum eiſdem Cappellanis, & Nobilibus, & ad ſtipulandum ab eis quod illa ſerventur, quodque non fiat contra per aliquem eorum ſub pena quam videbitur eiſdem apponere, & ſub obbligatione bonorum eorumdem Monaſterii Eccleſiarum, & Nobilium & promittens d. Abbas vice & nomine d. Monaſterii preſentibus & conſenſientibus eiſdem fratribus ſe firma grata & rata habiturum facturumque d. Sindicus & Procurator circa predicta nil aliquod predictorum duxerit facienda. Actum in Eccleſia *S. Nicolai* de S. Severino ubi predicti Abbas, & Monachi continuam Reſidentiam faciunt preſentibus D. Franciſco de Fabriano. D. Raynaldo Rodulphi de Saradica, Rainaldutio Cambii D. In Deo Boninſegna, & Villano de S. Severino teſtibus ad hec vocatis, & rogatis.

Loco ✠ ſigni & ego Ugolinus Boniſcentis de S. Sev. Imperiali aut. publicus Not. predictis omnibus ut ſupra legitur interſui rogatus ſchribere ſchripſi, & pubblicavi.

Apographum ab erudito Bernardino Crivelli Sancto Severinate humaniſſime accepi.

## LXXIII.

### *Mandatum procurae populi Pyrani pro obtinenda abſolutione a cenſuris.*

1306 IN Dei nomine Amen Anno Domini MCCCVI. Indic. IV. Tempore D. Clementis PP. V. Die XIIII. Octobris.

Dopnus Angelus Rector Eccleſie Sancti Paſcaſii.
Dopnus Salimtene Rector Eccleſie Sancti Petri.
Dopnus Paulus Rector Eccleſie S. Petri de Marta.
Dopnus Franciſcus Rector Eccleſie S. Nicolai.
Dopnus Philippus Rector Eccleſie S. Salvatoris.
Dopnus Matheus Rector Eccleſie S. Stephani.
Dopnus Benvenutus Rector Eccleſie S. Andree.
Dopnus Mercatus Rector Eccleſie S. Silveſtri.

De Pira fecerunt conſtituerunt atque legitime ordinaverunt Gualterutium Domini Guidi & Nicolam Palmeri de Macerata, & quemlibet eorum

rum in solidum ita quod &c. eorum verò & legitimo Procuratore &c. ad presentandum se pro eis & eorum nomine coram Reverendo Viro Domino Vitali &c. Marchie Rectore ad petendum cassari & irritari atque tolli, & cancellari omnem inquisitionem & processum factum & faciendum per dictum Dominum &c. Actum in Castro Pire &c. Ego Antonius Petri de Pira Imperiali auctoritate Notarus predictis omnibus ut supra legitur interfui rogatus scribere & publicavi.

## LXXIV.

### *Absolutio populi Pyrani a poenis, & censuris, tanquam non reperti culpabiles.*

IN Nomine Domini Amen. Hec sunt absolutiones &c. facte &c. Per sapientem Virum Dominum Bartholinum de Regio Judicem &c. Nos Bartolinus de Regio Judex predictus contra Potestatem, priores artium, Consilium, & Commune Castri Pire &c. denuntiatur per fratrem Mattheum Sindicum &c. Abbatis &c. Membrorum Monasterii Vallis Castri super eo, & de eo quod fama publica referente convocato coucilio, & deliberate, & pensate Deum non habentes pre oculis precipi, & mandari fecerunt hoc anno (*nempe 1306.*) de Mensibus Maji, & Aprilis proxime preteritis per Allevutium Actonis Berte de Muris, Actonellum de S. Urbano, Joannem Grossum de Cerreto olim bajulos dicti Castri Pire omnibus hominibus, & Personis Parrochianis habitantibus in Parrochia Ecclesiarum *Sancti Petri*, *Sancti Valentini Sancti Nicolai de Marta*; *Sancti Petri*, *Sancti Pascasii de Appongiano*, *Sancte Marie de Ficano*, *Sancti Angeli de Muris* positarum in districtu dicti Castri Pire, & membrorum subbiectorum Monasterio supradicto, quod nullus ipsorum hominum habitantium in Parrochiis supradictis iret, nec accederet ad dictas Ecclesias &c. pena, & bando &c. in die Sancto Dominico Palme proxime preterito, nec in aliis festivitatibus sequentibus post eandem, palmam recipere olivarum, nec alia Ecclesiastica sacramenta a Rectoribus ipsarum Ecclesiarum, nec munus offerre nec offerri facere in aliqua Ecclesiarum ipsarum &c. cum non sint inventi culpabiles de predictis ideo nos suprascripti &c. Ipsos Potestatem &c. liberamus, & absolvimus &c. 1306

## LXXV.

### *Charta Monachorum S. Mariae de Apennino pro Eremita S. Salvatoris, & S. Petri de Aquabella.*

1307 IN nõie Dñi Amen. Anno ejusdem MCCCVII. Indic. v. tempore Dñi Clem. Pap. V. die xx. Jun. actum in Terra Fabriani in Ecclesia S. Crucis pñtibs Bonav. Bñuti, Cicco Mãgri Morici, & Zutis Bartolutii testibus coram Sapiente & discreto Viro Jacobo de Civitate Castelli Jud. Cõis Fabriani super renovatione libre & appassatus Cõis Fabriani deputato & assumpto per d. Cõe, & coram Saverutio Consilii appassatore Cõis Fabriani ibidem presens, constitutus Dõpnus Bartolus Jacobutii Monachus Moñrii S. Marie de Apennino Nucerine Dioc. Syndicus & Prõr Abbatis Moñrii supradicti, & ejusdem Moñrii Capituli & Conventus prõrio & Syndicario nõie procũr., dixit, asseruit, & proposuit, quod Heremita *S. Salvatoris*, & *S. Petri de Aqua albella*, que sunt posit. in Monte Madio cum terris laborativis, montaneis, silvis, & aliis possessionibus, & aliis pertinentiis pertinet pleno jure possessionis, vel quasi, & proprietatis ad Moñrium & Conventum suptũm, & pertinuit per x. xx. xxx. xl. l. & C. annos prox. elapxos & ultra, & per tantum tempus, cujus memoria non existit, justo titulo, & bona fide, pacifice & quiete ..... omissis aliis.

Et ego Gentelutius Petri de Fabr. Imperiali auct. ✠ Not. his omnibus interfui, & rog. Scrip. & public. &c.

## LXXVI.

### *Joannis Episcopi Nucerini Vicarii Generalis Andreae Episcopi Camerinensis sententia in quaestione inter Priorem & Capitulum S. Venantii de Fabriano, & Joannem Todini de Fabriano.*

1308 IN nomine Dñi Amen. Nos Johannes Nucerinus Episcopus Vicarius Generalis Ven. Patris Dñi *Andree* Camerinen. Episcopi; arbiter, & arbitrator assumptus a Priore, & Capitulo Ecclesie S. Venantii de Fabriano ex una parte, & Dño Johanne Thodini de Fabriano ex altera, recensentes, & examinantes processus & instrumenta receptionis ipsius D. Johannis in Canonicum predicte Ecclesie renunciationis facta per ipsum quorumdam jurium, que sibi competere videbantur ex vigore provisionis sibi facte per Summum Pontificem, & predicte receptio-

ptionis, & appellationis facte per Domum Bonaccursum Canonicum ipsius Ecclesie &c. = & infra = Christi nomine invocato procedendo summarie in predictis ut arbiter, & arbitrator, & ex vigore ordinarie potestatis pronunciamus & declaramus sententialiter in his scriptis predictos Priorem & Canonicos non esse nec fuisse excommunicatos & predictam Ecclesiam S. Venantii non esse nec fuisse subpositam sub Ecclesiastico interdicto &c. Lata & pronunciata fuit dicta sententia per supradictum Dñum Johannem Episcopum Nucerinum, & Vicarium Generalem Ven. Patris D. Andree Episcopi Camerinensis arbitrum supradictum presentibus &c. ... Sub anno Dñi MCCCVIII. Indict. VI. tempore Dñi Clementis Pape V. die XXVIII. mens Martii: Gualdi in Domo Episcopatus Nucerini &c.

Et ego Andreas Magri Philippi Imperiali auct. Not. &c.

## LXXVII.

### *Arnaldi Card. Sedis Apost. Legati diploma favore Abbatis, & Monachorum S. Mariae de Apennino.*

ARnaldus miseratione divina S. Mariae in porticu Diaconus Cardinalis Apostolicae Sedis legatus Dilectis in Christo Abbati & conventui Monasterii S. Mariae de Apennino Ordinis S. Benedicti. 1310

Devotorum vota &c. & infra = Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod cum Monasterium vestrum habeat quamdam Ecclesiam sub vocabulo S. Christophori in Giclano Districtus Fabriani Camerinensis Diecesis in loco deserto, & a gentium habitatione remoto, & propterea iis, qui sunt, & esse debent ejusdem Ecclesiae Parrocchiani, propter loci inhabitationem atque distantiam tam in divinis officiis celebrandis, quam in ministrandis Ecclesiae Sacramentis servire commode nequeatis . . . . & infra = Quare nobis humiliter supplicastis, ut transferendi Ecclesiam ipsam cum Cæmeterio, & omnibus aliis suis bonis mobilibus, & immobilibus, & juribus ad dictam Domum, seu territorium Bone partis, & Gualterntii prædictorum, & eam inibi construendi prout vos & Parrocchiani predicti commodius & utilius expedire putabitis . . . . . . . . . . . . . . & primarium recipiendi lapidem benedictum a quocunque malueritis nostræ delegationis Catholico Episcopo: *Cum Camerinensis Ecclesia*, sub cujus Dioecesi dictus locus Gualteruttii, & Bone partis constitit, *vacet ad praesens*; tibiq. Abbati ponendi dictum primarium lapidem in eadem, licentiam vobis concedere dignaremur. Nos itaque &c. . . . . . . . .

Datum apud S. Michaelem de busco prope Bononiam III. Non. Madii Pontificatus Dñi Clementis Papæ V. anno quinto.

*Be-*

# LXXVIII.

## *Berardi diploma favore Monasterii S. Victoris de Clusis, & Parthenonis* infra saxa.

1318 BErardus miseratione divina Camerinen. Episcopus religioso ac provido viro Dõpno Crescentio abbati monasterii S. Victoris de clusis Camerinen. salutem in Dño. Pro parte tua, & ipsius monasterii S.Victoris fuit nuper expositum coram nobis quod quamvis per precessorem tuum nomine ipsius monasterii Sorores morantes olim in loco posito *intra saxa* in bailia Rosenge districtus fabrian. Camerinen. Diæc. & ipse locus recepte & receptus fuerint sub protectore ipsius abbatis & monasterii sub regula ipsius monasterii videlicet sub regula S. Benedicti. Licet etiam ipse Sorores eidem tuo precessori pro ipso monasterio professe fuerint eandem regulam, & ordinem B. Benedicti, & promiserint obedientiam, & reverentiam, & se ipsas & bona & locum ipsarum eidem pro ipso monasterio submiserint, & de his confecta fuerint legitima documenta. Nihilominus tamen superveniente guerra gravissima in contrata ipsius monasterii jura ipsa fuerint casu combusta & subtracta in gravem ipsius monasterii lesionem, propter quod nobis fecisti humiliter supplicari ut tibi pro ipso monasterio de novo recipiendo easdem Sorores & locum sub eadem protectione & regula, & ad eandem professionem, & submissionem licentiam & consensum concedere dignaremur. Et quod quatenus quod tibi pro ipso monasterio concederemus quod eisdem Sororibus possis locum concedere & Conventum & caput scilicet Abbatissam vel etiam priorissam, quam ipse possint eligere, & tu etiam confirmare. Insuper & correctionem, & visitationem ipsarum, & ipsius loci cum alias per bon. memorie Dnũm Ramboctum precessorem nostrum hec omnia concessa fuerint, quamvis propter amissionem ipsorum jurium hec mostrari non possint. Nos itaque statum, & augmentum ipsius monasterii diligentius attendentes & volentes quatenus jura ipsa in favorem ipsius loci, & ipsarum Sororum recuperentur de novo presentium tenore tibi pro ipso monasterio ac tuis in futurum successoribus auctoritate ordinaria concedimus per presentes quod ipsas Sorores locum: & bona, & jura ipsarum & que in futurum poterunt adipiscl sub tua, & ipsius monasterii protectione, & submissione de novo recipias & earum professionem ad eandem regulam S. Benedicti & ordinem & obbedientiam, & reverentiam observandam. Insuper & adsignationem loci & concessionem conventus juris eligendi Abbatissam, seu priorissam ipsarum, & loci ejusdem tibi pro ipso monasterio ac tuis successoribus in eodem auctoritate ordinaria plenarie concedimus per presentes. In cujus rei testimo-

monium presentes litteras fieri fecimus & nostri sigilli munimine roborari. Data Cami die xxiii. mensis Septembris prime Indict. anno Domi MCCCXVIII. Tempore D. Jonis PP. XXII.

# LXXIX.

## *Joannis XXII. Apost. litterae ad Amelium Praepositum Bellimontis contra Comites de Monteferetro.*

JOannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Amelio Praeposito Bellimontis Cappellano nostro Marchiae Anconitanae Rectori salutem, & Apostolicam Benedictionem. Dudum *Fredericus Guido*, & *Sperantia* quondam Comites de Monteferetro Fratres, & Consilium, ac Commune Urbinaten. Nobis, & Ecclesiae Romanae subjecti, post inordinate libitum voluntatis, seposito judicio rationis per devia currendo praecipites, & tergum non faciem Nobis, & Ecclesiae Romanae vertentes contra Nos, & eandem Ecclesiam cervicem rebellionis erigere, ipsiq. Communitates Civitatum Urbini, & nonnulla Castra, Comitatus quondam ipsius ad Nos, & Ecclesiam praedictam spectantia sibi diversis associatis complicibus non absque multorum strage fidelium, ac dispendiis animarum per violentiam occuparant, & detinebant in nostrum, & ipsius Ecclesiae contemptum, & grave praejudicium per sevam tyramnidem occupata nonnullos de Civitate, & Castris eisdem Ecclesiae praedictae fideles bonis omnibus violenter praedationis nequitia spoliatos de illis ejecerant violenter, alios importabilibus exactionibus collectis, & talliis aggravando, & insuper dicti Fratres non contenti, quod ipsi omnes communiter contra praefatos Ecclesiam, & fideles armata impietate crudeliter materna conabantur viscera tanquam foetus viperei laniare, sed ipsorum quilibet impietatem hujusmodi singulariter satagens in eosdem sceleftis actibus exercere idem Fredericus elationis suae currum ascendens, & Capitaniam *Auximanam*, *Racanaten.*, & extrinsecorum *de Æsio*, & aliorum de Provincia Marchiae Anconitanae Nostrorum, & Ecclesiae praedictae rebellium olim imprudenter assumens *Castrum Pire* infra dictam Provinciam constitutum, cum eisdem rebellibus exercitu congregato depopulavit crudeliter, & per aliquod temporis spatium dirae, ac violentae obsidionis instantia coarctavit, ex quibus multorum strages fidelium rapinae bonorum, locorum incendia, & alia innumera facinora pervenerunt ipseque Guido *Castrum Sancti Donati* infra Comitatum constitutum eundem, quod ad nos, & Ecclesiam pertinet supradictam cum multitudine Armatorum aggrediens illud invasit hostiliter bonis omnibus spoliando, & nihilominus Fredericus 1320

prae-

prædictus quendam Marchese nomine Bajulum tuum tuas litteras deferentem prope Portam dictæ Civitatis Urbini per quosdam suos latrunculos capi fecit, & carceri diro detrudi, & nisi eum miseratio divina per fuge subsidium ab ipso carcere liberasset illum seve mortis suppliciis tradidisset, nec adhuc Fratres Ipsi tantorum excessuum enormitate contenti te tuosque Officiales quominus in eadem Civitatem, & Castra, quæ infra Provinciam tibi decretam consistere dinoscitur per te, & Officiales eosdem jurisdictionem tuam exercere possis temerariis præsumebant ausibus impedire, & quod in eis acerbiori turbatione dolemus ipsi propriam salutem tanquam in profundum lapsi malorum poenitus contemnentes multorum detrahebant saluti dum eos, qui præsistebant in ipsius Ecclesiæ fidelitate constanter ab ejusdem obedientia, quantum in ipsis erat fellicis labiis, & lingua venenosa subducere molientes apud Ecclesiæ prædictæ rebelles, ne ad nostram, ut tenebantur, & ipsius fidelitatem redirent Ecclesiæ perversis suggestionibus insistebant in aversione solita perdurando, & alios diversos, & enormes excessus, qui seriem longæ narrationis exigerent si eos contigeret per singula repeti in Divinæ Majestatis offensam, Nostra, & Apostolicæ Sedis injuriam, & totius Provinciæ committebant læsionem, & scandalum, & committere damnandis ausibus non cessabant, & quamvis tu contra eos, & nonnullos alios propter dictos excessus varios processus excommunicationis interdicti, & alias diversas pœnas continentes, & sententias habuisses ipsi tamen processus, pœnas, & sententias hujusmodi, quos in suo firmitatis robore permanere voluimus contemnentes illos sustinebant animis induratis in salutis propriæ detrimentum. Ideoque Nos Comites, Consilium, & Commune prædictos per litteras nostras requirendos duximus, & monendos districtè præcipientes eisdem, ut infra unius mensis spatium postquam monitio, & mandatum hujusmodi ad notitiam pervenissent ipsorum, vel per eos staret quominus pervenire potuissent præcisè ad nostram & ipsius Ecclesiæ, ac tua mandata, & veram ac plenam obedientiam redire curarent, dictamque Civitatem, & Castra liberè restituere, & a quovis impedimento quominus per te, & Officiales tuos plenam in eos, ac Civitatem & Castra prædicta posses jurisdictionem omnimodam, prout ad tuum spectabat officium exercere omninò cessarent. Et nihilominus Nobis, & eidem Ecclesiæ, ac tibi super dictis rebellione injuriis, excessibus, damnis, spoliationibus, & offensis satisfactionem debitam impendentes dicti Fridericus Guido, & Sperantia, & ipsorum quilibet, & singuli de præfato consilio personaliter dictumque commune Urbinaten per sufficientes Sindicos, & Procuratores idoneos peremptoriè Apostolico se conspectui præsentarent mandatis nostris super præmissis plenariè prituri, ac facturi, & recepturi, quod justitiam suaderet, quod si forsan ipsi, & alii

alii supradicti monitis & mandatis, & citationi nostris hujusmodi contemnerent obedire dictosque Fredericum Guidonem, & Sperantiam, ac singulos de consilio, & Communi præfatis, & quoslibet alios Officiales complices, sequaces valitores adjutores, & fautores eorum, seu quomodolibet adhærentes eisdem, aut super hiis præstantes auxilium, consilium, vel favorem directè, vel indirectè, publicè vel occultè, & quoslibet alios, qui quominus ad nostram, & ejusdem Ecclesiæ veram obedientiam, & mandata præcisè redirent, ac nobis, & eidem Ecclesiæ, ac tibi satisfactionem impenderent supradictam impedimentum præstarent directè, vel indirectè publicè, vel occultè, cujuscumque ordinis, conditionis, status vel dignitatis existerent, etiamsi Patriarchali vel majori, seu quavis dignitate alia præeminerent ex tunc excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Communitates vero in hiis culpabiles, dictamque Civitatem Urbini, ac Terras Castra, Villas, & loca Fratribus Consilio, & Communi, ac aliis supradictis quovis modo subjecta interdicto Ecclesiastico subjacere, a qua quidem excommunicationis sententia nullus præterquam a Romano Pontifice nisi dumtaxat in mortis articulo posset absolutionis beneficium obtinere, & si forsan ipsorum aliquem in eodem articulo a dicta sententia excommunicationis absolvi contingeret ne tamen aliquis prætextu ignorantiæ Juris excusare se posset voluimus, & auctoritate Apostolica duximus declarandum quod taliter absolutus si quamcitius comodè posset post resumptam convalescentiam se coram Nobis contemneret præsentare mandatum nostrum super præmissis humiliter recepturus, & satisfacturus prout justitia suaderet in eandem relaberetur excommunicationis sententiam eo ipso. Et nihilominus ipsorum quemlibet, & quosvis alios tam Clericos, quam laicos hujusmodi excessuum patratores, complices, adjutores, valitores sequaces fautores, seu quomodolibet in hac parte adhærentes eisdem, ac dantes eis super præmissis auxilium, consilium vel favorem, quomodolibet ut præfertur per triginta dies dictum mensem immediatè sequentes substinerent sententias antedictas, omnibus Privilegiis, indulgentiis, gratiis libertatibus, & immunitatibus realibus, & personalibus, eis communiter, vel divisim sub quacumque forma verborum a dicta Sede concessis dictosque Clericos omnibus beneficiis Ecclesiasticis dignitatibus Prioratibus, & officiis cum cura, vel sine cura etiamsi Patriarchalibus, vel quavis dignitate alia præeminerent ex tunc auctoritate prædicta duximus sententiandos privandos ipsorumque Vassallos, & homines a juramento fidelitate, & quavis obligatione quibus eis quomodolibet tenerentur pœnitus absolventes, Feuda quoque, jura, honores, & officia, & alia bona immobilia quæcumque infra Provinciam, seu Terram ejusdem Ecclesiæ Romanæ, & alibi ubicumque ab eadem Romana tenerent Ecclesia de Frūm nostrorum

rum consilio duximus confiscanda. Aliis vero Feu lis, juribus, & bonis immobilibus, quæ a quibusvis aliis tenerent Ecclesiis essent ipso jure privati, quæ sic liberè ad easdem reverterentur Ecclesias, quod de illis earum Rectores pro sua disponerent voluntate. Quod si forsan per alios triginta dies prædictos, triginta dies immediatè sequentes hujusmodi Nostros processus, & sententias induratis animis sustinerent eis omnibus, & singulis communionem commertium, & participationem fidelium ex tunc expresè interdiximus, & duximus prohibendum, ita videlicet, quod nullus Bladum, vinum, carnes, pannos, ligna, seu res quascumque, vel merces ad eos deferre, sive ab eis emere, quovis colore præsumerent. In omnes contra inhibitionem nostram hujusmodi venientes quantacumque dignitate fulgerent excommunicationis, Civitatem vero Castrum, locum, Villam, seu Universitatem in hac parte delinquentia eo ipso interdicti sententiis voluimus subjacere, a qua quidem excommunicationis sententia nunquam eorum aliquis, ab alio, quam a Romano Pontifice posset absolvi, nisi dumtaxat in mortis articulo, ut superius est expressum. Volumus insuper, & auctoritate prædicta duximus statuendum, & etiam ordinandum, quod ex tunc omnes, & singuli supradicti essent perpetuò infames, nec eorum aliquis ad testimonium aliquod, vel alios actus legitimos posset admitti, essent etiam intestabiles, ut nec possent condere testamenta, neque ex testamento, vel ab intestato ad cujusquam successionem admitti nullus autem eis vel eorum alicui respondere super quocumque negocio teneretur, sed ipsi tenerentur aliis respondere, nec ad audientiam ipsorum causæ quælibet perferentur, nec valerent ipsorum sententiæ, vel processus, nec aliquis eis, vel ipsorum alicui, in quacumque causa vel negocio præsumeret patrocinium impertiri, nec ipsi, vel eorum aliquis ad patrocinandum aliis possent admitti; Sententiæ vero, ac processus illorum, qui Officium judicatus exercerent, & Instrumenta confecta per illos ex eis, qui Tabellionatus obtinuerent officium nullam haberent roboris firmitatem, sed cum actore damnato potius damnarentur: Filii quoque, ac Nepotes ipsorum usque in quartam generationem ad nullos honores Ecclesiasticos, vel mundanos, ad nullas dignitates, vel beneficia Ecclesiastica, aut Officia publica admitterentur imposterum obtinenda, & insuper omnes, & singuli, qui cum eis, ipsorum contumacia durante confœderationem, societatem, colligationem, seu ligam facerent, vel inirent, aut eis darent consilium, auxilium, vel favorem directè, vel indirectè publicè, vel occultè in rebellione prædicta si personæ singulares existerent, etiam Patriarchali, vel Majori, ut prædicitur, seu regali, vel quavis dignitate alia præeminerent Anathematis. Si vero Civitas, Castrum, locus, aut Villa, sive Universitas, aut Communitas, seu Collegium existeret incurrerent interdicti sententias ipso fa-

facto, a quibus nullus præterquam a Romano Pontifice absolutionem, seu relaxationem, nisi dumtaxat in mortis articulo ab eadem excommunicationis sententia posset, sicut in casibus antedictis exprimitur obtinere easdem, & quasvis alias confœderationes, societates, colligationes, & ligas super præmissis, vel ea contingentibus, necnon & actiones, conventiones, & obligationes quascumque inter ipsos, & quasvis alias singulares personas, aut Civitates, Castra, seu loca Communitates, & Universitates, sub quavis forma verborum factas, vel faciendas imposterum, etiamsi essent juramentis promissionibus obligationibus pœnarum adjectionibus, vel alia quacumque firmitate vallatæ annullandas, cassandas, & irritandas duximus, & protinus vacuandas, & cassas irritas, & vacuas nuntiandas, & illas decernimus nullam habere roboris firmitatem, & eos omnes, & singulos in dignitatibus, seu officiis publicis constitutos, qui per alios triginta dies prædictos ultimos, triginta dies immediatè sequentes in contumacia persisterent supradicta, ex tunc ab eisdem dignitatibus, & officiis deponendos duximus, & sententialiter amovendos ipsosque reddimus inhabiles, & indignos ad ea, & quælibet alia imposterum obtinenda, & ne ipsorum temeritas transiret aliis in exemplum mobilia ipsorum bona fidelibus occupanda concessimus, ipsorumque personas, ut capientium, servi fierent eisdem exposuimus fidelibus capiendas, & quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent voluimus, ut quicumque ipsorum infra tempus sui regiminis quod gereret forsitan prædictas pœnas, vel earum aliquas sustineret, quasi post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus, & ipsum, qui satisfacere recusaret infra terminum assignatum, & successorem ejus si post assumptum regimen infra quindecim dies parere forsitan non curaret manere decernimus eisdem pœnis inclusum, & per omnia, & in omnibus obligatum ad hæc nostræ firmæ intentionis extitit, quod Fredericus Guido, & Sperantia, Consilium, & Commune Urbinaten, & alii supradicti ad nostram, & ipsius Ecclesiæ, ac tuam veram obedientiam sine cujusvis fictionis mixtura redirent volentes eos quotiescumque post hujusmodi reditum ab eadem obedientia recedere forsan quovis quæsito pallio, vel colore contingeret in prædictas relati pœnas, & sententias ipso facto, ac mandantes postmodum hujusmodi nostros processus Fratribus, Consilio, & Communi prædictis per te, vel per alium, seu alios præsentari, quod si forte tutus ad eos haberi non posset accessus tu illos per te, vel per alium, seu alios in locis de quibus ad ipsorum posset notitiam pervenire facilius ad hoc fidelium Populis congregatis solemniter publicares & licet tu postmodum processus, monitiones mandata, pœnas, & sententias supradicta, juxta hujusmodi mandati nostri tenorem cum adeundi præsentiam eorundem securus aditus non pateret in diversis locis dictæ Provinciæ, de qui-

bus non eſt dubium illas ad eorum notitiam perveniſſe per te, & alios duxeris publicandum, ipſi tamen ea deducentes penitus in contemptum prædictis noſtis monitis, & mandatis parere contumaciter non curarent propter quod eaſdem pœnas, & ſententias incurrerunt, quas damnabiliter animis ſuſtinent induratis in ſalutis propriæ detrimentum. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus ſi tempus eſt dictorum terminorum elapſum, Fratres, Conſilium, & Commune, ac Civitatem prædictos, ac Terras, Caſtra, & loca ipſorum, ac eorum ſubjecta dominio, & omnes, & ſingulos antedictos præfatas interdicti, & excommunicationis, & alias pœnas, & ſententias incurriſſe, ipſoſque illis ligatos eſſe, & eis etiam ſubjacere ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis, & aliis de quibus tibi videbitur in Eccleſiis Civitatibus Terris, Caſtris, & locis decretarum tibi Provinciarum, & circum adjacentium partium, de quibus expedire credideris publicè nuncies, vel ab aliis nuntiari, ac Fratres, & alias ſingulares perſonas prædictas tamquam excommunicatos ab omnibus arctius evitari facias ipſaſque ſententias per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita inviolabiliter obſervari. Reſcripturus Nobis per tuas patentes litteras, vel Inſtrumentum publicum harum ſeriem continens quicquid in præmiſſis duxeris faciendum. Datum Avenioni Kal. Octobris anno quinto.

## LXXX.

### *Joannis XXII. aliae Apoſt. litterae ad Poteſtatem, Conſilium, & Commune Caſtri Pirae.*

1324 JOannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei = Dilectis Filiis Poteſtati, Conſilio, & Communi Caſtri Piræ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fidelibus ſal. &c. Radicatam in pectoribus veſtris antiquitus erga Sanctam Romanam Eccleſiam devotionis, & fidei Plantulam, nec poſſetis proculdubio filii, nec ſciretis ita diſſimulare, vel fingere, quin actis frondibus illa revireat, ſæpe amena refloreat, & proficuos ſuo tempore fructus ducat. Sane audivimus, de vobis continuè id ſperantes, quod dum *Auximanorum*, *Firmanorum*, *& Fabrianenſium* noſtrorum ac ipſius Eccleſiæ plectendorum rebellium ex ingenti demerito gentis armorum ſubſidio eſſet opus, & vos, quos ſinceritatis animus impellebat interius Dilecto Filio Marchiæ Anconitanæ Rectori in publico Parlamento celebrato nuperrimè promptos ad idem ſubſidium offerretis in tantum clara patentius veſtra liberalitas proſit, quod ad hoc exemplo laudabili, etiam alios invitavit. Quamvis igitur in hac parte res veſtra, ſicut, & ipſius Eccleſiæ geratur, ut ſcitis quantum eidem Ec-

Ecclesiæ placere noscimini, qui cum negocium videtur agere proprium suorum, pro quibus caritativè laborat, prosperitas agitur Subditorum promptitudinem vestram præconio digne in Deo laudis attollamus vobisque propterea gratiarum uberes referimus actiones Universitatem vestram rogantes, & hortantes attentè quatenus perseverantes in eo, quod laudabiliter inchoastis hujusmodi oblationem vestram sic ducatis realiter ad effectum, quod de præfatis rebellibus pio voto nostræ prosecutionis obtento simul cum fidelibus aliis optata pacis amenitate fruamini, & reddentes inde Altissimo gratias Apostolicæ Sedis benevolentiam, & favorem possitis uberius promereri. Datum Avenioni xvi. Kal. Martii Anno octavo.

## LXXXI.

### *Ejusdem Joannis XXII. aliae litterae ad Episcopum Casinensem & Guillelmum de Veraco Apostolicae Sedis Nuncios.*

JOannes Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Raymundo Episcopo Cassineu, & Dilecto Filio Guillelmo de Veraco Præcentori Ecclesiæ Agaten. Apostolicæ Sedis Nunciis salutem, & Apostolicam Benedictionem = Nuper infeste relationis assertione percepimus, quod cum hoc anno de mense Junii proximo preterito Dilectus Filius Amelius Abbas Monasterii Sancti Saturnini Tholosan. Cappellanus Noster Marchiæ Anconitanæ Rector ad Terram Cinguli infra dictam Marchiam consistentem qnendam executorem pro colligenda Tallia ibidem imposita destinasset, quidam maligno concitatus spiritu, cum comitiva multorum hominum armatorum adeò periculosè tumultum, & rumorem excitavit in Populo dictæ Terræ, qnod hominibus ejusdem Terræ Cinguli ex tumultu hujusmodi excitatis ad arma quidam interfectus, & alii vulnerati, ut fertur, extiterunt ibidem, tunc *Lipacio de Auximo, & Fabrianen*, cum aliis dictæ Marchiæ rebellibus super *Castrum Piræ* fidele Romanæ Ecclesiæ cum armis stantibus, & satagentibus, cum tumultu prædicto proditionaliter, ac in præjudicium, & contemptum ejusdem Romanæ Ecclesiæ Terram invadere supradictam, & nisi quidam viri fideles, & providi curassent ad obviandum super hiis interponere suas ex præmissis alia mala innumera sicut asseritur contigissent. Volentes itaque de prædictis omnibus plenius informari. Discretioni vestræ per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus super præmissis, & eorum singulis vos summariè de plano, & simpliciter informantes; informationem hujusmodi sub sigillis vestris 1325

ſtris incluſam mittere, ac quicquid in hac parte repereritis nobis referre fideliter per veſtras litteras ſtudeatis. Datum Avenioni nonas Auguſti Anno decimo.

# LXXXII.

## *Berardi Epiſcopi diploma pro unione Monaſterii S. Mariani cum illo S. Mariae Vallisſocinae.*

1327 IN Dei Nomine Amen. Anno Dñi MCCCXXVII. Tempore Dñi Johannis PP. XXII. Indict. x. die xIII. menſis Martii. Berardus miſeratione divina Camerinenſis Epũs dilecto filio Manfredo Abbati Monaſterii S. Marie de Vallefocina Camerinenſis Diecesis ſalutem in Domino. Tua nobis exibita petitio continebat quod tuum Monaſterium ita eſt abbundans in redditibus, quod tibi monachis converſis & familiaribus dicti Monaſterii ipſi redditus, & facultates ſufficiunt, & majhori etiam familie ſufficerent competenter. Multum expediret eidem monaſterio tuo quod in terra S. Severini haberes pro ipſo Monaſterio Eccleſiam ſeu Monaſterium ad quod vel quam venire valeres, vel tuos Monachos tranſmittere. Ita quod non cogeremini per hoſpitia ſecularia hoſpitari . . . . . . . . . . te vel tuos ad dictam terram poſſitis dict. monaſterium accedere diuturnare, & etiam pernoctare & quod Monaſterium S. Severini pro vobis faceret, & etiam pro ipſo. Cum ita ſit inops, & tenue, quod non bene, nec comode valent Monachi & familiares ipſius ex ipſis facultatibus ſine penuria ſuſtentari. Et addidiſti quod ex facultatibus tui Monaſterii poteſt utraque familia ſcilicet utriuſque Monaſterii comode ſubſtentari & abunde cum facultatibus ipſius Monaſterii S. Mariani, & jura Epiſcopalia ſolvere & hoſpitalitatem, ut expedit, ſuſtinere. Fuitque nobis pro parte Syndici ipſius Monaſterii S. Mariani Capituli & Conventus expoſitam quandam ſubjectionem . . . . . . . . . filiali quod ipſi miſere, & indigenter vivunt, & ſatis tenue & facultatibus . . . . . . . . & minus bene. Servient eidem Monaſterio propter penuriam clericorum & . . . . . . . . in divinis, cum non habent comodum unde vivant, nec inveniatur qui vellit ibi morari & ſervire in divinis & Parrocchianis ipſius Monaſterii miniſtrare Eccleſiaſtica Sacramenta & alia negotia ipſius Monaſterii pertractare. Qua de re dictum Monaſterium magna dapna ſubſtinet in divinis, & aliis. Et Parrochianis dicti Monaſterii minus bene, immo cum defectu Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrantur. Supplicantes concorditer nobis predictis conſideratis ad laudem & reverentiam omnipotentis Dei, & Beatiſſime Virginis glorioſe, ac Beati Mariani Martiris, in quorum nomine dicta Monaſteria ſunt fundata. Silicet

cet quod dictum Monasterium S. Mariani de Sanctoseverino Camerinensis Diecesis dicto tuo Monasterio dignaremur subbicere unire & annessare, ut dictum Monasterium S. Marlani dicto tuo Monasterio de Vallefocina esset unitum annessum subjectum, & esset ei incorporatum. Ita quod qui esset abbas dicti Monasterii S. Marie utriusque monasterii abbas esset. Et dictum Monasterium S. Mariani, & ipsius Monasterii Monachi Conversi, & familiares essent sub jurisdictione & protectione dicti monasterii S. Marie Capituli & Conventus ejusdem. Et eis in spiritualibus omnibus & temporalibus responderent, tamquam subditi, & subjecti sicut alia membra antedicti Monasterii S. Marie & in eis qui subjecti sunt Monachi familiares, & Conversi. Et quod dictus abbas per se & alios posset administrare per se vel alium in spiritualibus & temporalibus in eodem monasterio S. Mariani sicut potest in eodem monasterio S. Marie. Et ex premissis status utriusque Monasterii in melius reformetur. Unde cum teneamur, & sit equiter, & consonum rationi justis petitionibus nostrum prestare assensum, advertentes petita vera esse, & de utriusque monasterii procedere voluntates, cum de jure & ex nostro officio possimus predicta facere videntes petita utrique Monasterii utiliter expedire. Idcirco dictum monasterium Sancti Mariani cum omnibus juribus, & pertinentiis suis Monachos conversos & familiares, Capitulum & Conventum ipsius auctoritate qua fungimur & ex nostro officio, & etiam volentes dicte petitioni annuere predictorum, subjcimus unimus & annessamus dicto Monasterio S. Marie prefatum Monasterium S. Mariani in spiritualibus, & temporalibus pleno jure sub jurisdictione dicti Abbatis S. Marie & subcessorum ipsius perpetuo gubernandum, Capitulumque Monachos convectos & familiares ejusdem per omnia sicut alios Monachos convectos & familiares monasterii S. Marie predicti per ipsum Abbatem de cetero volumus gubernari. Et predictam unionem, & annessionem & submissionem ex nostro officio & omni jure, & modo quibus melius possumus facimus & mandamus inviolabiliter observari. Mandantes predictam in publicam formam redigi ad memoriam sempiternam in testimonium predictorum actum in Ecclesia S. Angeli de Paganico Districtus Civitatis Camerini presentibus Aldrovānutio D. Bartholi de Trussia Dño Rodelfso . . . . . . . . . . . Mercutio . . . . . de Camerino Gabbutio Nutii Dñi Rainaldi de Sanctoseverino & Massio Bonanni testibus ad hec vocatis & rogatis.

Et ego Petrozonus Bonjoannis Imperiali auct. Not. omnibus ut supra legitur interfui, & una cum Magistro Ambaldo Not. dicti Dñi Episcopi rogatus scribere scripsi & publicavi.

Stel-

# LXXXIII.

## *Stellutia Bartholomaei Alberti de San-Severini Monasticam vestem induit in parthenone S. Mariae Magdalenae Mathilicae.*

1344 IN Dei Nomine Amen Anno ejusdem 1344. indict. xII. tempore Domini Clementis Pape Sesti die 3. Mensis Julii actum fuit Mathelice in Ecclesia Monasterii Sancte Marie Madalene de dicta Terra Mathelice Camerinensis diecesis presentibus Petro Lenutii, Luca Philippi, & Guidutio Angeli Notario rogato una mecum de predictis Testibus de his. Costituta Stellutia Bartholomei Alberti de Sancto Severino filia legitima & naturalis ac heres quondam sui Patris, & quondam Domine Mansiliole sue Matris genibus flexis & manibus conjunctis ante Altare dicte Ecclesie Monasterii prædicti Coram Nobili, & Religiosa Domina Domina Francesca Federici Abbatissa dicti Monasterii Ordinis S.Benedicti: Renuntians expresse prelationi, & temporibus prelatis, & omni jurium sibi competentium, vel competituris ex occasione predicta vel alia quacumque promixit, & convenit solepniter dicte Domine Abbatisse dicti Monasterii obedientiam, & reverentiam debitam, & debendam, & honestatem & Castitatem servare secundum modum, & regulam Ordinis predicti, & divino intuitu, & amore & pietatis causa *dedicavit & obtulit omnia sua bona & se ipsam* dicto Omnipotenti & beate Sancte Marie Madalene, & dicto Monasterio, & dicte Domine Abbatisse recipienti pro dicto Monasterio, & suis Sororibus. Que Domina Abbatissa dicti Monasterii nomine, & vice Monasterii predicti benigne & devote recepit dictam Stellutiam flexis genibus & Manibus conjunctis & recipiendo ipsam in suam, & dicti Monasterii & Ordinis Monialem. Offerens & promittens eidem Caritatem & fraternitatem prestare & prestari facere eidem de bonis Ordinis dicti Monasterii, panem & aquam & omnia alia necessaria secundum Ordinem & regulam dicti Monasterii in vita ipsius Stellutie. Quam quidem dedicationem offertionem, & omnia & singula superius & infrascripta per solepnem stipulationem promixerunt dicte partes quelibet ipsarum una alteri ad invicem vicissim, & versa vice, & inter se ipsarum firma, & rata perpetuo habere & tenere & observare & adimplere per se suosque subcessores & non venire contra per se vel alium sive alios aliquo modo . . . . . . . de jure, vel de facto sub ipoteca & obligatione omnium bonorum, & rerum dicti Monasterii & dicte Stellutie.

Et ego Heutennutius Hugolinutii Not. &c.

In-

# LXXXIV.

## *Instrumentum procurae Communis Cast. Pyri ad recipiendum Smedutium Nutii D. Rainaldi in Castellum Pyri.*

IN Dei &c. 1346. Ind. XIIII. tprē Dñi Clementis pp. VI. & die xxi. mens.Junii Consilio genlī & speciali Coīs & horūm Castri Piri in Palatio Coīs ejusdem sono campane, voceque preconis de mandato Nobilis Viri Federici Bartholini de Auximo hoñ Potestatis dicti Castri Piri more solito congregato. In quo quidem Consilio Providus Vir Ser Vannes Erculani de Auximo Vicarius dicti Castri, & prefati Dñi Potātis &c. & ipsum Consilium &c. fecerunt &c. Andriolum Johannutii de dicto Castro Piri pntēm &c. eorum, & dcī Coīs Sindicum Procuratorem &c. spalitēr ad recipiendum Nobilem Virum Smidutium Nutii Dñi Rainaldi de Scō Severino in Castellanum dcī Castri Piri cum omnibus immunitatibus &c. & ad recipiendam promissionem ab ipso de hobedientia &c. & ad promittendum sibi & ad recipiendum ab eo omnia supradicta & oīa alia que forma Statutorum; & ord. dicti Castri exigunt, & requirunt; & ad donandum &c. eidem Smidutio &c. tamquam persone benemerite & nrō Castellano & pro multis gratis servitiis hitīs & receptis & inposterum habendis & recipiendis a dcō Smidutio, jure ppīo, & in perpetuum donationis titulo irrevocabiliter inter vivos totum Podium Castellani Ficane districtus dicti Castri Piri cum suis Pertinentiis foreis & retroforeis ejusdem Podii posīt. in dicto Vocabulo & districtu dicti Castri jux pōssſ. Monasterii Vallis Castri, Silvam Cōis Castri Piri, & allāt &c. & ad concedeñd. licentiam eidem Smidutio &c. & liberam potēstem reponendi, & reedificandi dictum Podium seu Castellan &c. &c. Pntībus &c. de Castro Piri testibus &c. 1346

Loco ✠ Signi & ego Fatius Francī de Monte Granario Imp. aūt. Notar., & Nuñc. Offit. Castri Coīs Piri ad offit. Reformatorum &c.

# LXXXV.

## *Franciscus Episcopus reducit numerum Canonicorum Canonicae S. Severini ad octo Canonicos cum suo Priore.*

IN Dei nomine Amen. Anno ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono Indictione Sexta Tempore Clementis Pape Sexti die 1349

 xx.

xx. mensis Februarii. Actum Camerini in Episcopali Palatio Domorum Camerinen. Episcopatus presentibus Reverendo viro *Dño Mutio Archidiacono* Camerinensi, Petrutio Armanni Infrascripti D. Episcopi Domicello, & Dominico Salimbene Clerico de S. Severino testibus de literis vocatis & rogatis; Constitutus Rev. Vir Domnus Gualterius Prior Canonice Ecclesie Collegiate Ecclesie S. Severini de terra S. Severini Camerinen. Diecesis suo nomine, ac etiam omnium & singulorum Canonicorum & totius Capituli ejusdem Ecclesie coram Venerabile in Christo Patre & Domino *Domino Francisco* Dei gratia Camerinensi Episcopo exposuit & dixit eidem D. Episcopo, quod cum dicta Ecclesia S. Severini temporibus retroactis gravata fuerit, & gravetur ad presens multitudine Canonicorum, ultra quod suppetant facultates dicte Ecclesie, & ex quibus possint ipsi Canonici ex fructibus reddidibus, & obventionibus dicte Ecclesie substentari, ex qua de causa dicta Ecclesia dapnum non modicum in temporalibus, & in spiritualibus detrimentum passa fuit, ac etiam patiebatur similiter lexionem pro eo quod dicti Canonici cogebantur pro acquirendis necessariis causa victus querere a celebratione divinorum vacabant. Ideoque dictus Prior, Canonici & Capitulum volentes &c. deliberaverunt unanimiter & concorditer &c. quod deinceps in dicta Ecclesia futuris temporibus sit numerus octo Canonicorum tantum, & unius Prioris, & non ultra dictum numerum, & quod ultra dictum numerum non possit aliquis eligi Canonicus in dicta Ecclesia per ipsos Priorem Canonicos & Capitulum &c. & predictum numerum octo Canonicorum & unius Prioris perpetuo observari debere & contra predicta non fieri &c. Qui venerabilis in Christo Pater & Domnus D. Franciscus Dei gratia Camerinensis Episcopus auditis &c. dictum numerum auctoritate ordinaria, & ex certa scientia confirmavit &c.

## LXXXVI.

### *Scheda Francisci Episcopi favore Monachorum S. Victoris de Cluso.*

1355 IN Dei nomine Amen. Anno ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto Indict. VIII. tempore Dñi Innocentii Pape Sexti die quarta mensis Julii. Presentibus Ven. Viris Dño *Giojoso* de Fabriano priore Dño Giolo Canonico Ecclesie S. Venantii de Fabriano, & Petrutio Armanno de burgo S. Sepulcri testibus ad hec vocatis &c. Pateat omnibus presentibus infrascriptis publice inspecturis quod constitutus coram Ven. in Xptõ Patre, & Domño Dño *Francisco* Dei gratia Camerinen. Episcopo providus vir Fr. Franciscutius Cassutii de Fabriano

no sindicum, & procuratorem se asserens abbatis monachorum capituli, & Conventus monasterii S. Victoris de Clusis Camerinen. Diecesis de cujus . . . . . . . . . . . . . . affirmavit apparere manu Cicchi phylipputii not. de Fabriano eidem Dño Episcopo exposuit, & humiliter supplicavit quod cum dictum monasterium habeat, teneat, & possideat quamdam petiam terre ipsius monasterii positam &c. que terra est parum utilis, commoda, & fructuosa monasterio supradicto placeat ipsi Dño Episcopo ipsi sindico quo supra nomine recipien. dare, & concedere licentiam, & auctoritatem supradictam terram cambiandi, & permutandi cum terra &c. que terra est utilior, & magis commoda monasterio dicto. Qui quidem Doñus Epũs habita fide plenaria de predictis receptoque juramento a dicto Sindico, qui juravit ad sancta Dei Evangelia scripturis corporaliter manu tactis quod predicta omnia & singula prout supra per eum sunt exposita, & narrata totaliter vera erant, supradictam petitam licentiam & auctoritatem eidem sindico nomine quo supra recipien. contulit atque dedit omni modo jure & causa quibus melius potuit & valuit. De predictis tamen conscientias Dñi Abbatis & Monachorum predictorum penitus honerando.

Et ego Enrighus Contis de burgo Sanctisepulchri pubb. Imper. auct. Not. & ordinarius Judex nec non Not. officialis prefati Dñi Episcopi de mandato ejusdem scripsi & pubblicavi.

## LXXXVII.

### *Instrumentum procurae Giojosi Episcopi Camerini pro permutando Episcopatu cum Fr. Marco Episcopo Pennensi, & Adriensi.*

IN Dei Nomine Amen. Amen. Anno Nativitatis Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, mense Octuber, die vicesimo 1359
sexto mensis ejusdem, duodecimæ Indictionis, tempore Sanctissimi in Xptõ Patris & Dñi Nostri Dñi Innocentii Divina providentia Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Matris Ecclesiæ Summi Pontificis Papæ Sexti, Pontificatus ipsius Anno septimo. Per præsens publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter, quod Reverendus in Xptõ Pater, & Dominus Dñus *Giojosus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Camerin.* in mei Notarii & Testium infrascriptorum præsentia constitutus ex certis & rationabilibus de causis, & pro salute animæ ipsius motus, ut dixit & legitima consideratione, quod ad melius pro Romana Ecclesia redundabat, fecit, & deliberato animo constituit, & ordinavit suos veros legitimos Procuratores & Nuncios speciales & quocumque modo melius de jure dici potest Venerabiles & sapientes Viros

 Do-

Dominum Jacobum de Lanfredinis de Florentia Canonicum Pennen. & Adrien, Dñum Johannem de Pupphio Canonicum Bononien, Petrum Giocti de Perutiis de Florentia, & Magiſtrum Neapolionem de Pontarolio de Forlivio abſentes tanquam præſentes, & quemlibet eorum inſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod unus inceperit alter proſequi valeat & finire, ad præſentandum ſe ipſos in Romanam Curiam Avinione, & ubi Romanus Pontifex & Romana Curia reſiderent, permutandum, & ex cauſa legitimæ permutationis reſignandum liberam Eccleſiam & Epiſcopatum ſuum Camerinen in manibus Dñi Noſtri Papæ & Sacri Collegii Dñorum Cardinalium, & eorum auctoritate faciendum, ad Eccleſiam & Epiſcopatum Pennen & Adrien cum Reverendo in Xptõ Patre & Dño, *Dño Fratre Marcho eadem gratia Pennen & Adrien Epiſcopo*, & ad ſupplicandum humiliter & devotè Dño Noſtro Dño Papæ eidem, & Dñis Cardinalibus, ut præfatum Dñum Giojoſum Epiſcopum Camerin a vinculo quo aſtrictus eſiſtit eidem Camerinen. Eccleſiæ abſolvat ex cauſa permutationis prædictæ, & eum transferat ad Eccleſiam & Epiſcopatum Pennen & Adrien, & ſimili modo eumdem Dñum Frẽm Marchum Pennen & Adrien Epũm abſolvat a vinculo, quo aſtrictus exiſtit eidem Eccleſiæ Pennen & Adrien, & eum transferat ad Eccleſiam & Epiſcopatum Camerin, & eum eidem Camerin Eccleſiæ præficiat in Epiſcopum & Paſtorem; & ad jurandum in animam ipſius Conſtituentis, quod nullum in præmiſſis interceſſerit vitium Symoniæ, vel alterius illicitæ conventionis, promiſſionis, pollicitationis, & ad præſtandum in præmiſſis, ut requiritur & debetur, & prout expediens fuerit fidelitatis debitum juramentum, & cujuslibet alterius generis juramenti præſtandum. Et ad promittendum, & obligandum nomine ipſius conſtituentis ſolemniter & legitimè prout fuerit expediens in præmiſſis, ſe ſoluturum, ſeu ſolvere debitum ſecundum ſuum commune ſervitium Cameræ Apoſtolicæ & dicto Sacro Collegio Dñorum Cardinalium, & Familiæ & Officialibus Dñi Noſtri Papæ & Dñorum Cardinalium prædictorum infra terminum per Romanam Curiam præfigendum. Et ad omnia alia & ſingula faciendum in præmiſſis, & pro præmiſſis & dependentibus ex eiſdem, quæ quilibet veri legitimi Procuratores & Nuncii ſpeciales, & quæ ipſemet Conſtituens faceret & facere poſſet, ſi perſonaliter præſens eſſet, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, etſi majora eſſent quam in præſenti mandato continentur, & ad ſubſtituendum unum, vel plures Procuratores loco ipſorum, vel alterius eorumdem, quotiens eis, & cuilibet eorum videbitur expedire dans & concedens prædictis ſuis Procuratoribus, & ſubſtituendis ab eis, vel a quolibet ipſorum in præmiſſis, & circa præmiſſa & quolibet præmiſſorum ſpeciale mandatum & plenam, ſpecialem, & liberam, & generalem poteſtatem. Promictens ſe ratum, gratum, & firmum habiturum quicquid per ipſos

Pro-

Procuratores, five alterum ipsorum, & fubftituendos ab eis, vel a quolibet eorumdem factum fuerit, five geftum in præmiffis & quolibet præmifforum fub ypotheca, & obligatione bonorum omnium dicti fui Epifcopatus & ipfius Epifcopi conftituentis quorumcumque. Et volens idem Dñus Giojolus Epifcopus fupradictus conftituens dictos fuos Procuratores & quemlibet ipforum, & fubftitnendos ab eis vel ab eo ab omni fatisdationis onere relevare ipfemet conftituens fidejuffit pro eis, & quolibet ipforum, & fubftituendo, vel fubftituendis ab eis, vel ab eo, fub ypotheca & obligatione prædictis mihi Notario infrafcripto ut perfonæ publicæ folemniter & legitime ftipulanti nomine dictorum Procuratorum & cujuslibet ipforum, & fubftituendi, vel fubftituendorum ab eis, vel ab altero ipforum, & quorum, feu cujus intereffe poterit in futurum, cum omnibus & fingulis claufulis oportunis. Actum in Civitate Camerin. in Domibus Epifcopalibus prædicti Epifcopatus Camerin. in Camera ipfius Dñi Epifcopi Camerin, præfentibus Dõpno Confulo Cicchi de Tollentino, Petrono Piftacchi de Balñ de Aquila, & Johanne Marini de Affifio teftibus ad præmiffa vocatis fpecialiter & rogatis.

Et ego Petrus Thomas de Podio de Aquila publicus Apoftolica auctoritate Notarius quia in præmiffis omnibus & fingulis, dum fic ut præmittitur fierent, una cum prænominatis teftibus præfens rogatus interfui, ideo fcripfi, publicavi predicta, & in hac publicam formam redegi, meoque confueto figno proprio fignavi in teftimonium omnium præmifforum, anno, menfe, die, loco, Indictione Pontificatu prædictis.

Loco ✱ Signi.

## LXXXVIII.

### *Fr. Marci Epifcopi Camerinenfis indulgentiae collatae Ecclefiae S. Mariae de Mercato San-Severini.*

FRater Marcus miferatione Divina Epifcopus Camerinenfis. Univerfis Chrifti fidelibus prefentes licteras infpecturis falutem & veram 1361
in Domino caritatem. Cotidianis humane fragilitatis exceffibus, quibus nequitie fomite fuadente humanum genus fepiffime labitur in delictum Celeftis opifex antitodum pietatis oppofuit & helemofine Remedium falutare, ut quem feductorie infirmitas humane carnis lubrici peccati contraxit rubigine mifericordiali munificentia collatõ indefferte caritatis expurget. Ad quidem collatiem tam magnam, tamque meritoriam univerfi ecclefiarum prelati..... omnibus quibus poffunt fub-

fubditos fuos cunctofque tenētur inducere, ut eis proficiant ad falutem Helemofine autem & caritatis ... collatō perfectionis pauperibus eft maxime eroganda hec Spiritu Sancto docente. Defudet helemofina in manu tua donec invenias juftum cui des inquit ex quorum quidem numero pauperum potiffime exiftit predicatorum ordo, qui abjectis pro Xptō fpretifque mundanis omnibus, & abnegantes fe ipfos cruce carnis proprie mortificationis affumpta, fpretoque libertatis arbitrio, ac obedientie jugo propria colla ponentes obedientes effe ufque ad mortem voluntarie elegerunt illius fequentes veftigia, qui cum dives effet factus eft egenus pro nobis, ac factus obediens ufque ad mortem fponte Crucis patibulum fubiit. Ex quorum infuper vita fratrum fcientia, & doctrina univerfa Xptī Ecclefia bonorum multiplicum fluminibus irrigatur. Et hujufmodi fluminis impetus letificat civitatem Dei prout pfalmifta profetica voce piedixit. Prefata hec autem & cetera fluminum fpiritualium genera .... maximo .... facratiffima Virgine emanaverunt. Omnia enim flumina intrant mare, congregationefque aquarum vocavit Maria. Sancta fcriptura de Xptī fpiritualiter .... Ope igitur retributionis eterne cupientes univerfos Xptī fideles ad devotionem ac reverentiam beatiffime Marie Virginis, & beati Dominici gloriofiffimi Confefforis fundatoris Fratrum ordinis predicatorum excitare ferventer ac falutifere pietatis opera invitare congregatio .. que pauperum ut fpiritus fanctus inquit. Volentes facere nos affabiles omnibus vero penitentibus, & confeffis, qui ad Ecclefiam fancte Marie in Mercato fratrum ordinis predicatorum de Sancto Severino Camerinen. Diec. die dominica de mane poft prandium, vel in fero caufa audiendi divinum verbum, & caufa vifitandi, & falutandi Virginem gloriofam, & genuflectendi ante immaginem ipfius, que eft in introitu predicte Ecclefie ex parte dextra, & candelam unam accendere fecerit, nec non qui ad altare ipfius ob reverentiam ipfius acceſſerit, & ibi aliquid pofuerit pro fervorum fuorum fratrum memorate Ecclefie neceffitatibus; ac in Cipo, qui eft in introitu ecclefie denarium, vel denarios pofuerit, & generaliter quotiefcumque aliquibus predictis fratribus aliquam elemofinam contulerit fupradicta de caufa, de Dei mifericordia, Beatiffime Marie Virginis pietate, & beatorum Apoftolorum Petri, & Pauli auctoritate, & beati Venantii Chrifti martyris, cujus patrocinio communimur, meritis Confifi XL. dies de injuncta eis penitentia in Domino mifericorditer indulgemus. In cujus rei teftimonium, & certitudinem pleniorem prefentes litteras fieri fecimus, & noftri figilli appenfione muniri. Data in Sancto Severino anno Domini MCCCLXI. Pontificatus Domini Innocentii PP. ....

*Tjuf-*

# LXXXIX.

## *Ejusdem Fr. Marci Episcopi indulgentiae concessae Ecclesiae Fr. Min. de Amandula.*

FRater Marcus miseratione divina, & Apostolice Sedis gratia Camer. Epūs Universis, & singulis Christifidelibus pñtes Literas inspecturis salutem in Dño sempiternam. Quoniam secundum Aplícam doctrinam qui parce seminat parce metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam necessarium est tamen ut unusquisque fidelium studeat semen bonorum operum seminare in terris ut cum fructu multiplici valeat regnare in celis. Quippe intelleximus quod Religiosi viri Fratres Minores de Amandula Firmane Diecesis de licentia proprii sui diecesani ob devotionem & reverentiam gloriose Virginis Marie Matris Dñi nostri Jesu Christi in eorum Ecclesia Altaria in proximo facere consecrari intendunt. Quocirca ut dicta Altaria tanto devotius frequententur quanto gratiis amplioribus preclarata fuerint, Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia & sue Matris Virginis gloriose, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, necnon Beatorum Venantii Martyris, & *Ansuini Confessoris*, quorum patrocinio nostra Camer. defensatur Ecclesia auctoritate & meritis confidentes omnibus & singulis Christifidelibus vere penitentibus & confessis qui dicta Altaria in die consecrationis eorumdem in omnibus & singulis Festivitatibus eorum ejusdem Virginis Matris Marie & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac etiam aliorum Apostolorum, in festis Nativitatis Epiphanie, in Parasceve Dñi, in die Paschatis Resurrectionis, in die Ascensionis Dñi nostri Jesu Christi, in die Pentecosten, in festo Corporis Christi, in die Consecrationis, ac etiam in Festo Beati Francisci, Beati Nicolai, S. Ludovici, & S. Antonii Confessoris, S. Clare Virginis, & S. Blasii Mart., S. Stephani, in Festo Innocentium, S. Catharine, S. Lucie, S. Agathe, S. Ursoline, & S. Appollonie, in Annunciatione B. M. V. S. Georgii, in translatione S. Francisci, S. Antonii de Padua, in festo S. Joannis Baptiste, & in festo S. Jõis Evangeliste, & aliorum Evangelistarum, S. Margarite, S. Marie Magdalene, & S. Marte, in Vincula S. Petri, S. Laurentii, in festo Assumptionis, in festo decollationis S. Joannis Baptiste, in festo Nativitatis Virginis gloriose: in festo Stigmatum Beati Francisci, in festo S. Michaelis & omnium Angelorum, in festis S. Elisabeth, & S. Cecilie Virginis, in Conceptione B. M. V. in festo Paschatis Resurrectionis cum duobus diebus sequentibus, & in festo Pentecosten cum duobus diebus sequentibus. In omnibus diebus Dominicis totius Quadragesime, in prima die Dominica mensis totius anni. In prima Dominica de Adventu

1361

tu cum tribus Dominicis sequentibus ; & in omnibus Festivitatibus S. Crucis. In festo S. Antonii Abbatis de Vienna. In festo Purificationis, & in festo Circumcisionis, & in qualibet Dominica Quadragesime cum devotione visitaverint, & inibi manus porrexerint adjutrices quadraginta dies de injunctis eis penitentiis infraptorum dierum in Dño relaxamus, dummodo proprii Diècesani voluntas . . . . . . . . . & assensus. In quorum . . . . . . . . . . . . pleniorem presens privilegium scribi fecimus & sigilli nostri Pontificalis . . . . . . . . . muniri . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . auno Dñi millesimo trecentesimo sexagesimo primo Indictione xiiii. tempore Dñi Sñi in Xptõ Patris & Dñi Dñi Innocentii divina providentia PP. VI. die xxv. mensis Februarii.

## XC.

*Ejusdem Fr. Marci Episcopi comminatio censurarum aliarumque pœnarum contra quosdam Clericos incontinentes Montecchii.*

1366 FRater Marchus miseratione divina Dei, & Apostolice Sedis gratia Camerinensis Episcopus. In Christo nobis dilectis Universis, & singulis Clericis de Terra Monticuli, ejusque Territorii, & districtus nostre Camerinen. Diecesis in Minoribus Ordinibus constitutis salutem in Domino sempiternam. Petitio coram nobis nuper pro parte nobilium Virorum Potestatis Priorum Populi, Regiminum Consilii, & Communis Terræ Monticuli supradicte exposita continebat, quod quidam sint, ut potestatem secularem evitent, se procurant in Clericos tonsurari, & absunt privilegio clericali, non Ecclesias, sed tabernas frequentant, ludos exercent vetitos, & non cum bonis, onestis, sed cum Infamibus, & Malefactibus, student utplurimum conversare, secularibus negotiationibus potius, quam divinis officiis intendentes, & hujusmodi clericatus sumpta occasione nolunt subire realia onera dicte Terre in non modicum Cois, & hominum Terre Monticuli supradicte detrimentum. Verum cum frustra legis auxilium invocet, qui commisit in legem, & privilegium emittere, qui premissa sibi abutitur potestate, volentesque hujusmodi malitiis in quantum possumus obviare presentium tenorum, vos, & vestrum primo secundo, & ultimo, & perentorio monitionis edicto requirimus, monemus, & in Domno exortamur, Vobisque nihilominus, & cuilibet vestrum sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus, quatenus infra x. dierum spatium post notificationem presentium vobis factam per nostrum, & nostre Curie Nũptium, aut publicum preconem

nem dicte Terre, quem terminum pro omnibus, & perentoriis assignamus, a dictis enormitatibus destitutis, & abitum, & tonsuram vestris ordinibus congruentes juxta formam juris, & sinodalium Constitutionum nostri Camerinen. Episcopatus portare debeatis & in Ecclesiis dicte Terre, & ejus districtus curetis in d. Ordinibus circa celebrationem divinorum Officiorum ministrare, alioquin Vos, & vestrum quemlibet contrafacientes, dum Vos sic implicaveritis de vestris, & cujuslibet Vestrum facultatibus, statutis, & consuetudinibus dicte Terre Monticuli, ab officialibus Sancte Marie Ecclesie approbatis, ex nunc prout ex tunc dicta canonica monitione premissa volumus subjacere, & registratis presentibus ad cautelam, de quorum presentatione, seu notificatione facienda modo predicto, dabimus plenam fidem. Dat. Camerini in nostro Episcopali Palatio die penultima Mensis Martii quarta Indic. MCCCLXVI.

*Clerici contumaces & juxta sacros Canones puniti die 6. mensis Augusti ejusdem anni undecim fuerunt videlicet.*

Contutius Berti de Lornano.
Jo: Petri Francisci Bonamancia.
Manciarellus Montecchielli.
Antonius Lomi D. Roberti.
Jacobus Smedutji
Lutius Cicchi.
Joannes Ser Bartholomaei.
Colutius Blaxii.
Antonius Mutii Petrutii.
Joannes Ser Philippi Bicchini.
Filius Pranzoni Thomae Venutoli.

## XCI.

### *Ejusdem Fr. Marci Episcopi diploma favore Rectoris Ecclesiae S. Christophori de Montenerio in agro Cingulano.*

FRater Marchus miseratione Divina, & Apostolicæ Sedis, gratia Camerinen. Episcopus. In Christo Nobis dilecto Fratre Francisco Monacho Monasterii Sancti Mariani de Terra Sancti Severini rectori Ecclesiæ Sancti Christophori Heremitæ de Monte Nigro districtus Cinguli Camer. diæcesis salutem in Domino sempiternam. Petitio tua coram nobis exposita continebat quod dicta tua Ecclesia prout fide dignorum habetur assertio aliquali indiget reparatione propter quam re- 1370



pa-

paratlonem faciendam dictæ tuæ Ecclesiæ non suppetunt, ut asseris facultates mortuaria ex testamentis Parochianorum tuorum, & dictæ Ecclesiæ tam præsentibus quam futuris ad Nos, ET NOSTRUM EPISCOPATUM SPECTANTIA TIBI IN VITA TUA TANTUM CONCEDERE DIGNAREMUR. Nos vero tuis juxtis supplicationibus inclinati considerantes quod inter cætera opera pietatis illud censetur esse propriis Ecclesiis indigentibus pauperibus quam Religiosis subvenire subsidiis Communitatis, ejusque virtutum meritis, & honestate perspectis MORTUARIA SCILICET DICTA IN TESTAMENTIS TUORUM, ET DICTÆ TUÆ ECCLESIÆ PAROCHIANORUM CONTENTA IN VITA TUA TANTUM, ET QUANDIU DICTÆ TUÆ ECCLESIÆ RECTORE EXTITERIS RECIPIENDI, HABENDI, ET RETINENDI RATIONIBUS, STIPENDIIS LICENTIAM, ET FACULTATEM TIBI PLENAM CONCEDIMUS per presentes. Et de ipsis Parochianos prædictos quietandi, & absolvendi nostro nomine valeas, atque possis hoc tamen reservato quod tibi præsens per Nos concessio facta aliis nostris ........ quod tua Ecclesia, & Monasterium Vallis ......... es juribus, & jurisdictionibus, & successorum nostrorum nullum prejudicium generetur vel inducatur. In cujus rei testimonium has litteras scribi, & confici mandavimus per NUTIUM DOMINI JACOBI notarium nostrum, & nostræ Curiæ, & nostri sigilli Pontificalis quo utimur in prædictis appensione muniri sub anno Domini millesimo CCCLXX. indictione octava tempore URBANI PAPE QUINTI die xxv. . . . . . . . . . . . Junii.

## XCII.

### *Diploma Fr. Marci Episcopi favore singularum Ecclesiarum, & utriusque sexus incarceratorum Fabriani.*

1372 IN Dei nomine Amen. Anno Dñi MCCCLXXII. Indict. nona . . . . . . . . . . . in sala nova majoris Domus Cam. Epãtus posita . . . . . . . . . . . Epãtus presentibus sapienti Viro Nicholao quondam pñy de Saxoferrato . . . . . . . . . . . Testibus de hiis vocatis & rogatis. Cum Domina Thola filia quondam . . . . . . . . fuit voluerit & mandaverit dicta testatrix Laurentio Mathei . . . . . . . . . . . . . gula relicta & legata ad pias causas per eam . . . . . . . . . . mortis ipsius testatrices. Et voluerit, & mandaverit . . . . . . . . . . . pias causas omnes ut supra dicitur per eam facta non satisfecerit . . . . . . . . . . . . . . & bona si contingeret ipsum Laurentium esse privatum hered. . . . . . . . . . . . . cisci de Fabriano equis portionibus pro operibus ipsarum Ecclesiarum . . . . . . . . . . . . . . *Marchus* mi-

miseratione Divina & Apostolice Sedis gratia Camerinensis Epus . . . . . . . . . . . . . . Diocesis Camerinensis volens prout ad ipsius spectat officium dilig . . . . . . . . . . . Thole testatricis executioni debite demandetur, & demum . . . . . . . . . . Tholam facta, & in dicto testamento contenta sint per dictum Laurentium ut supra dicitur he . . . . . . . . . . . statricis, & prout in dicto testamento continetur an ne ad istantiam & petition. . . . . . . . . . . cando aliquem procuratorem suum presentis & petentis commisit imposuit . . . . . . . . . cum a dicto Laurentio quo supra nomine pro parte ipsius fuerit requisitus d. . . . . . . . . . & singulas Ecclesias sitas intra muros terre Fabriani predicte & extra . . . . . . . . . ceratas qui nunc sunt, & fuerunt extra muros dicte terre Fabriani uf. . . . . . . secundum formam & tenorem dicti testamenti requiruntur, inquirat, & invest. . . . . . . mandentur. Qua quidem investigatione seu perquisitione facta . . . . . . . . . . . . qui sunt carcerati, & carcerate qui nunc sunt & fuerunt a dicto . . . . . . . . . . . Laurentii quo supra nomine pro sui parte committeret cuicumque preconi Comis Fabr. . . . . . . . . mane quod omnes & singuli rectores Ecclesiarum, & singuli carcerati & C. . . . . . . . . . . . pere vigore & forma testamenti dicte Dñe Thole certo termino per e. . . . . . . . . . res vel ipsorum alteri deberetur ex forma testamenti predicti & per dictam . . . . . . . .

Item predictis anno Indictione & tempore ac loco die x. mensis Februarii p. . . . . . . . . Deotesalve Bonaventhure de Fabriano, & Matheutio Teodinutii . . . . . . . Dopnus Raynaldus presente & intelligente dicto Laurentio herede predicto . . . . . . . . . Episcopum Retulit dicto Dño Episcopo Camerinensi & michi notario se fecisse diligen. . . . . . . . . extra & prope terram Fabriani usque ad unum miliare & de omnibus & singul. . . . . . . . . . . & invenisse in terra Fabriani infrascriptas Ecclesias & non plures . . . . .

Ecclesiam S. Benedicti.
Ecclesiam S. Jacobi.
Ecclesiam S. Locie novelle.
Ecclesiam S. Locie veteris.
Ecclesiam S. Johannis in trivio Carvarie.
Ecclesiam S. Georgii.
Ecclesiam S. Claudii.
Ecclesiam S. Francisci.
Ecclesiam S. Blaxii.
Ecclesiam S. Romualdi.
Ecclesiam S. Marie Nove.
Ecclesiam S. Marie de Castro . . . .
Ecclesiam seu Cappellam hos . . . . . sitam in ponte Mercati & non invenisse alias Ecclesias in dicta terra. Item retulit invenisse infrascriptas...

Ecclesiam Monasterii S. Margarite.
Ecclesiam S. Marie de Civita.
Ecclesiam S. Spiritus.
Ecclesiam S. Laurentii.
Ecclesiam S. Marie Vallis Stixe.
Ecclesiam S. Marie Madalene.
Ecclesiam Monasterii S. Andree.
Ecclesiam Monasterii S. Bartholi.
Ecclesiam S. Angeli de Colle Paganelli.
Ecclesiam S. Petri.
Ecclesiam Monasterii S. Angnetis.
Ecclesiam Monasterii S. Pauli.
Ecclesiam S. Marie Annuntiate.
Ecclesiam S. Sebastiani.
Ecclesiam Monasterii S. Luce de per .....
Ecclesiam S. Martini de Buran.....
Ecclesiam S. Savini de dicto loco.
Ecclesiam Monasterii S. Salvatoris.
Ecclesiam Sancti Antonii.
Ecclesiam Monasterii S. Agathe.
Ecclesiam S. Marie in Campo.

Omnes de districtu dicte terre Fabriani. Item retulit infrascriptos Carcerato ........... in carcere Sororis Marine in Contrata de Cavatis Sororem Marinam ....... Sororem Johannam Bartholntii. Sororem Nicolutiam Nutii ..... Item incarcerate olim Rigutii farratonis in Contrata de Cavatis Sor......... gratie. Sororem Jacobam Salimbeni & Sororem Justinam Manfredi ........ Sororem Catarinam Angelutii & Sororem Claram Vivani ........ Joannam Vagnarelli. Sororem Margaritam Venantii & Sororem Luciam ....... ante Ecclesiam S. Anthonii. Sororem Lociam Cichi Magistri ............ Item in Ecclesia S. Marie Annuntiate que est filiorum Anselmi Fratrem Martinum ............ thonii existentem Sororem Alenam Johannis. Item Incarcerate fraternitatis ......... Item incarcerate olim Dñe fa-ctamare Sororem phylippam Tinti & ........ thutii Sororem Butam predictam Sororem Lociam Cichi Nicholutiam Jacobi Sororem Julianam butii Sororem Catalinam ....... Sororem Solomeam quondam petri. Sororem Angnem Joannis. Sororem ........ Cichi. Sororem Paulam francisci. Sororem Angelutiam Jacobi. So...... Angelellam francisci. Sororem Martam Andree, & Sororem Vivana ...... unam de Carceratis dicti Carceris videlicet Sororem Benedictam Johannis. Item .....:.. thonium herculani. Fratrem Draonem Bonaventure & Fratrem Erancifcum...... inte. Sororem Thomassutiam bramantis. Item incarcerate existentes juxta hospy.......... Naxtasiam Mathey. Et

Et fuisse in dicto carcere ab uno anno citra mortua quat. ....... Item in carcere Sororis tente infrascripte juxta rem Venantii Andree Sororem ... ....... Sororis Margarite jance seu Margarutie jacentis ante Monasterium S. Marie Virginum ....... Johannis, & Sororem Lociam. Item in hospitali filiorum Anselmi fratrem ....... rani Dñi Francisci existentem prope cellam S. Petri, Fratrem Martinum ....... super a dicto Dño Episcopo habuit in mandatis, & non invenisse aliquas alias ...... suprascriptas.

Et ego Nutius Dñi Jacobi de Camerino publicus imperiali ....... Curie predictis omnibus & singulis rogatus interfui scripsi .....

# XCIII.

## *Giojosi Episcopi iterum Camerinensis apocha remissionis* LX. *lib. denar. favore Gratiosi fil. Monaldutii de Fabriano.*

IN Nomine Dñi. Amen. Anno ejusdem MCCCLXXIIII. Indict. XII. tempore SS. Patris & Dñi, D. Gregorii divina providentia Pp. XI. die XVII. mens. Septembr. Actum Fabriani in domibus Ecclesiæ S. Venantii de Fabr. in Solario dd. domorum juxta logiam ipsarum domorum presentibus Dõpno Nutio Antonii, Dõpno Toma Tomassii, & Frẽ Nofrio Francisci de Fabr. testibus ad hec adhibitis & vocatis Reverendus in Xpõ Pater & Dñus, *Dñus Giojosus Dñi Casalette de Fabr.* ibidem fecit finem quietationem & remissionem perpetuis temporibus valituram Gratioso filio olim Munaldutii . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . de sexaginta libr. denariorum, quas *dictus D. Giojosus* habere & recipere tenebatur a dd. filiis & hrĩbus Munaldutii heredis dicti frĩs Tomassutii . . . . . . . . . . . . & petere poterat vigore relicti eidem facti per d. quondam Vannem dicto *Dño Giojoso olim Priori Eccl. suprad.* in suo testamento scripto manu Genteluttii Petri de Fabr. Notarii his verbis, videlicet. Item dixit & asseruit, quod Aldrebandus Pater dicti Vannis reliquit dicto Vanni in suo testamento centum libras, ut in dicto testamento continetur, & ideo dictus Vannes de dd. centum libris reliquit dari *Dño Giojoso Priori Sancti Venantii, non ut Priori, sed ut sibi* sexaginta libras, quas ipse Dñs Prior det & solvat illi vel illis, quos, vel quem habuerit in conscientia a dicto Vanne dicente sibi verbo tenus, vel dici fecerit. Et predicta fecit *dictus Dñus Giojosus* pro eo quia fuit confessus & contentus habuisse & recepisse, sibique datas solutas & numeratas esse de bonis quondam d. Vannis sexaginta lib. denariorum a d. Munaldutio, & ipsas dedisse & solvisse illis quos habuit in conscĩa a dicto Vanne. Et insuper prefatus *Lñs Giojosus tamquam Episcopus Camerinen.* fecit quietationem

nem & absolutionem dicto Gratioso ut supra stipulati de dictis sexaginta libris, ratificans & adprobans. . . . . . . . . . . . . renuncians exceptioni dictus *Dñs Giojosus proprio nõie, & ut Epũs* non facte dicte quietationis &c. . . . . . . . . . . . . . Et ptãm quietationem & õia suprã dictus *Dñs Giojosus proprio nomine & tamquam Epũs* rata & firma perpetuo habere & tenere promisit &c. . . . . . . . . . . . .

Et ego Deutesalvi Bonaventure ✠ de Fabriano Imperiali auct. Not. ptĩs õibus interfui, & rog. scribere scripsi & pub. &c.

# XCIV.

## *Urbani VI. Apostolicae litterae pro absolvendis a censuris hominibus, & Communibus San-Severini, Pyri, Stapbili &c.*

1379 URbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Sancti Apollinaris de Morellis, & Sancti Laurentii de Sancto Severino, ac Priori Sancti Severini Æxinæ, & Camerinen. Diecef. salutem, & Apostolicam benedictionem. Sedes Apostollica pia Mater recurrentibus ad eam cum humilitate Filiis, post excessum, libenter se gratiosam exhibet, ac etiam liberalem. Cum itaque Universitates, & singulares Personæ Terre *Sancti Severini*, nec non *Piri*, *Staffoli*, *Domi Castellette*, *Retorsii*, *Ficani*, & *Montis Acuti* Castrorum, & ipsorum Districtuum, & Territoriorum Camerinen. Diecef., qui dudum se ab obedientia, & subjectione Romane Ecclesie temere subtraxerunt, & eidem Ecclesie Rebelles fuerunt, nuper ad cor redeuntes, & suos recognoscentes errores, ad nostram, & dicte Ecclesie fidelitatem, devotionem, & obedientiam sint reversi, nos attendentes, quod nonnulle ex predictis singularibus Personis de Terra, & Castris predictis, sive eorum Territorio, & districtibus propter subtractionem, & rebellionem hujusmodi, & quia ejusdem Ecclesiæ Hostibus, & Persecutoribus adheserunt, ipsosque receptaverunt, & invadentibus Terras dicte Ecclesie prebuerunt auxilium, consilium, & favorem, & etiam communicando cum eisdem Hostibus in crimine, & extra crimen contra tenorem Processuum per felicis recordationis Gregorium PP. XI. Predecessorem nostrum editorum temerè faciendo, & etiam per multa alia gravia crimina, & excessus per Universitates, & singulares Personas predictas commissa, & perpetrata diversas excommunicationis sententias, & alias pœnas jam per dictos, & alios Processus Apostollicos contra Rebelles hujusmodi dudum factos, quam etiam alias a jure, vel ab homine latas, & inflictas, incurrerunt, ac volentes more benigni, & Pii Pa-

Patris Animarum saluti Personarum predictarum misericorditer providere, discretioni vestræ, & cuilibet vestrum absolvendi hac vice dumtaxat omnes, & singulas Personas, etiam Ecclesiasticas de Terra, & Castris predictis, & eorum districtibus, seu Territoriis, & habitantibus in illis utriusque sexus, quæ occasione premissorum excessuum sententias, seu pænas hujusmodi incurrerunt, ab hujusmodi sententiis, & pænis, si hoc humiliter petierint, in forma Ecclesiæ consueta; nec non dispensandi cum illis ex dictis Personis Ecclesiasticis, quæ sic ligatæ, vel etiam in presentia excommunicatorum, non tam in contemptum Clavium divina ufficia celebrando, vel immiscendo se illis, irregularitatis maculam forsitan contraxerunt, eis tam prius a suorum ordinum executione suspensis ad tempus, de quo vobis videbitur, ac injunctis Personis eisdem, & eorum cuilibet sub virtute Juramenti per eos prestandi, quod similia de cetero non committant, nec committentibus dabunt auxilium, vel favorem, & quod nostris, & Ecclesiæ Mandatis parebunt, & pro modo culpæ pænitentia salutari, & aliis quæ de jure fuerint injungenda, plenam, & liberam tenore presentium concedimus facultatem. Vobis nihilominus districtius inhibentes, ne ratione beneficii absolutionis hujusmodi a quibuscumque Personis predictis, quæ occasione premissorum venerint absolvendæ, aliquid exigere, vel etiam gratis oblatum recipere quomodolibet presumatis: Contrarium verò facientes eo ipso sint excommunicationis sententia irretiti, & ab officio, seu administrationibus quibuscunque suspensi, & nihilominus ad hujusmodi indebitè perceptorum restitutionem integram teneantur. Volumus autem quod si Personæ predictæ, quæ vigore presentium absolventur, vel aliquæ ex eis ullo unquam tempore, quod absit, ab obedientia nostra, & Romanæ Ecclesiæ se subtraxerint, vel nobis, aut eidem Ecclesiæ deinceps rebelles fuerint, hujusmodi Personæ se subtrahentes, seu Rebelles in prædictas pænas, & sententias reincidant ipso facto. Datum Romæ apud Sanctam Mariam in Transtiberim XII. Kalen. Martii Pontificatus nostri Anno Primo.

IN Dei nomine Amen. Anno D. MCCCLXXIX. Indict. II. tempore D. Urbani PP. VI. die III. mensis Maji. Actum Tholentini in domibus . . . . . . plebis S. Marie de Tholentino juxta res dicte plebis undique &c. presentibus Ven. Viris Dopno Jacobo Isprantiis de Camerino, plebano d. plebis S. Marie de Tholentino testibus ad hec vocatis & rogatis. Universis & singulis personis infrascriptum publicum instrumentum inspectoris pateat manifeste quod constitutus personaliter coram Rev. in Xptõ Patre & D. D. Benedicto decretorum doctore miseratione divina & Apostolice Sedis Camerinensi Episcopo Dopnus Petrus Corradutii plebanus plebis SS. Andree & Jacobi de Tholentino Camerinen. Diecesis presentibus volentibus petentibus & consentientibus 1379

tibus Dopno Petro Antolini Dopno Catervo Mattiutii dicte plebis Canonicis de Tholentino ..... & pro se ipsis & eorum imposterum successoribus nomine & vice dicte plebis, & Canonicorum ipsius & pro commodo & evidenti utilitate ipsius plebis dixit & ....... narravit & supplicavit coram eo, quod cum in dicta plebe SS. Andree, & Jacobi sint ad presens unicus Plebanus, & quatuor Canonici scilicet prefati Dopnus Petrus & D. Catervus presbyteri & Dopnus Henrigus Ser Dionisii de Camerino & Cola Joannis de Varano clerici &c. quod unus plebanus, & quatuor Canonici solus ipse Plebanus cum fructibus redditibus & provenientibus propter occurrentes expensas ipse principalis substentari non potest, fuerintque antiquitus in dicta plebe numerus Canonicorum scilicet binarius & unus Plebanus, qui numerus propter antiquitatem non reperitur & fructus ipsius plebis continue extenuatur, unanimiter & concorditer prefati Plebanus & Dopnus Petrus & Dopnus Catervus Canonici antedicti inter se deliberati sunt pro statu dicte plebis quod deinceps in futurum post mortem presentium Canonicorum sit numerus binarius prout jam solitus erat esse & quod dicti duo Canonici sint & esse debeant Sacerdotes, & in sacerdotalibus ordinibus constituti qui teneantur & debeant continuam residentiam facere in Ecclesia S. Jacobi de Tholentino, & dicte plebis continua & ibidem divina officia celebrare confessiones & alia ecclesiastica sacramenta parochianis dicte plebis, & aliis quibuscumque volentibus ab eis recipere possunt & valeant ministrare, & quod Plebanus presens & successores in perpetuum nec aliquis dictorum Canonicorum debeat aliquid contrafacere contra presentem Constitutionem & ordinamentum factum per ipsos sed jurare contra ipsam Constitutionem non venire & quod creatio positio seu nominatio que fiat per dominum Episcopum per se vel alios & successores ultra dictum numerum binarium non valeat nec teneat ipso jure ac si non facta esset & quod Plebanus nec Canonici teneantur aliquem Canonicum recipere ultra dictum numerum contra presentem Constitutionem: idem D. Episcopus auctoritate ordinaria in predictis dignaretur prestare, & interponere suam auctoritatem ac etiam dictam Constitutionem & omnia in ipsa contenta ratificare & approbare omni meliori modo &c. Qui quidem Dñus Benedictus Camerinensis Episcopus visis &c. auditis &c. ratificavit emologavit & approbavit & super ipso auctoritatem suam interposuit & decretum volens & mandans dictus D. Episcopus dictis Plebano & Canonicis presentibus, quod deinceps nullum alium Canonicum recipiant nec contra presentem Constitutionem quomodolibet contrafaciant sub pena privationis beneficii ........... & predicta fecit dictus D.......... omni modo via forma & causa quibus melius potuit &c.

Et ego Thomas quondam Ser Petri de Camerino publ. imperiali auctoritate Notar. & nunc Notar. & Officialis prefati D. Episcopi pre-

predictis omnibus . . . . . . . . . . . . . . . rogatus fcribere fcripfi & pubblicavi.

# XCV.

## *Diploma Benedicti Epifcopi ad fingulos Catholicos Epifcopos cum facultate inaugurandi Ecclefias S. Francifci, & S. Salvatoris Pyri.*

REverendis in Xptõ Patribus Dominis Coepifcopis fingulis dumtaxat Catholicis, & fub obedientia Sacrofancte Romane Ecclefie Conftitutis ad quos, vel ad quem prefentes pervenerint. Benedictus Decretorum Doctor miferatione Divina, & Apoftolicæ Sedis gratia Camerinen. Epũs falutem, & finceram in Domino Caritatem. Petitio coram nobis per Religiofum Virum fratrem Ufredntium de Caftro Piri ordinis fratrum Minorum vice & nomine fratrum Capituli & Conventus loci dicti Caftri fratrum dicti Ordinis, & honorandi Viri Dopni Nicole Rectoris & Cappellani Ecclefie Sancti Salvatoris de Caftellare fcite extra & prope portam Caftri Piri predicti expofita continebat: quod cum dicti Fratres, & Dopnus Nicolaus intendant & velint ad laudem & reverentiam Omnipotentis Dei Beate Marie Virginis ejus Matris, Beati Francifci Confexoris, & Sancti Salvatoris, quorum vocabulo dicte Ecclefie funt fundate ipfas Ecclefias Sanctorum Francifci & Salvatoris facere confecrari, dignaremur auctoritate ordinaria hujufmodi confecrationem predictarum Ecclefiarum convocatis ex his in fufficienti numero, prout convenit fecundum Canonicas fanctiones facere: Nos vero aliis Epifcopalibus negotiis occupati adeo quod ad dictam confecrationem dictarum Ecclefiarum perfonaliter ad prefens intereffe non poffimus, de veftra, & cujuslibet veftrum veneranda fcientia fufficientia atque fide pleniffimam in Domino fiduciam obtinentes fperantes indubia quod ea que vobis feu alteri veftrum committimus fapientiffime, & fufficientiffime exequamini: Prefentium tenore vobis plene committimus quatenus vos qui pro parte dictorum Fratrum, & Dopni Nicholai fueritis humiliter requifiti in fufficienti numero prout . . . . jure requiritur, ad fupradictas Ecclefias SS. Salvatoris, & Francifci perfonaliter accedere dignemini, & eafdem Ecclefias cum debitis offitiis atque modis confecrare placeat, & velitis juxta formam Ecclefie confuetam. Que quidem omnia faciendi ut . . . . . . . . . . & ab eifdem demergentia auctoritate ordinaria per prefentes plenam, & liberam concedimus facultatem omni jure, via modo, & caufa, quibus melius de jure poffumus & debemus. In cujus rei teftimonium prefentes literas fieri fecimus, & noftri Pontificalis Sigilli appenfione muniri. 1381

Sub anno Dom̃i millesimo CCCLXXXI. Indict. quinta. Tempore Dñi Urbani PP. VI. die XIII. mensis Maji.
Nutius Dñi Jacobi Not. de Curia ss.

## XCVI.

*Ejusdem Benedicti Episcopi diploma favore quarundam religiosarum pro aedificando oratorio juncto illarum domui S. Severini.*

1384 Benedictus Decretorum doctor miseratione divina, & apostolicæ sedis gratia Camerinensis Episcopus. In Christo nobis dilectis universis, & singulis Christi fidelibus, ad quos, vel ad quem presentes pervenerit salutem sempiternam. Noverint universi presens privilegium inspecturi quod nuper pro parte religiosarum pauperum *Mite de Tolentino, & Pausine de Sancto Severino* nostre Camerinen. diecesis pauperum Christi in dicta Terra Sancti Severini commorantium fuit coram nobis humiliter, & reverenter expositum quod cum ipse in servitium, & hospitium pauperum Christi habeant quamdam Domum positam in Terra Sancti Severini prædicta inter Vicatellam Joannis Botti Antonium Angeli Agnelutium Abbinantis & viam a duobus latis, & aliis latis in qua domo ipse Mita & Paulina ad laudem, & reverentiam Omnipotentis Dei Beatæ Mariæ semper Virginis & Matris, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & totius Regni celestis pro remissione peccatorum earum, & earum parentum, & cujuslibet earum. Intendant, & velint quoddam horatorium construere, & edificare sub vocabulo *Beatæ Agnetis, & beate Elisabet*. Et in ipso Oratorio Missas, & alia divina officia tam diurna, quam nocturna facere celebrari, & in eadem Domo, seu horatorio altare erigere, & ..... altari Viatico sic erecto ad quod misse, & alia divina officia celebrentur, & canpanellam intus horatorium predictum apponere, & apponi facere dignaremur; auctoritate ordinaria in predictis licentiam auctoritatem, & potestatem plenariam concedere nostrum quam auctoritate ordinaria prestare assensum pariter, & consensum Nos vero considerantes quod bone rei dare consilium habetur vitæ subsidium, & æternæ retributionis meritum dignoscitur expectare; Et ex debito nobis commissi pastoralis officii tenemur in quantum possumus divinum cultum augere, & justa, & honesta petentibus non est denegandus assensus predictis ut predicte sic dispositis ad tam hujusmodi pium opus faciendum prestare auxilium, consilium, & favorem dictum horatorium in dicta domo sub dicto vocabulo hedificandi, & edificari faciendi. Et ibidem canpanellam ponendi in ipsoque horatorio altare erigen-

gendi seu erigi faciendi, & ibi missas, & alia divina officia tam diurna quam nocturna celebrari licentiam, auctoritatem, & potestatem plenariam concedimus per presentes auctoritate ordinaria supradicta. Et ut supradictum oratorium a Christifidelibus veneretur Universis, & singulis Christifidelibus vere penitentibus, & confessis qui ad dictum horatorium in festo Nativitatis Dñi nostri Jesu Christi, & in festis Pasqualibus totius anni in festivitatibus Beatæ Virginis Mariæ, & in festivitatibus Apostolorum, & Evangelistarum, & in aliis quibusque festivitatibus, & diebus causa devotionis accesserint, & in festivitatibus Beate Agnetis, & Elisabet ibidem manus porrexerint adjutrices ac etiam vobis, & aliis pauperibus in dicto horatorio nunc commorantibus & commoraturis elemosinas dederint de omnipotentis Dei misericordia Beatæ Mariæ semper Virginis, ac beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Venantii Martiris, & Ansovini Confessoris sub quorum patrocinio nostra defendatur Ecclesia, & Beatarum Agnetis & Elisabet sub quorum vocabulo dictum horatorium est fundatum meritis, & intercessione confisi quadraginta dies de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relapsamus, salvo semper & reservato media libra candelarum ceræ solvendo nobis & nostris imposterum successoribus annuatim in die festivitatis Beatæ Agnetis predictæ. In cujus rei testimonium presentes litteras, & presens publicum privilegium fieri firmum, & manu Thomæ S. Petri actuarium nostri Notarii scribi, & nostri pontificalis sigilli appensione muniri. Datum Camerini in nostro Episcopali Palatio anno Domini millesimo trecentesimo optuagesimo quarto indictione octava tempore Sanctissimi in Christo patris Dñi nostri Domini Urbani divina providentia Pape sexti die tertia mensis Januarii: Thomas magistri Petri de Camerino notarius curie, & Dñi Episcopi de mandato ipsius scripsi.

## XCVII.

### *Absolutio reportata a Pyranis a variis excessibus a Card. Andrea Vicario Generali in Marchia Anconitana.*

ANdreas miseratione divina tt. SS. Marcellini, & Petri præsbyter Cardinalis &c. Vicarius Anconitanæ Marchiæ Generalis. Dilectis 1388
in X ptō universitati, & communi, & hominibus Castri Pyri salutem in Dño. Benignos decet gubernatores illos gratiis, & favoribus honorare qui deviis fugatis erroribus ad veram justitiæ & fidelitatis semitam revertuntur. Cum itaque nobis humili narratione exposueritis, quod in vera fidelitare, & sincera obedientia pronsiores erga statum,

 & ho-

& honorem supradictorum Dñi nostri, & Ecclesie &c. ideo vestris supplicationibus annuentes &c. tenore presentium auctoritate qua fungimur, absolvimus &c. ac etiam vos & vestrum quemlibet absolvimus omnibus & singulis condemnationibus, & bannis contra vos, seu vestrum aliquem latis per officiales Sancte Matris Ecclesiæ &c. insuper cum sicut narrastis solveritis annatim censum, & affictum, & tallias, & alias positiones *nobilibus de Sancto Severino toto tempore quo sub eorum dominio permansistis*, & sic coacti potius, quam voluntarii solutiones, quas debebatis camere non solvistis. Ideo vos ab omnibus solutionibus &c. per vos debitis eidem Camere tempore retro acto eadem auctoritate absolvimus, & liberamus &c. Vos insuper, & vestrum quemlibet per eundem tenorem restituimus, & in integrum reponimus ad famam honores, gratias, immunitates, privilegium beneficia & bona quelibet, quibus privati effetis, vel privari deberetis predictorum maleficiorum, & excessuum causa, vel pretextu. Item validamus omnes contractus &c. Vobis etiam concedimus, ut ad regimen, & ad gubernationem dicti Castri &c. Vos etiam liberamus, & absolvimus ab omni pena, banno, atque infamia, quas, vel qnod incurristis ob quamdam promissionem per vestrum Commune factam nobilibus de Sancto Severino de non dando alicui ipsorum aliquam preminentiam, atque donationem in dicto Castro, hujusmodi vero privilegia gratias, & beneficia tamdiu volumus in sui roboris perficacia perdurare, quamdiu in vera fidelitate, & obedientia prefatorum Domini nostri, & Ecclesie sinceris animis consisteritis &c. (1) Datum Auximi die 5. Mensis Jannari XI. Indictione sub anno MCCCLXXXVIII. Pontificatus ejusdem SS. D. N. Urbani div. prov. Pape sexti anno decimo.

*Nu-*

(1) Aliat etiam absolutiones Commune Pyri reportavit x. 11, & hoc ipso XIV. seculo, quæ in Tabulario priorali servaotur, ibique perlegi. Inter hae memoranda est illa reportata anno 1356. tempore, quo Card. Egidius Alburnotius terras administrabat S. R. E. subjectas, die penultima mensis Octobris sub Innocentio VI. a Ser Bastiano Banzii de Bononia Vicethesaurario, & Locumtenente Rev. Vico D. Camillo de Bononia generali thesaurario; In ea Commune Pyri inter alioe excessus absolvitur, quia Pyrani *occupaverant terram Auximi; quia ordinaverunt occupare Civitatem Macerate. Item quia ordinaverunt occupare, & occupaverunt Cassarum Auximi. Item de occupatione Castri S. Marie in Cassiano &c.* & pro absolutione solveront 388. *florenos ducat. auri boni & justi ponderis:* per acta Venantii Jacobi de Monte S. Mariæ in Cassiano Civitatis Maceratæ publ. imperiali auct. not. & Bartholomæi Tani de Fagnano Imolen. Dioecesie publ. imper. auct. not.

# XCVIII.

## *Nutius Episcopus constituit Sanseverini suum Vicarium Priorem Ecclesiae S. Severini.*

NUTIUS DEI & Apostolicæ Sedis gratia Camerinen. Episcopus Viris nobilibus & prudentibus in Christo nobis dilectis universitati hominibus, & communi Terræ Sancti Severini, & ejus districtus nostrae Camerinensis Diœcesis salutem in Domino sempiternam. Petitio pro verstra parte nobis nuper exhibita continebat, quod ex causis in ipsa petitione in scriptis dignaremur ad exhonerationem vestram, itaut pro omnibus occurrentibus minimis, non cogamini personaliter veniendo ad nostram curiam laborare, constituere in Terra & districtu prædicto unicum Vicarium nostrum, videlicet vel PRIOREM ECCLESIAE SANCTISEVERINI, canonice, ABBATEM MONASTERII SANCTI LAURENTII, AUT PLEBANUM ECCLESIÆ PLEBIS SANCTORUM BENEDICTI, ET CLEMENTIS DE TERRA PRÆDICTA pro tempore existentes, quem magis reperiremus ydoneum ad ea, quæ in petitione hujusmodi continentur, itaut constituto ex prædictis cedente, vel decedente, alter ex eis magis idoneus resumat hujusmodi vicariatus officium, quod modo prædicto perpetuari petitis in personas hujusmodi Prelatorum. Nos verò pensatis causis supradictis vestris supplicationibus quantum possumus benigniter inclinati, virum venerabilem Dominum DOMINICUM PRIOREM CANONICÆ SUPRADICTÆ dilectum in Christo nobis Vicarium nostrum constituimus, ac etiam deputavimus cum limitatione mandati, & cum conditionibus premissorum obligatorum, exclusionibus, reservationibus, declarationibus; ac modis infrascriptis in litteris patentibus idest confectis hac die vicessima præsentis mensis Novembris sexta Indictione millesimo trecentesimo nonagesimo octavo per Paulum de Dignano notarium, & curiæ nostræ notarium Publicum, & scribam. Quæ quidem omnia præsentibus roborantes, & vestris justis votis quantum possumus annuere cupientes. Harum serie declaramus, & volumus præfato PRIORI VICARIO NOSTRO cedenti, vel decedenti succedere in prædicto vicariatus officio alterum præfatorum Prelatorum magis repertum idoneum, sic demum altero eorum alteri, in perpetuum successuro, quem ex nunc casu cessioni, vel decessionis hujusmodi veniente vicarium nostrum facimus, constituimus, ac etiam deputamus ad omnia, & singula, quæ cum limitationibus, & modificationibus in præfatis litteris subscriptis plenius continentur Nos ad illa omnia, & singula ad personas prefatorum sic succedentium modo simili astringentes. In cujus rei testimonium &c. Datum CAMERINI die vigesima mensis Novembris millesimo trecentesimo nonagesimo octavo indictione sexta tempore SS.mi PATRIS, ET D.D. BONIFACII NONI. 1398

In-

# XCIX.

## *Instrumentum permutationis quorumdam bonorum spectantium ad Archidiaconum Camerini, & Monachos Montis Oliveti de Fabriano.*

1404 IN nomine Domini Amen. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo quarto Indic. VII. tempore SS. Patris, & Dñi Dñi Innocentii Divina Providentia Pape VII. die Veneris decimanona Mensis Decembris. Actum in Civitate Camerini in Palatio Camerin. Epatūs residentie Dñi Episcopi Camerinen. posite in dicta Civitate in Contrata Medii juxta stratam Arenghi comunis dicte Civitatis viam communis Heredes Vannis Leopardi & alios fines presentibus honestis Viris Dño Gentile Paciarelli & Dño Marino Branche de dicta Civitate Testibus ad infrascripta vocatis, & rogatis. Venerabilis Vir Dñs Corradus Angelutii de dicta Civitate Archidiaconus Ecclesie Sancte Marie Majoris & Catredalis de dicta Civitate commisit, imposuit & mandavit Mariano Antoni de dicta Civitate .... Nuntio jurato dicti Dñi Archidiaconi presenti & intelligenti quatenus vadat citet & requirat omnes Canonicos dicte Majoris, & Catredalis Ecclesiæ personaliter, vel ad Cameras dicte Ecclesie eis deputatas, & eis vel ad dictas Cameras precipiat quatenus cras hora tertiarum compareant personaliter coram eo in Sacristia dicte Majoris & Catredalis Ecclesiæ ad assistendum Capitulo fiendo in dicta Sacristia super certis negotiis dicte Ecclesie & prebende sive beneficii prefati Dñi Archidiaconi concernentibus utilitatem prefate Ecclesie ac dicte prebende sive beneficii alias super predictis procederetur ut juris fuerit.

Eadem die loco & testibus supradictus Marianus Nuntius iens, & rediens retulit dicto Dño Archidiacono, & michi Notario infrascripto se citasse & requisisse omnes Canonicos dicte Ecclesie ad Cameras eis depntatas dicte Ecclesiæ, & ibidem precepisse & dixisse prout supra ab ipso Dño Archidiacono habuit in Mandatis. (1)

Di-

(1) Opportunum mihi visum fuit hoc loco inserere nomina Archidiaconorum Camerinensis Ecclesiae in nostris aliisque schedis reperta, ut ea Chronologico ordine disposita Lector habeat. *Adelardus* 944 = *Adelolfus* 1061 = *Ugo* 1094 = 1119. Electus Episcopus = *Rainus* 1195. *Rainaldus Ponti* postea Episcopus 1213 = *Offredutius* 1227 = *Rambottus* 1272 = *Berardus* 1290 = *Vitalis Brost* Vicarius Generalis Marchiæ 1310 = Vacat Archidiaconus 1347. ob litem exortam. Videndus *Lilius* pag. 88. part.... = *Murins* 1349 = *Corradus Angelutii* 1404 = *Radulphus Joannis Gentilis* 1429 = *Bastianus Ser Mariani* 1461 = *Joannes Battista Zucconi* 1520. circ. Erat hic Archidiaconus Camerinen. Canonicus Ecclesiae Colle-

Dictis anno Indic. & tempore die Sabbati xx. dicti Mensis Decembris hora tertiarum. In Civitate Camerini in Sacristia Ecclesie Catredalis Sancte Marie Majoris de dicta Civitate presentibus honestis Viris Dño Petro Made & Dño Venantio Bñdi, & Dño Petro Magistri Paoli de dicta Civitate testibus ad infrascripta vocatis & rogatis. Convocato, & congregato Capitulo Canonicorum dicte Catredalis & Majoris Ecclesie Sancte Marie in dicta Sacristia in qua consuevit Capitulum ipsius Ecclesie congregari ad sonum Campanelle, de mandato Venerabilis Viri Corradi Angelutii de dicta Civitate Archidiaconi & Rectoris prefate Ecclesie ad requisitionem Nuntii ipsius Dñi Archidiaconi ut moris est. In quo Capitulo interfuerunt ipse Dñus Archidiaconus, & Venerabiles Viri Canonici dicte Ecclesie infrascripti videlicet Dñus Franciscus Pandolfi decretorum doctor, & Dñus Franciscus Vannis & Dñus Venantius Petrutii, & Dñus Johannes Cole & Dñus Linus Alberti, & Dñus Pierodolfus Vigorosi & Dñus Antonius Serdindi & Dñus Gentilis quondam Andree & Dñus Ciutius Ser Vannis & Dñus Jacobus Angelelli de dicta Civitate & Dñus Petrus de Aria. Qui representat totum Capitulum Canonicorum dicte Majoris Catredalis Ecclesie ut asserebant. Non revocando aliquem Sindicum & procuratorem dicte Ecclesie & ipsorum. Asserentes super infrascriptis semel & pluries colloquium & tractatum habuisse & firmasse quod infrascripta unio & etiam permutatio fiant pro commodo & utilitate ipsius Ecclesie. Ipse Dñus Archidiaconus cum consensu presentie & voluntate dictorum Canonicorum & Capituli, & ipsi Canonici & Capitulum cum presentia consensu & auctoritate supradicti Dñi Archidiaconi inter se vicissim autorantes communiter & concorde fecerunt & constituerunt & ordinaverunt omni modo jure & forma melius valituris eorum & dicte Catredalis & Majoris Ecclesie verum & legitimum Sindicum & Procuratorem actorem factorem & Nuncium specialem venerabilem Virum Dñum Gentilem Paccarelli de dicta Civitate Cappellanum dicte Majoris & Catredalis Ecclesie ibidem presentem & mandatum in se sponte recipientem. Specialiter ad supplicandum Reverendo in Xptõ Patri & Dño Dño Nutio Dei & Apostolice Sedis gratia Camerinen. Episcopo & petendum quod dignetur & ve-

legiatae Montecchi, Mathilicae, & Prior Collegiatae Ecclesiae S. Venanti Camerini, Canonicus Fabriani, S. Joannis Laterani, & commissarius Apostolicus in tota Umbria = *Joannes Battista Laurentii* 1548 = *Angelus Pieronzius* 1558 = *Cardinalis Farnesius* 1561. die 22. Julii. At enim e schedis Camerinensibus habetur *Pierotii* successor *Angelus Voglia*; eodemque etiam anno 1561. idem *Angelus Voglia*. Nil aliud utique possumus argumentari, quam credere *Vogliam* coadjutorem *Pierotii*, vita functi Viterbii die 24. Junii ejusdem anni 1561, eumdemque *Vogliam* coadjutorem etiam fuisse Cardinalis *Farnesii*. Sequitur in serie *Joannes Paulus Pongellius* 1579 = *Scipio Savinus* 1623 = *Octavius Avius* 1649 = postea Episcopus *Alexander Avius* 1670 postea Episcopus = *Filippus Calcalarius* 1688 = *Dionysius Pieragostini* 1714. postea Episcopus = *Camillus Pieragostini* 1727 = *Venantius Piccalcanti* 1749. Vivit adhuc & digne Archidiaconatus dignitate præfulget.

velit unire annettere & incorporare Ecclesiam Sancte Marie Vallis pauperis districtus & diecesis Camerinen membrum Monasterii Sancte Catarine de Terra Fabriani diecesis predicte membri Monasterj Sancte Marie Montis Oliveti Aretine diecesis cum domibus orto & silva esistentibus juxta ipsam Ecclesiam Sancte Marie Vallis pauperis Prebende dicti Dñi Archidiaconi & aliorum Archidiaconorum dicte Majoris & Catredalis Ecclesie qui futuris temporibus erunt. Quam unionem ut ipsi constituentes asserebant cupiunt fieri Prior fratres & Conventus de Monasterio Sancte Caterine. Et quod dignetur & velit dare licentiam & liberam potestatem ipsi Syndico & Procuratori nomine dictorum constituentium & Ecclesie Catredalis dandi & tradendi jure proprio & in perpetuum ex causa permutationis cambii Priori ac etiam Sindico & Procuratori dicti Monasterii Sancte Caterine unam petiam Terre laborative posite in confinibus Terre Fabriani, & Terre Matellice in Contrata que dicitur Marro juxta viam a duobus lateribus & juxta olim Nicolaum Venantii Massutii & juxta rem olim Fantarelli quæ modo est de Monasterio Sancte Caterine. Item unam aliam petiam Terre laborative posite in dicta Contrata que dicitur Marro juxta viam juxta rem Cintj Ungari, & juxta Antonium Andridi de Matelica. Item unam aliam petiam Terre laborative posite in dicta Contrata que dicitur Marro juxta rem Francisci Massioni de Cerreto & juxta Antonium Andrioli de Matelica vel alia latera si qua essent plura vel veriora alicui dictarum trium petiarum Terre. Que tres petie Terre pertinent ad prebendam supradicti Dñi Archidiaconi, & sunt modici fructus, & male possunt laborari ratione loci in quo sunt distantis a vicinis & a Terra Matelice & a Castro Cerreti districtus Terre Fabriani, & ut plurimum non laborantur & sunt magis adjacentes dicto Monasterio Sancte Caterine quam dicte prebende. Et recipiendi eodem jure & causa permutationis a dictis Priore & a Sindico & Procuratore dicti Monasterj pro prebenda supradicta & pro Archidiacono supradicto & aliis qui pro temporibus erunt pro Cambio unam petiam Terre vineate cum modica Terra laborativa & domo seu Trasanna posita in Villa Caucine districtus dicte Civitatis juxta viam communis pubblicam & juxta Andream Fatioli & alia latera. Et silvas positas in dicta Villa Caucine juxta sua latera. Item omnes Terras laborativas silvatas & prativas & sodivas dicte Ecclesie Sancte Marie Vallis pauperis positas in Villa Arnani & ejusdem Villa pertinentiis districtus dicte Civitatis juxta quecumque latera. Et unum Casarenum sive postam Molendini cum Terreno posta Vallati & recessoriorum & pertinentiarum pertinentium ad dictum olim Molendinum positum in dicto districtu Camerini juxta res Monasterii dominarum Sancti Salvatoris de Saxis. Que res sunt dicte Ecclesie Sancte Marie Vallis pauperis & pertinent ad dictum Monasterium Sancte Caterine cujus est membrum ipsa Ecclesia Sancte Marie Vallis pauperis.

ris. Cum ipse res sint magis utiles & expedientes Archidiacono dicte Ecclesie quam tres petie Terre ipsius prebende supra confinate; Et habita dicta licentia faciendum dictam permutationem cum traditione corporalis possessionis & promissione legitime defensionis vicissim fiendis cum adjectione pene & obbligatione bonorum Capituli & clausulis in istrumento permutationis consuetis apponi & rogatione Notarj prout ipsi Dño Gentili Syndico & Procuratori videbitur & placebit & generaliter ad omnia & singula alia fatienda gerenda & exercenda que in predictis & quodlibet predictorum necessaria fuerint utilia & opportunia. Et que ipsi met constituentes facere possent si personaliter interessent. Promittentes dicti constituentes michi Notario infrascripto tanquam persone pubblice stipulanti vice & nomine quorumcumque intererit ratum gratum & firmum habituros quid quid per dictum eorum & dicte Cathredalis Ecclesie Syndicum, & Procuratorem factum gestum, & operatum fuerit in predictis & quolibet predictorum. Et non revocare sub obbligatione bonorum dicte Majoris & Cathredalis Ecclesie & dicte prebende.

Sign. ✠ Not. Et ego Deutesalve Bonaventure de Fabriano Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius & Officialis Curie supradictis Dñis Cameriuensis Episcopi predictis omnibus interfui & ea rogatus scribere scripsi & pubblicavi & signo meo solito roboravi.

## C.

### *Litterae Apostolicae Innocentii VII. favore Hunuphrii Colae Smedutii de San-Severino.*

INnocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus, & debitum, ut hiis, quæ per Dilectum Filium Leonardum electum Firman. Camerarium nostrum de consensu nostro providè facta sunt adjiciamus Apostolici roboris firmitatem. Cum itaque sicut nobis innotuit idem Camerarius Noster nuper pro incumbentibus oportunitatibus Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Cameræ gravibus, & in præsentiarum urgentibus necessitatibus, maxime pro satisfaciendis pecuniis pro redemptione Girfalci nostri Firman., ac pro stipendiis, & provisionibus nonnullis gentibus Armorum ad nostra, & præfatæ Ecclesiæ stipendia militantibus debitis, & aliis casibus gravissimis, cum aliunde non potuerit provideri summam quinque millium florenorum Auri de Camera a Dilectis Filiis Nobilibus Viris *Honuphrio Colæ Smedutii* de Sancto Severino, & *Antonio* ipsius Honuphrii nato Domicellis Camerinen. Dioecesis nomine, & ex causa mutui acquisierit, habuerit, atque receperit. Et pro cautione resti- 1406

tutionis dictæ quantitatis quinque milium florenorum, prout potuit vigore commissionis, vive vocis oraculo per nos eidem Camerario factæ pignoraverit, & titulo pignoris & specialis ypothecæ dederit, posuerit, concesserit, & obligaverit præfatis Honuphrio, & Antonio pro ipsis, & suis hæredibus, & successoribus *Castrum nostrum Piri Firman. Dioeces.* cum ejus Arce, Territorio, Districtu juribus, & pertinentiis ipsorum cum concessione meri mixtique Imperii, & jurisdictione omnimoda, ac fructuum, & proventuum solitorum levari perceptione, ac certis aliis pactis, modis, & conditionibus inter ipsos Camerarium ex una, & Honuphrium, & Antonium ex altera partibus habitis, & firmatis, quæ hic haberi volumus pro sufficienter expressis. Et maxime, quod post finem duorum annorum proxime futurorum, vel postea quandocumque iidem Honuphrius & Antonius, & eorum filii hæredes, & successores teneantur, & debeant ad omnem requisitionem nostram vel nostrorum successorum, vel præfatæ Ecclesiæ dicta summa quinque milium florenorum eisdem soluta, & reddita, ac solutis redditis, & restitutis eisdem expensis per eos quomodolibet pro custodia vel gubernatione, & reparatione Castri, & Arcis prædictorum de cetero faciendis, quæ expensæ ultra fructuum, & proventuum solitorum levari, & percipi extra, & in Castro prædicto Piri perceptionem anno quolibet ad Centum viginti florenorum auri summam ascendunt prædictum Castrum, cum Arce Comitatu, Territorio, districtu, juribus, & pertinentiis prædictis liberè, ac expeditè reddere, & restituere teneantur, & debeant omni exceptione remota. Nos volentes præmissa Apostolico munimine roborare cum constet Nobis dictam summam quinque milium florenorum sic mutuatorum fuisse, & esse conversam pro necessitatibus, & opportunitatibus gravibus supradictis, ac pro evidenti utilitate Ecclesiæ, & Cameræ prædictarum pignorationem pacta, conventiones, & concessiones hujusmodi, & omnia, & singula in eis contenta rata habentes, & grata motu proprio, non ad dictorum Honuphrii, & Antonii, vel alterius pro eis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Auctoritate præfata nihilominus statuentes, ut dictum Castrum Piri, cum Arce, & Territorio dicti Honuphrius, & Antonius, ac hæredes eorum liberè teneant, & penes ipsos esse debeant, quousque de dicta quantitate quinque milium florenorum, & expensis præfatis fuerit eisdem integrè satisfactum. Et nihilominus imponentes Dilecto Filio Dalphino Ægidii de Sancto Severino Priori Ecclesiarum Sanctorum Pauli, & Severini de Ponte, de dicta Terra Sancti Severini quatenus auctoritate Apostolica præfatos Honuphrium, & Antonium, & eorum quemlibet in tenutam, & corpo-

poralem possessionem dicti Castri Piri, & ejus Arcis, Territorii, & Districtus inducat, & ponat, ad hoc, ut ea tenere liberè, & licitè valeant donec ipsis de dictis quantitate quinque milium florenorum, & expensis fuerit, ut præmittitur satisfactum. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus concessionibus, seu pactis Dilectis Filiis Communi, seu Hominibus dicti Castri Piri communiter, vel divisim concessis per Sedem Apostolicam, vel suos Legatos etiamsi essent per Sedem Apostolicam confirmata, & etiamsi in eis contineretur, quod dictum Castrum Piri concedi non posset alicui titulo venditionis, aut Vicariatus, vel alterius concessionis in perpetuum, vel ad tempus, quibus, & cuilibet eorum in hac parte, ex certa nostra scientia derogamus, & ea decernimus hujusmodi concessionibus subpignorationi, ratificationi, & roborationi non esse obstantia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis communitionis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum VI. Kal. Octobris Anno secundo.

## CI.

### *Concilium Constantiae dominis de Varano Foeuda ab ipsis possessa confirmat.*

Dilectis Filiis Magnifico Dño Rodulfo quondam Dñi Gentilis de Varrano, necnon Magnificis Gentili Pandulfo, Berardo Pergentili, Venantio, & Johanni ipsius Magnifici Dñi Rodulfi Filiis salutem in Dño sempiternam. Dum intuitus nostre considerationis extendimus ad fidei vestre plenitudinem, necnon sincere devotionis affectum, quem ad Romanam Ecclesiam hactenus gessisse, & gerere comprobamini operum ab effectu, & ad gravissima pericula, Guerras, & dampna, que hactenus pertulistis, & fertis assidue, ipsarumque Guerrarum angustias multiplices, necnon occupationes Terrarum, & Locorum, ac innumerabilia incommoda Personalia, & Realia vobis hactenus illata contra omnes humanitatem, honestatem, & debitum rationis dignum arbitramur, & consonum rationi, ut nos circa statum, & honorem vestros tamquam veros Filios, & devotos S. R. Ecclesie inveniatis in singulis gratiosos. Quoniam igitur preteritis temporibus ob fidelitatem, & studia hujus sub certis modis, conditionibus, & formis nonnulle concessiones facte fuerint per Romanos Pontifices hactenus presidentes, videlicet Civitatis Camerini cum Comitatu, & districtu in gubernatione Terre Monticuli, Terre Belfortis, Terre Ser- 1416

 nani,

nani, Terre Amandule, Terrē Penne Sancti Johannis, Terre Montis Sancti Martini Castri Gualdi, Terre Montis Fortini in Provincia Marchie Anconitane, Terre Vissi, Terre Ceretipontis cum eorum Comitatibus in Provincia Ducatus Spoletani in Vicariatum, Terre Tholenten. Terre Sancti Gen. dicte Provincie Marchie in Feudum, Terre Marrivallium in Gubernatione ad eamdem Ecclesiam pleno jure spectantium pro Censibus, desponsionibus, modis, & conditionibus in concessionibus Vicariatuum, Feudorum, & gubernationis hujusmodi seriosius denotatis, & in variis, & diversis litteris Apostolicis super inde confectis plenius declaratis. Nos de hiis omnibus habentes dictarum Concessionum formam, tenores, & causas, & dictarum licterarum desuper confectarum hic alias pro sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum de ipsis facta esset hic expressio, ac insertio singularis concessiones Civitatis *Camerini* cum Comitatu, & Districtu in Gubernatione, Terrarum *Monticuli*, *Belfortis*, *Sernani*, *Amandole*, *Penne*, *S. Johannis Montis*, *S. Martini*, *Gualdi*, *Montis Fortini* in dicta Provincia Marchie, *Vissi*, *Montis Sancti*, *Ceretipontis* cum eorum Comunitatibus in Provincia Ducatus *in Vicariatu Thollenteno*, *S. Gen.* Provincie Marchie *in Feudum*, Terre *Murivallium in Gubernatione*, eorumque, & cujuslibet eorum Comitatuum, & Districtuum predictorum, ac Jurium, & pertinentiarum earumdem, & omnia, & singula in licteris hujusmodi desuper confectis contenta, & inde secuta rata, & grata habentes illa omnia, & singula auctoritate dicti Sacri Constantiensis Concilii, qua fungimur in hac parte tenore presentium confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nec non omnes, & singulas gratias, & immunitates privilegia, & *concessiones* quascumque factas, vel facta a quibuscumque Romanis Pontificibus, & Apostolice Sedis Legatis Communitati Camerini, necnon aliis Communitatibus Civitatum, Terrarum, Locorum, & Castrorum premissorum, quas, & que retinetis vos Magnifici, & Dilecti Filii de presenti, & specialiter Concessiones factas Communitati Camerini per bone memorie Sinibaldum Tit. S. Laurentii in Lucina Presbiterum Cardinalem Anconitane Marchie Rectorem, & Confirmationes factas post fel. recordat. Gregorium Papam IX., & Innocentium IV., & alios Summos Pontifices harum serie confirmamus, & presenti scripti patrocinio communimus. Nec non Vos prefatos Magnificos Filios, & vestros Famigliares. Sequaces, & Adherentes, & Homines Civitatum, Terrarum Castrorum, & Locorum, quas, & que presentialiter retinetis, cujuscumque conditionis, sexus, status, Dignitatis, & Prehe-minentie etiam Epalis existant, & tam Ecclesiasticas, quam Laicas Personas tam Cives, quam Incolas, & Forenses, Subditos, vel Officiales vestrum prefatorum Magnificorum Dñorum Filiorum, ac Civitatum, Terrarum, & Castrorum predictorum ad Gremium pie, &

San-

Sancte Matris Ecclesie recipientes, ac ad gratiam, & obedientiam Sacrosancti Constantiensis Concilii, & futuri Dñi nostri Summi Pontificis reintegramus ipsos, & quemlibet ipsorum tenore presentium absolventes ab omnibus, & singulis Processibus, Inquisitionibus, Accusationibus, & denunciationibus factis per quamcumque Curiam Ecclesiasticam, vel Secularem, & per quoscumque Rectores, Offitiales, & Judices Romane Curie, & aliarum Curiarum Provincialium quarumcumque Generalium, vel specialium, & a quibuscumque Bannis, Sententiis, & Censuris spiritualibus, vel temporalibus latis, vel inflictis ab homine, vel a Jure, realibus, & personalibus, seu mistis contra Vos Magnificos Filios, ac etiam omnes, & singulos homines, & Personas tam Ecclesiasticos, quam Laycos cujuscumque gradus, & conditionis extiterint Civitatum, & Locorum supradictorum. Ac etiam contra Civitates, Terras, Castra, & Loca, Communitates, Universitates, & Populos ipsorum, quorum omnium nomina haberi presentibus volumus pro sufficienter expressis, & ipsosque, ipsas, & ipsa harum serie restituimus, reponimus, & reintegramus ad omnes, & singulos honores, status, & dignitates, gradum famam, officia, Beneficia Ecclesiastica, sive secularia quecumque alia Jura, bona, Privilegia, gratias, Immunitates, & Exemptiones quascumque de gratia speciali; nec non de uberiori dono gratie Vos prefatos Magnificos Filios, vestrosque Familiares, Sequaces, & Adherentes, & Homines Civitatum, Castrorum, & Locorum predictorum cujuscumque status, & dignitatis existant ab omnibus, & singulis excommunicationis, & suspensionis sententiis, Censuris, & penis spiritualibus, & temporalibus, quas per solutionem non factam Censuum, Talearum, ac subsidiorum qualitercumque, & commodatuumque incursos, seu incurrere potuerint quovis modo. Necnon a quibuscumque maleficiis, ecceffibus, & delictis commissis per prefatos Vos Magnificos Filios, & vestros Familiares, Sequaces, & Adherentes, & Homines Civitatum, Terrarum, Castrorum, & Locorum predictorum, etiamsi Heresie, Fautorie, seu lese Majestatis crimina saperent, seu quevis alia majora fuerint tenore presentium absolvimus, & pro absolutis haberi volumus, & mandamus; Vosque omnes, & singulos ad famam, Dignitates, honores, Privilegia, Indulta, Jura, & bona quecumque, ac in statum pristinum restituimus per presentes, abolentes omnem infamiam, maculam, sive notam premissorum, vel alicujus ipsorum occasione contractam, cassantes, & annullantes expresse omnes, & singulos Processus, sententias Penas, & mulctas contra Vos prefatos Magnificos Viros, Vestrosque Familiares, Sequaces, & Adherentes, & Homines Civitatum, Terrarum, Castrorum, & Locorum cujuscumque status, sexus, & dignitatis existant premissorum occasione, vel alias quomodocumque, & qualitercumque latas, vel in-

incurfas, Proceffibus, Ordinationibus, Pronunciationibus, Statutis, Sententiis, Decretis, & Declarationibus, penis, & mulctis per nos factis, & habitis dumtaxat exceptis, & decernimus, & mandamus de quibufcumque Libris, & Regiftris per illos, ad quos fpectat ad cujufcumque petentis inftantiam tolli, caffari, & adnullari poffe, & debere, Vofque Magnificos Filios, ac Veftros Subditos, & Recommendatos de uberiori dono gratie fpecialis premifforum occafione ab omnibus, & fingulis Taleis ufque in prefentem diem, & illarum folutione penitus liberamus, volentes, & decernentes expreffe, quod ipfarum occafione non poffitis, & non poffint per quofcumque Officiales Camere Apoftolice prefentes vel futuros modo aliquo gravari, inquietari, vel modo aliquo moleftari, ipfafque Taleas in futurum reducimus, & reduci volumus, & mandamus ad antiquam formam fecundum Privilegia, & Indulta Romanorum Pontificum, & maxime bo: me: Dñi Egidii Cardinalis Ifpani tunc in partibus Ytalie Vicarii, & Apoftolice Sedis Legati juxta ipforum feriem, & tenorem. In quorum omnium, & fingulorum teftimonium, & fidem prefentes noftras patentes Licteras fieri fecimus, & Sigillorum noftrorum munimine roborari. Datum Anchone die octava Menfis Februarii Anno Domini Millefimo quatricentefimo fexto decimo Indictione nona Apoftolica Sede Vacante.

Ex Archivo Monafterii S. Pauli de Urbe Capf. M. n. 6.

## CII.

### *Joannes Epifcopus unit Monafterio S. Blafii Fabriani quafdam Ecclefias.*

1420 IN Dei Nomine Amen. Anno Domi Millefimo Quatrincentefimo vigefimo. Indict. Tertiadecima tempore Domini Martini Divina providentia Pape Quinti die Veneris fextadecima menfis Februarii, Fabriani in choro ecclefie S. Blafii de Fabriano prefentibus Dõpno Nicolao Johannis, Dopno Jacobo Johannis, & Gefue Tobie Francifci de Fabriano teftibus rogatis congregatis, & quoadunatis ad fonum Campane ut moris eft & in loco folito congregari Venerabili Prẽ Dño fratre Anfelmo Abbate Monafterii Sancti Blafii de Fabriano, & habente vicem a Dopno Bartolo Buti Monaco dicti Monafterii, ut patet manu mei notarii infrafcripti, Dopno Johannino Bartolomeĩ, Dopno Piero Galaffini, & Dopno Johanne Matthei de Fabriano Monacis dicti Monafterii totum Capitulum, & Conventum Monafterii antedicti fatientibus, & reprefentantibus, ut afferuerunt, non revocando aliquem Sindicum & Procuratorem dicti Monafterii, afferentes fuper infrafcriptis femel & plu-

& pluries colloquium & tractatum habuiſſe, & firmaſſe quod infraſcripta unio ........ utilitate ipſius Monaſterii & infraſcriptarum Eccleſiarum ipſe Dominus Abbas cum ........ ſenſu, & voluntate dictorum Monacorum, & Capituli, & ipſi Monaci, & Capitulum cum preſentia & conſenſu, & auctoritate ſupradicti Domini Abbatis inter ſe viciſſim auctorantes comuniter & concorditer fecerunt, & conſtituerunt, & ordinaverunt, omni modo jure & forma melius valituris eorum, & dicti Monaſterii S. Blaſii verum, & legitimum Sindicum, & Prōrem actorem factorem, & numptium ſpetialem honeſtum Religioſum Dopnum Pierum Galaſſini de Fabriano Monacum dict. Monaſterii ibidem preſentem & mandatum in ſe ſponte recipientem ad compārendum & ſe preſentandum coram Rdō in Xptō Patre, & Domino *Domino Johanne* Dei, & Apoſtolice Sedis gratia Camerinenſi Epiſcopo, & eidem dicendum narrandum, & exponendum nomine Capituli, & Conventus dicti Monaſterii quod cum propter guerras que viguerunt in Patria temporibus retroactis ac etiam unionem factam de Monaſterio Sancti Victoris ad Eccleſiam Sancte Catarine de Fabriano, Monaſterium & Eccleſia S. Blaſii de Fabriano fuerit & ſit depauperatum intantum quod vivunt in paupertate, & egeſtate. Et quod ſi infraſcripta unio fieret aliqua ſubventio erit eis pro ipſorum vita & ſubſtentatione, aliter inviti cogerentur dictum Monaſterium derelinquere, & accedere vagabundi per Mundum: Nec non ad dicendum narrandum & exponendum ſupradicto Dño Epiſcopo quod cum ....... habeat Eccleſiam *Sancti Petri de Colcillo*, Eccleſiam Sancti *Angeli de Roſenga*, Eccleſiam *Sancti Laurentii de Muſcano* Cam. Diec. Que Eccleſie ſunt de membris dicti Monaſterii non ſufficientes ad gubernationem Rectorum ipſarum propter malas & peſſimas conditiones, que in preteritum viguerunt. Et ſpecialiter ad ſupplicandum dicto Dño Epō & petendum quod dignetur & velit unire annectere & incorporare *Eccleſiam Sancte Marie infra Saxa*, dimidium Eccleſie *Sancte Marie in Campo*, & Eccleſiam *Sancti Petri de Membriculeis*, membra dicti Monaſterii & Camerinen. Diec. ad dictum Monaſterium Sancti Blaſii & menſam ipſius. Et dictam Eccleſiam Sancti Petri de Colcillo unire annectere & incorporare ad Eccleſiam Sancti Stephani de Genga membrum dicti Monaſterii & Camerinen. Diec. & Eccleſiam S. Angeli de Roſenga membrum dicti Monaſterii unire annectere, & incorporare ad Eccleſiam Sancti Stephani de Vallemontagnana, & Eccleſiam Sancti Laurentii unire annectere, & incorporare ad Eccleſiam Sancti Petri de Muſcano, cum dicte Eccleſie ſint contigue & propinque & per Rectores ipſarum dicte Eccleſie erunt in ſpiritualibus & temporalibus ſalubriter gubernate. Et generaliter ad omnia alia & ſingula fatienda gerenda & exercenda, que in predictis & quolibet predictorum neceſſaria fuerunt utilia & opportuna. Et que ipſimet conſtituentes facere poſſent ſi perſonaliter acceſſiſſent. Promitten-

tentes dicti constituentes michi notario infrascripto tamquam persone publice stipulanti vice & nomine quorumcumque intererit ratum gratum & firmum perpetuo habiturum, & quidquid per dictum eorum, & dicti Monasterii & Capituli, & Conventus ejusdem Sindicum & procuratorem factum gestum, & operatum fuerit in predictis, & quolibet predictorum & non revocare sub obligatione bonorum dicti Monasterii & Capituli, & Conventus ejusdem.

Et ego Tomas de Sarnano Publ. Imperiali Auctoritate Notarius predictis omnibus interfui & ea rogatus scribere scripsi & publicavi. ✱

## CIII.

### *Joannes Episcopus unit plebem S. Andreae in districtu Tolentini sitam cum Capella S. Jacobi, ibique statuit unum Priorem, & duos Canonicos.*

1421 Die Jovis decima octava mensis Decembris anno millesimo quatricentesimo vicesimo primo. Actum in Terra Tholentini Camerinensis diecesis in choro Ecclesie S. Marie Plebis presentibus Venerabili Viro Domino Antonio de...... abate........ Dño Andrea Johannis & D. Dominicho de dicta terra & Ser Antonio, Ser Venantii de Serra, & Ser Dionisio Marchi de Camerino & aliis testibus habitis & vocatis. Reverendus in Xptõ Pater & Dñus *D. Johannes* Dei & Apostolice Sedis gratia Camerinensis Episcopus considerans Ecclesiam S. Andree Plebem de districtu dicte terre in prefata diecesi, cujus est Cappella Ecclesia S. Jacobi de dicta terra ruinosam esse, & destitutam habitationibus personarum & maxime parochianorum ejus & quod illi jam longis retro temporibus inde propter guerras discesserant absque spe redeundi & intus dictam terram habitaturi vixerant & stabant, fundaverantque & fabricari fecerant ipsam Ecclesiam cum subsidio communitatis dicte terre dantis solum pro ipsa Ecclesia fabricanda & cum alio mundi favore unde ipsam Ecclesiam fore factam honorabilem inter alias dicte terre representarique in illa per amplius tota devotio dicte Plebis eo quod apud illam erat reductio ipsorum Parochianorum ad divina unanimiter, & considerans ipsam Ecclesiam S. Jacobi apud quam erant Canonici quatuor sine capite male regi hec & cum hac sibi voluntate dictorum Parochianorum simul cum ipso Dño Episcopo concurrentium ex constitutione Presidis apud illam &c. citatis debite Dopno Dieco Petri Plebano dicte plebis & dopno Christofano Valentini magnifici Pauli & Dopno Jacobo...... Canonicis dicte Ecclesie residentibus ibi, hac etiam......... Canonicis absentibus jam diu

diu nil commode percipientibus propter ipsorum absentiam ab eadem; & pensato quod dopnus Plebanus aut alii predecessores ejus nullam fenierant curam aliquo preterito tempore de ipsa Ecclesia S. Jacobi illam putantes & habentes a se prorsus extraneam &c. & quod dicta Ecclesia S. Jacobi nullam habuerat nec habebat mensuram bonorum cum plebe predicta &c. considerataque persona & sufficientia morum & litteratura Dñi Joannis Vannisboni Rainaldi presbiteri de terra predicta &c. eundem presentem & humiliter acceptantem in Priorem dicte Ecclesie S. Jacobi constituit perpetuum &c. cum declaratione quod accipiat portionem duorum Canonicorum absentium de quatuor Canonicis supradictis, & ad numerum unius Prioris & duorum Canonicorum tantum dicta Ecclesia sit redacta, & dispensavit quod dicto Plebano cedente vel decedente bona omnia & singula dicte Plebis deveniant in Ecclesiam S. Jacobi supra dicti, ita tamen quod post ipsum deventum bonorum in dicta Ecclesia numerus quatuor Canonicorum & unius Prioris, & tunc dictam duplam portionem ipsi quatuor Canonici supradicti singuli recipiant singulas portiones &c.

Dicta die & presentibus dictis partibus ac etiam Antonio Dominici . . . . . . . Ser Bartholomeo Sornotolani Ser Jacobo Gentilutii Dattilis & pluribus aliis . . . . . . testibus habitis & vocatis prefatus Dopnus Dominicus Plebanus posuit & immisit predictum Dopnum Johannem in Corporalem possessionem dicti Prioratus ponendo intus manus . . . . . . . . ipsius Ecclesie per annos altaris & libros Sacristie & faciens omnia &c.

Et ego Paulus Petrutii de Dignano Civis Camerinensis publicus imperiali auctoritate Not. & nunc Not. Curie Epĩ Camerinensis subscripsi omnibus &c. & rogatus scribere scripsi & publicavi signumque meum aposui &c.

## CIV.

### *Divisio Castrorum Dominorum de Varanis in quatuor partes facta a Joanne Episcopo.*

IN noñe Sancte sindividue &c. anno Dñi 1429. Ind. septima tempore &c. Dñi Martini &c. pp. V. die nona mensis Januarii. Actum in Camera infsctĩ Mag. Dñi Gentilis pandulfi posit. & existẽu in dom dicti Mag. Dñi que Domus põs sunt in d. Ciũ Cam̃ & Coñtr subsancti juxta plateam Coĩs que dicitur platea Scẽ Marie Majoris, Domos Mag. Dñi Berardi de Camẽr Viam Coĩs & ab lat. Pñtib Rm̃o in Xpõ Prẽ & Dño *Dño Jobẽ Dei, & aplicẽ sedis grã Cam̃ Epõ*, Rdõ Viro Dño *Rodulfo Joannis Gentilis Archidiacono* Majoris Cam̃ Ecclẽ nec non nobilibus 1429

 & sa-

& sapientibus viris infsctis Dñis Capitaneis Artium d. Civitatis &c. Ser Johē Mñ. Petri Capitaneo Collegii Notariorum d. Civ. Venantio Nuntii Laurentii Capit. artis Mercatorum, Nicolao Vannis Capit. artis calzolariorum, Michaele Matthioli Cap. Artis Merciariorum & Aromatarium, oibūs predictis Capitaneis de Terzerio subsancti Ciū pred. Luca Nicolay Cicchareili de contrata Medii Ciū pred. Capit. artis sutorum & barberiorum d. Ciū, Mattheo Venantii Colutii de dicta Ciū & Contrata Morrupti Cap. Magrōrum Lapidum & lignaminum, & Simone Mactiutli de Civit. pred. & contr. Muralti Cap. Artis becchariorum, & tabernariorum Ciū pred. Nec non spectabili milite, & egregio V. Doct. ac Scī Vincentii Comite Dño Nicolao de Blanchinis de Bononia, nec non Nobilibus & Egregiis legum Doctoribus Dño Petro Dñi Mathei de Amandula Dño Frañco Johannis Ser Cicchi de Camerino & Nobili Viro Marioćto Baptiste de Montacchiello Ciū Camer. omnibus hīt dic. Ciū Cam testibus &c. nec non pntībus egregiis & prudentibus Viris Ser Francisco Dōnici, & Ser Dnicō Benedicti de dicta Ciū Cam Not. una mecum &c. Cum ex forma Statutorum & ordinamentorum Coīs Ciū Cam Mag. & potentibus Dñis Gentilipandulfo, Berardo, Piergentili & Johanni natis celebr. & rec. me. Mag. excelsi Dñi Rodulfi Dñi Gentilis de Cam., Regiminis, custodie, & gubernationis dicte Ciū Cam, ejusq; Comitatus, & districtualium fuerit & sit attributa potestas auctoritas, & baylia, dictiq; Mag. Dñi Gentilis pandulfus, Berardus Piergentilis, & Johannes, & quilibet ipsorum affectantes dictam Civitatem, ejusq; Comitatum & districtum de bono in melius gubernare augere, & ampliare, putantesque quod quilibet ipsorum partem sibi obveniendam de infstīs Castris Villis & locis Comitāt, & distrīct. predicti vigilantius & prestantius custodiet, & gubernabit, Considerantes etiam quod per infsctūm modum gubernationis assignationis, & electionis infsctīs modo, & forma fiendis, pacificus status, & tranquilla quies, ac fraternalis amor, & caritas inter ipsos Mag. Dños & subditos eorumdem poterit melius facilius & comodius conservari. Idcirco idem Mag. Dñi, & quilibet ipsorum pro eorum, & subditorum eorumdem bono pacifico, & tranquillo Statu, nec non pace, quiete augmento & prosperitate dicte Civitatis, Comitāt & district. ejusdem, de ipsorum, & cujusqumq; ipsorum comuni Concordia, & voluntate unanimiter, & concorditer fecerunt de infrsctīs Castris Villis & locis infrctās quatuor partes descriptas in quibusdam cartutiis membranis jacentibus in quatuor palluctis cere unius ejusdem qualitatis & forme datis & assignatis per ipsas partes comuniter & concorditer, ut ipse partes asseruerunt supradicto Rmo in Xpō Patrī, & Dño Dño Johanne Epō Camer., ut ipse Dñus Epūs cuilibet ipsorum Magnificorum Dñorum unam ipsarum partium descriptam in qualibet dcārum Cartutiarum membranarum in dictis Palluctis

ctis cere jacentem pro sua parte assignaret, cui assignatione fiende per dictum Dñum Epũm cuilibet ipsorum Dñorum pred. de palluctis & partibus predictis &c. unusquisque de pallucta & parte sibi assignanda dicti Mag. Dñi, & quilibet ipsorum pro se & eorum, & cujusq; ipsorum heredes promiserunt & ad invicem convenerunt &c. unus alteri, & alter uni, pntibũs stipũlbs ut recĩpts pro se, & eorum, & cujusque ipsorum heredes stare taciti & contenti sub fide, & legalitate Magnatum, & sub infrctã pena infsctĩ per eos prestiti juramenti. Quibus sic factis actis initis & unanimiter, & concorditer inter dictas partes solemniter celebratis dictus Rm̃us in Xpõ Pater Dñus Epũs antedictus Prĩs & Filii & Spiritus Sctĩ grã devotissime invocata in extractione, & assignatione cujuslibet predictarum partium extraxit de quodam birreto quod in ejus manibus retinebat, in quo dicte quatuor pallucte jacebant unam dcãrum quatuor palluctarum. Quam prefato Magnifico Dño Gentilipandulfo dedit, & assignavit. Qui Magnificus Dñus Gentilispandulfus ipsam palluctam recipiens & acceptans, & ipsam palluctam frangens de ea extrassit quamdam Cartutiam membranam in qua infsctã Castra & Ville descripta erant &c.

Villa Sefre
Castrum Montisalti
Castrum Collisprete
Castrum Serravallis
Castrum Seramule
Castrum Tusi
Castrum Montis Scĩ poli
Castrum Appennini
Castrum Scĩ Venantii
Castrum Plebis Bovelliani
Castrum Aque Canine
Castrum Scĩ Maroti
Castrum Coste Fegoris
Castrum Collis Mensis
Castrum Bolvelli
Castrum Insule
Castrum Roche Macthey.
Villa Flugni &
Villa Monasterii Insule. Que Castra Villas & loca predicta dictus Magnificus Dñus Gentilis pandulfus de dcõrum Magnificorum Dñorum Berardi, Piergentilis, & Johannis ejus frũm Carnalium pred., & cujuslibet eorum pñtia & consensu pro sua parte elegit, acceptavit, & de ea se contentum vocavit, & dixit omni &c. Postq; pref. Rm̃us in Xpõ Prẽ, & Dñus Dñus Epũs antedictus extrahens de dicto birreto unam aliam de palluctis predictis, ipsam prefato Magnifico Dño Be-

 rardo

rardo dedit, & affignavit; quam dictus Magnificus Dñus Berardus recipiens & acceptans ipfam fregit, & de ea extraffit quamdam Cartutiam membranam in qua fcripta erant infrā,

Caftra & loca &c.
Caftrum Scē Marie
Caftrum Caldarole
Caftrum Rocchette
Caftrum Florifmontis
Caftrum Mucie
Caftrum Crifperii
Caftrum Agolle
Caftrum Bolognole
Caftrum Antici
Caftrum Vallis Caldarie
Caftrum Cafavecchie; Que Caftra, & loca pref. Magnificus Dñus Berardus de dcōr. Magnificorum Dnōrum fratrum ejus &c. & cujuslibet eorum pñtium confenfu, & voluntate pro fua parte elegit & acceptavit, & de ea fe contentum vocavit, & dixit omni modo &c.

Quibus fic actis & celebratis antedictus Dñus Epūs extraffit de dicto Birreto unam aliam palluctam de predictis & ipfam prefato Magnifico Dño Piergentili pñti recip. & acceptanti dedit, & affignavit, quam pref. Magnificus Dñus poft receptionem, & acceptationem per ipfum de ea factam fimiliter fregit, & de ea quamdam cartutiam membranam extraffit in qua infrā Caftra, & loca fcripta reperiebantur & erant &c.

Caftrum Fluminate
Caftrum Borgiani
Caftrum Viftigani
Caftrum Dignani
Caftrum Flaftre
Caftrum Caprilie
Caftrum Gallii
Caftrum Sortis
Caftrum Colpolline
Caftrum Corvenani
Caftrum Maffe
Caftrum Jolandrii
Caftrum Rocche Mai. Que Caftra, & loca pred. pñs Magnificus Dñus Piergentilis de pñtia &c. prefatorum Magnificorum fratrum ejus pro fua parte elegit & acceptavit, & de ea fe contentum vocavit, & dixit omni &c.

Demum pref. Rm̄us in Xpō Pater & Dñus Dñus Epūs antedictus de dicto Birreto extraffit quartam, & ultimam dcārum palluctarum quam

quam pref. Magnifico Dño Ihm̃ dando, & assignando, idem Magnificus Dñus Johẽs ipsam palluctam recepit, & acceptavit. Et ipsam idem Magnificus Dñus frangens de ea extrassit quamdam Cartutiam membranam in qua infctã Castra & loca reperiebantur, & erant &c.

Castrum Ploraci
Castrum Cesapalumbi
Castrum Stacti
Castrum Precaresti
Castrum Ilicis
Castrum Vallis Scĩ Angeli
Castrum Torriculi
Castrum Raymundi
Castrum Presolii
Castrum Caponie
Castrum plebis Thotini
Castrum Fiegni
Castrum Jovis
Villa Vallis Gee
Castrum Frontilli
Castrum Faverii. Que Castra Villas, & loca pref. Magnificus Dñus Johñes de dcõrum Magnificorum &c. fratrum ejus pñtia &c. pro sua parte elegit & acceptavit, & de ipsa se contentum vocavit &c.

His pactis & conventionibus inter dictos Magnificos Dños partes pred. factis initis, & celebratis &c. quod per pñtes assignationes &c. & contenta in instrõ pñti non præjudicetur possessionibus, & bonis, que aliquis dcõrum Magnificorum Dñorum, vel aliquis de familiaribus eorumdem, vel alterius eorum haberet in parte alteri obventa; sed dicta bona & quolibet ipsorum in Castris locis, & parte alteri obventa, sint totaliter reservata, & quod Magnifici Dñi sic habentes aliqua bona &c. & similiter famuli eorumdem Magnificorum Dñorum habentes aliqua bona in aliqua parte alicujus pred. &c. possint, & valeant ipsa bona &c. possidere & fructuare pro futuro, prout pro preterito tempore &c. fructuaverunt sine aliqua alicujus dcãrum partium contradictione & quod nulla dcãrum partium possit, vel valeat publice, vel occulte impedire aliquem pred. habentium possessiones & bona pred. in eorum possessionibus, & fructibus quoquo modo.

Item quod nulla dcãrum partium possit, nec valeat aliquo quesito colore in parte sibi obventa, nec in aliquo loco partium predicta facere vel fieri facere de novo aliquod hedificium molendinorum, sive Valcheriarum in prejuditium alterius partis.

Item voluerunt, & pacto sollemni stip. vallato &c. decreverunt; quod omnes & singuli introytus pecuniarii procedentes a Cõe Camerini, & qui pro futuro tempore solventur, & solvi debebunt per hoĩes,

& per-

& perfonas Caftrorum , locorum , & Villarum pred. fic affignatorum & acceptatorum ut fupra , debeant inter ipfos Magnificos Dños equaliter dividi , & fortiri per quartum infctō modo &c. quod quilibet dcōrum Magnificorum Dñorum debeat capere fuam qnartam partem fibi obvenientem de introytibus predĩs in & de parte fibi obventa de Caftris , Villis , & locis predictis & ab hoibūs & perfonis dcōrum locorum . Et fi cui dcārum partium deficeret aliquid de quarta parte fibi obventa de introytibus predictis , quod pars que haberet ultra dcām quartam partem introytuum pred. in dicta parte Caftrorum , Villarum , & locorum fibi obventam teneatur alteri parti cui deficeret , affignare de introytibus pred. tantum , quantum illi cui deficeret fufficiat ad dictam quartam partem fibi obveniente de introytibus predictis ; ita & taliter quod quilibet dicārum partium habeat & habere debeat quartam partem introytunm pred.

Item voluerunt , & firmaverunt partes predicte &c. quod omnes & fingule fortellizie & arces , & alie res non divife in pñti divifione , vel ante pñtem divifionem , & regimen , & Gubernatio Civitatis Camerini remaneant Communia , & communes inter dictas partes .

Item qnod dicti Magnifici Dñi , vel aliquis ipforum non poffint , nec debeant per fe vel alium pubblice , vel occulte impedire , denegare , vel occupare ytinera , paffus , aditus , & reditus ad Caftra Villas , & loca alteri obventa , quominus quilibet pred. Magnificorum Dñorum per fe , & alios quos volverint poffint , & valeant ire & redire , & ftare ad loca , & partem eis obventam tute , libere , fecure abfque aliquo impedimento reali , vel perfonali eis , vel alicui ipforum quomodolibet inferendo .

Item quod per pñs Inftrumentum & contenta in eo non prejudicetur nec prejudicari valeat alicui alteri contractui , five Inftrō , vel alteri juri inter ipfos Magnificos Dños hactenus qnomodolibet celebrato , five ipfis , vel alicui ipforum quomodolibet competenti , nifi folummodo quoad continentiam & tenorem pñtis inftrĩ , & bonorum in pñti inftrō affignatornm , & in partem obventorum Magnificis Dñis fupradictis . Item voluerunt dicte partes , & quilibet ipfarum , quod quilibet ipforum Magnificornm Dñorum teneatur , & debeat de fuis propriis denariis folvere falaria ōinm , & fingulorum officialium , & Caftellanorum Caftrorum & fortillitiorum cuilibet ipforum obventorum . Salvo quod quilibet pred. Magnificorum Dōrum Gentilis pandulfi , Berardi , & Johĩs teneatur quolibet anno contribuere ad cuftodiam arcis , five Caffari Caftri Gally 25. Ducāt. pro quolibet quos eidem Magnifico Dño Pierogentili , cui obvenit dūm Caftri Gallii dare , & folvere annuatim ipforum quilibet teneatur .

Item quod Jacus Ploraci , & Sefre , & Domus ad pñs Coēs inter dictos Magnificos Dños fite in dicto Caftro Ploraci fint , & effe debeant Coēs pred. partium . Item

Item quod Turris Fanule sita in pertinentiis Castri Crisperii intelligatur venisse, & vigore pñtis Capituli veniat in partem dicti Magnifici Dñi Berardi, cui obvenit Castrum Crisperii.

Item quod cuilibet dcõrum Magnificorum & heredibus cujuslibet ipsorum liceat hedificare quodcumq; hedifitium sibi placuerit ad ejus libitum, & voluntatem, Salvo Valcherias & Molendina in quibuscumq; possessionibus, & bonis ipsorum ubicumq; positis, & confinatis.

Item quod in pñti contractu assignationis, & electionis intelligatur venisse, & veniat turris cum circuitu, & Castrum Serravallis, exceptis domibus & manso prefati Magnifici Dñi Berardi.

Item quod prefatus Magnificus Dñus Berardus poscit, & valeat hedificare in loco ubi nunc est monasterium Scī Gregorii de Dinazzano omne hedifitium quod eidem Magnifico Dño Berardo, & ejus heredibus videbitur, & placebit.

Et sic inter Magnificos Dños ut supra scriptum est Actum, pactum extitit, & conventum. Renumptiantes dicti Magnifici Dñi &c. Que õia, & singula &c. promiserunt &c. perpetuo attendere & observare &c. ad penam decem millium ducatorum auri in singulis capitulis hujus contractus &c. & refectione damnorum &c. Cujus pene medietas sit, & esse debeat partis observantis &c. & alia Camere Apostolice applicata &c. Insuper ad Majorem Cautelam &c. juraverunt &c.

Loco ✠ Signi & ego Jacobus qm̄ Nutii Dñi Jacobi de Camerino publ. Imp. auctoritate Not. &c.

Loco ✠ Signi & ego Franciscus Dñici de Civit.Camerini publ. Imp. auctoritate Not. &c.

## CV.

### *Absolvitur ad cauthelam a Pandulpho Episcopo ab irregularitate Fr. Julianus Ord. Cruciferorum San-Severini.*

Pandulfus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Camerinensis 1435
Commissarius Reverendissimi in Cristo Patris, & Domini Domini Jordani miseratione Divina Episcopi Sabinensis, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Ursinis. Universis, & singulis Reverendis Patribus Dominis Episcopis, Abbatibus, Archidiaconis, Decanis, Canonicis, & aliis Clericis per totam Provinciam Marchiæ Anconitanæ, & alibi ubicumque constitutis salutem in Domino, & presentibus fidem indubiam adhibeatur. Noveritis quod die datæ presentium hic Florentiæ in domo habitationis nostræ comparuit Religiosus & honestus Vir Fra-

Frater Julianus de Sancto Severino Prior domi, & Hospitalis Sanctorum Pauli, & Severini de Sancto Severino Dioc. Camerinen. Ordinis Cruciferorum, & Nobis quasdam licteras in membranis descriptas sub Nomine, & Sigillo Reverendissimi in Cristo Patris, & Domini Domini Cardinalis prædicti præsentavit. Requirens Nos, & instanter supplicans quatenus ad executionem earumdem licterarum secum procedere dignaremur juxta traditam nobis in eisdem formam. Quarum quidem licterarum tenor sequitur, & est talis.

Venerabili in Cristo Patri Dei gratia Epō Camerinen. vel ejus Vicario in spiritualibus. Jordanus miseratione Divina Epūs Sabinensis salutem, & sinceram in Domino caritatem. Ex parte Fratris Juliani de Sancto Severino presbiteri Prioris ordinis fratrum Cruciferorum sub regula S. Augustini degentium domus Sanctorum Pauli, & Severini prope oppidum S. Severini prædictæ vestræ Diocesis nobis oblata petitio continebat; Quod cum olim certi Homines adversarii, & inimici Comunitatis, & Hominum dicti Oppidi furtivè, & noctis tempore dictum Oppidum ingressi fuissent, & quamdam Portam ejusdem Oppidi occupassent; Communitas, & Oppidani prædicti hujusmodi negotio ad ipsorum notitiam deducto, contra dictos inimicos insurrexerunt, ac ipsos insecuti fuerunt, nec non quamdam viam cujusdam portæ dicti Oppidi, ne dicti inimici evadere possent clauserunt, dicti vero inimici videntes se a dictis Oppidanis ità preventos in quodam Monasterio dicti Oppidi se reduxerunt, & contra dictos Oppidanos ibidem se opposuerunt; Opidani vero, & dictus exponens una cum certis Clericis dicti Oppidi videntes periculum, scandala, & dicti Oppidi depopulationem, quæ per dictos inimicos evenire potuissent ad dictum Monasterium accesserunt. Et dictus Exponens una cum dictis Clericis quendam murum cujusdam Orti dicti Monasterii, unde dicti Oppidani ingressum ad expugnandum dictos inimicos habere poterant ad terram prostraverunt, ac quamdam Domum præfati Monasterii combuxerunt, ut sic dicti Oppidani hujusmodi Monasterio intrarent, & aliquos ex dictis inimicis laicos interfecerunt, aliquos, quos ex eis captivaverunt, qui tamen ultimo supplicio, & morti traditi fuerunt. Cum autem dictus Exponens quidquid, ut præmittitur, egerit, ob defensionem Patriæ, & personæ suæ fecerit, & in morte dictorum laicorum, aliisque, ut præmittitur, culpabilis non fuerit, cupiat qui ex magno devotionis fervore in omnibus suis ordinibus perpetuo Domino famulari supplicari fecit humiliter sibi super hiis ad Cautelam per Sedem Apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur ipsum in hoc laudabili proposito confovere quantum in Deo possumus suæque saluti animæ providere volentes ne sibi desit in hac parte Chautelæ remedium auctoritate Domini Papæ cujus primariè Curam gerimus, & de ejus speciali mandato super hoc vive vocis oraculo Nobis facto circum-

cumfpectioni veftræ committimus quatenus fi eft ita ipfum exponentem a reatibus ommicidiorum hujufmodi ad cautelam, & murorum deftructionis, & incendii domus reatibus abfolvatis, & introitu Ecclefiæ fibi reftituto, ac injuncta fibi pro modo culpæ pœna juxta dicti Ordinis inftituta in fua, vel alia Domo dicti Ordinis peragenda, & ea, vel ipfius parte peracta fuper irregularitate ex premiffis forte contracta fi tamen pro defenfione perfonæ fuæ prædicta fecerit, cautela fimili alio fibi non obftante canonico difpenfetis mifericorditer cum eodem eamque circa eum penitus aboleatis, provifo ut dicto Monafterio de deftructione murorum, & incendii domus hujufmodi, & de damno exinde fecuto prout fua intereft, fi non fatisfecit fatisfaciat competenter.

Datum Florentiæ iij. Kalendas Septembris Pontificatus Domini Eugenii Papæ IIIJ. Anno Quinto.

Nos itaque vifis, & auditis prefentatione, & requifitione premiffis Nobis per dictum Fratrem Julianum de S. Severino facta, & receptione per nos facta cum ea qua decuit reverentia, & indagatione per nos facta veritatis de omnibus, & fingulis contentis & expofitis in dicta nobis facta commiffione & veritate reperta pront, & ficut expofitum extitit, & in petitione narratum. Cujus rei caufam dictum fratrem Julianum in noftra prefentia conftitutum efflexis genibus prefentem, volentem, & petentem a reatibus omicidiorum hujufmodi ad cautelam, & murorum deftructionem, & incendii domi reatibus abfolvimus, & introitum Ecclefiæ eidem reftituimus injuncta fibi penitentia pro modo culpæ juxta dicti ordinis inftituta, & per eum pro parte peracta fuper irregularitate ex præmiffis forte contracta attento quod pro defenfione fuæ perfonæ, & Oppidi antedicti & perfonarum ipfius prædicta fecit Cautela fimili difpenfamus mifericorditer cum eodem eamque circa cum penitentia abolemus, & in omnibus, & per omnia, & quo ad omnia fingula fingulis referendo fecum agimus fecundum dictarum licterarum tenorem Nobis per eumdem prefentatarum. Mandantes eidem Fratri Juliano prefenti, & acceptanti, ut dicto Monafterio quo ad deftructionem murorum, & incendii domi hujufmodi, & de damno exinde fecuto prout fua intereft fi non fatisfecit fatisfaciat competenter Fratribus ejufdem Monafteril vel cum eis amicabiliter fe componat. In quorum omnium fidem, & teftimonium premifforum has noftras patentes licteras, feu publicum Inftrumentum per Andream Jacobi de Lugnano publicum Imperiali auctoritate Notarium fieri fecimus & Regiftrari, noftrique Epifcopatus Sigilli appenfione munimine roborari.

Datum, & actum Florentiæ in aula noftræ habitationis fita in pplō Sancti Michaelis vice dominorum de Florentia fub Anno a nativitate Domini millefimo quatricentefimo trigefimo quinto Indictione decimatertia Pontificatus Sanctiffimi in Chrifto Patris, & Domini no-

 ftri

stri Domini Eugenii divina providentia Papæ Quarti Anno Quinto, die vero Martis quintodecimo mensis Novembris. Presentibus ibidem




egregiis, & circumspectis Viris Ser Urbano olim Ser Filippi de Pistorio Cive Viterbiensi Ricio olim Todischi de Tuderto, & Juliano Mariani de Camerino Testibus ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis &c. Ego Andreas Jacobi de Lugnano publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus & singulis dum sic agerentur interfui, & ea rogatus scribere de mandato dicti Domini Episcopi Comissarii prædicti scripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum &c.

# CVI.

## *Alberti de Albertis Card. Episcopatus Camerinensis perpetui Commendatarii litterae ad Capitulum & Canonicos S. Venantii de Fabriano.*

1445 IN Nomine Dñi Amen. Hæc est copia, exemplum, sive transumptum quarumdam litterarum ex parte bo: me: Rm̃i Dñi Alberti de Albertis de Florentia tt. S. Eustachii, olim Diaconi Cardinalis Episcopatus Camerinen. ex concessione Sedis Apostolice *perpetui Commendatarii* directarum Venerabilibus, & Religiosis Viris Dñis Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ S. Venantii de Fabriano Camerinen. Diecesis, cum sigilli parvi impressione dicti Dñi Cardinalis, quo hujusmodi litteris familiaribus, & missivis utebatur &c. Quarum quidam a tergo suprascriptio erat hujusmodi sub tenore ut sequitur = Venerabilibus, & Religiosis Viris D. Capitulo, & Canonicis Ecclesie S. Venantii de Fabriano filiis in Xpõ dilectis. Alio vero loco etiam a tergo separatim a supradicta superscriptione ita erat scriptum. A. S. Eustachii Cardinalis de Albertis. Et ipsarum litterarum præfati D. Cardinalis tenor introclusus de verbo ad verbum sequitur, & est talis = Venerabiles, & Religiosi Viri in Christo dilectissimi salutem. Recepimus litteras vestras, quibus intellectis statim providimus apud S. D. N. quod de Prioratu nulli providebit, neque modo, neque inposterum; Et placet S. Sanctitati, quod servetis formam vobis traditam. Curate igitur debita obsequia Deo prestare, Nos autem habebitis semper fautorem, ad omnia, que sint commoda & vobis, & Ecclesie vestre. Quantum vero ad bona, que remanserunt de Priore preterito, quoad nos pertinet, sumus contenti, & placet, ut ad Ecclesiam vestram deveniant. Nolumus tamen, si jure ad alium, vel alios spectant, ulli perjudicium

cium facere. Nec aliud ad pñs. Intendite diligenter Deo servire, & unitatem vestram conservare, & pro nobis orate. Valete in Xpõ feliciter.

Ex Urbe xv. Junii 1445.

## CVII.

### *Litterae Apostolicae Pauli II. ad Episcopum Recanatensem & Abbatem S. Victoris de Cingulo ad componendas quaerelas Dioecesis Camerini contra Andream Episcopum.*

PAULUS Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Episcopo RECANATENSI, & dilecto filio ABBATI MONASTERII SANCTI VICTORIS DE CINGULO AUXIMANEN. diecesis salutem & Apostolicam benedictionem. Humilibus supplicum votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur oportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum CLERI CIVITATIS, ET DIECESI CAMERINEN. petitio continebat, quod licet ipsi fructus, census, redditus, jura, & emolumenta per eos & eorum predecessores Venerabili Fratri nostro ANDREE suisque predecessoribus EPISCOPIS CAMERINEN. pro tempore existentibus ratione beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ in eisdem Civitate, & Diecesi obtinent, dari, & solvi solita etiam a tanto tempore cujus contrarii memoria non existit, eidem ANDREE EPISCOPO dare, & solvere sint parati, tamen idem ANDREAS EPISCOPUS hiis non contentus ab eis majores census, & redditus ratione dictorum Beneficiorum extorquere . . . . . . . . minus juste, ipsosque super hiis indebite molestare, presumpsit hactenus, & presumit in eorundem Cleri prejudicium non modicum & gravamen. Quare pro parte ipsorum Cleri nobis fuit humiliter supplicatum, ut omnes, & singulas causas, quas ipsi contra dictum ANDREAM EPISCOPUM premissorum occasione movere intendunt aliquibus probis viris in partibus illis audiendas, & fine debito ordinandas committere, ac alias eis in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel alter vestrum vocatis dicto ANDREA EPISCOPO, & aliis qui fuerint evocandi auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis ab Episcopo auctoritate nostra, ab aliis vero prefatis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint cen- 1468

Vuu 2 sura

sura simili appellatione cessante compellatis veritati testimonium perhibere . Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii VIII. predecessoris nostri quibus cavetur ne quis extra suam Civitatem vel diecesim nisi in certis exceptis casibus , & in illis ultra unam dictam a fine sue diecesi ad judicium evocetur. Seu ne Judices a Sede Apostolica deputati, extra Civitatem , & diecesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, dummodo aliquis auctoritate presentium ultra duas dietas a fine sue diecesis non trahatur, & aliis Apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque. Aut si dicto Andree Episcopo vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plena, & expressa ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mensione . Datum Romae apud Sanctum Marcum anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo Nonis Maji Pontificatus nostri anno quarto.

| S. S. P P A P V T | PAULUS PP. II |
|---|---|

# CVIII.

## *Indulgentiae a nonnullis Cardinalibus concessae Ecclesiae S. Urbani de Pyro Ord. Camaldulensis .*

1472 Rodericus Episcopus Albanensis Oliverius tt. S. Eusebii Amicus tt. S. Marie in Transtiberim Jacobus tt. S. Grisogoni Julianus tt. S. Petri ad Vincula presbiteri, Baptista S. M. in Porticu , & Johannes S. Lucie diaconi miseratione divina sacrosancte R. E. Cardinales universis & singulis Xpti fidelibus presentes litteras inspecturis , visuris pariter & audituris salutem in Domino sempiternam . Splendor paterne glorie , qui sua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium de ipsius clementissima majestate sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cum igitur sicut accepimus monasterium S. Urbani de la Piro Ord. Camaldulensis sive ecclesia ejusdem Camerinen. diecesis in suis structuris edificiis ac libris & calicibus ceterisque ornamentis ecclesiasticis reparationibus non modicum sumptuosis indigeat, ad quas faciendas ipsius monasterii, & Abbatis ejusdem proprie non suppetunt fa-

facultates sed Xpti fidelium pie elemosine & alia caritativa subsidia & suffragia quamplurimum fore dinoscuntur opportuna. Cupientes igitur ut monasterium ipsum sive ecclesia ejusdem sub vocabulo S. Urbani Pont. & Martiris fundata congruis honoribus frequentetur & in suis structuris & edificiis aliisque necessariis predictis reparetur & manuteneatur fidelesque Xpti eo liberius devotionis causa confluant ad eandem quo ex hoc ibidem dono celestis gratie noverint se refectos ipsumque Monasterium sive Ecclesia ejusdem a Xpti fidelibus hujusmodi jugiter veneretur supplicationibus dilecti nobis in Xpto Johannes Pauli de Palmeriis dicti monasterii abbatis ac etiam dilecti nobis in Xpto Nardi Palmerii Canonici Neapolitani SS. D. N. Pape Subdiaconi & Cubicularii secreti fratris germani inclinati. De omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus & singulis Xptifidelibus vere penitentibus & confessis qui predictam Ecclesiam dicti Monasterii in S. Urbani predicti & sexte feriæ ante Pascha que dicitur Veneris sancti & Nativitatis D. N. Jhesu Xpti nec non S. Benedicti Abbatis festivitatibus devote visitaverint annuatim, & ad hujusmodi reparationem & conservationem manus adjutrices porrexerint singulis ut prefertur festivitatum diebus nos Cardinales prefati . . . . . . . . penitentiis . . . . . . . . . . . . . in Domino declaramus . . . . . . . . . . presentibus perpetuis futuris temporibus . . . . . . . . . . . Anno a nativitate Domini millesimo quadrigentesimo septuagesimo secundo indictione . . . . . . . . . die vero vicesima secunda mensis Aprilis Pontificatus SS. in Xpto P. & D. Nostri D. Sixti Divina providentia Pape Quarti Anno primo.

Vicecancellarius. Neapolitanus. Aquilanus. Papiensis. S. Petri ad Vincula. S. Marie in porticu. S. Lucie.

*Sub horum septem Cardinalium nomina pendebant septem sigilla cordulæ affixa.*

## CIX.

### *Diploma Silvestri Episcopi favore Ecclesiae S. Crucis de Civitella de Cingulo.*

Silvester de Nobilibus de Labro de Reathe Dei gratia Episcopus Camerinensis. Cupientes, prout nostræ curæ ac pastoralis officii esse 1481
non ignoramus ad ea animarum semper intendere, per quæ animarum saluti commodius consulere possimus, eaque indefesse prospicere, per quæ humana devotio, ac priorum solertia erga divini cultus augumentum in dies vehementius incendatur, & exardescat. Ut Ecclesiarum oneri nobis injuncto quoad possumus satisfaciamus, ea benigne con-

concedimus , quibus facrorum Templorum cura , & regimen conservatur . Hinc eft, quod quum nobis relatum fuerit Ecclefiam S. Crucis de Civitella Territorii Cinguli noftre Camerineufis Dioecefis , que populum habebat , & curam, & in qua facra celebrabantur Officia , & divini cultus ratio habebatur ; Curriculis temporum caufantibus dirutam, & penitus deftitutam , deinde per Jo: Andream D. Francifci de Comitibus de Cingulo una cum hominibus Civitelle a fundamentis erectam , & reftauratam effe , ita quod ad celebrationem divinorum , & curam populi omnia data fint neceffaria . Volentes tam decori noftræ preditæ Dioeccfis , quam animarum faluti ibidem degentium providere, ferie noftrarum prefentium ex auctoritate noftri Paftoralis officii, qua fungimur in hac parte , concedimus , & indulgemus , ut omues & finguli utriufque fexus homines in forma Ecclefiæ vere penitentes , & confeffi , qui ad dictæ Ecclefiæ hornamentum , confervationem , & alias res neceffarias manus porrexerint adjutrices Quadraginta dies de injunctis eis penitentiis mifericorditer confequantur . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . & nihilominus omnem curam populi , & eidem Ecclefiæ incumbentem , & alias expiratam cum Cymeteriis , & jurium ejus fepulturæ reintegramus , & revalidamus , proinde ac fi intermedio temporis ex caufis prefatis non fuiffet deftituta . Volumus tamen quod juri alterius Parrochialis Ecclefiæ , cui jus fepulturæ ; aut alterius cujufcumque emolumenti tam ex juris fanctione , quam prefcriptione acquifitum fuerit, nullatenus derogetur. In quorum fidem præfentes fieri fecimus, & noftri Sigilli , quo utimur in fimilibus , impreffione muniri. Datum Cinguli in domibus Plebis ejufdem Terræ . Die XIII. Menfis Octobris Millefimo Quadriugentefimo Octogefimo primo tempore S. S. D. N. Sixti diviua Providentia Papæ Quarti Anno undecimo . Gispertus Senilis S.

# CX.

## *Innocentii VIII. Literae Apoftolicae pro unione Abbatiae Vallis Focinae Collegiatae Ecclefiae San-Severini .*

1489 INnocentius Epifcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacrofancte Romane Ecclefie, quam Dei Filius Jefus perpetuus auctor ipfe pietatis inftituit regimini prefidentes , pia , & falubria vota fidelium prefertim, ex quibus Divini cultus augumentum , falufque provenire fperetur Animarum Pii Patris affectione profequimur, & ipfis ea favorabiliter concedimus , que eorum commoditatibus

bus fore conspicimus opportuna. Dudum siquidem per nos accepto, quod Beate Marie Vallis fucine, & S. Mariani Terre S. Severini ordinis S. Benedicti invicem unita Monasteria Camerinen. Diocesis, que quondam Joannes Jacobus de Castellanis Clericus Parmensis ex concessione, & dispensatione Apostolica, dum viveret in commendam obtinebat, Commenda hujusmodi per obitum dicti Joannis Jacobi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, cessante adhuc eo, quo ultimo ante commendam eamdem vacaverant, modo vacabant. Monasteria ipsa sic vacantia dilecto Filio nostro Raphaeli ad Velum Aureum Diacono Cardinali per eum quoad viveret tenenda, regenda, & gubernanda, sub datum nono Kalendas Januarii Pontificatus nostri Anno quarto concessimus commendari. Et deinde cum ipse Raphael Cardinalis concessioni Commende hujusmodi litteris Apostolicis super ea non confectis in manibus nostris sponte, & libera cessisset, Nosque cessionem ipsam duximus admittendam: Nos dicta Monasteria etiam ut prefertur vacantia, sub datum Idibus Maji ejusdem pontificatus anno supradicto Mense Capitulari Ecclesie Maceratensis perpetuo uniri, annecti, & incorporari concessimus; concessionemque eamdem postmodum unionis, annexionis, & incorporationis motu proprio ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine revocavimus, cassavimus, & annullavimus, (1) nec non Monasteria ipsa in pristinum, & eum statum, in quo ante concessionem unionis, annexionis, & incorporationis predictarum erant restituimus, reposuimus, & plenarie reintegravimus, ac deinde illa sic restituta quovis modo vacarent prefato Raphaeli Cardinali per eum quoad viveret tenenda, regenda, & gubernanda denuo commendari mandavimus. Cum autem ipse Raphael Cardinalis posteriori commende de Monasterii sibi facte hujusmodi hodie in eisdem manibus nostris sponte, & libere cesserit; Nosque Monasteria predicta sub quibuscumque unionibus, annexionibus, & incorporationibus, seu specialibus resignationibus hactenus in favorem quarumcumque personarum, etiam Cardinalatus onere fungentium qualitercumque a Sede Apostolica actenus emanatis minime comprehendi, ac uniones annexiones, & incorporationes, & speciales resignationes hujusmodi ad dicta Monasteria non extendi debere, aut posse decernendo, & declarando, ipsasque uniones, annexiones, incorporationes, & speciales resignationes quatenus ad Monasteria hujusmodi se extendant suspendendo. Cessionem ipsam duximus admictendam, Monasteriaque ipsa adhuc, ut premittitur vacare noscantur. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum

(1) Ejusdem Innocentii litteris datis non. Kal. Jan. anno Pont. IV. revocat unionem praefati Monasterii mensae Capitulari Maceratensi; quia, *si unio annexio & incorporatio predicta sortiretur effectum, ex hoc in partibus illis scandala verosimiliter essent proventura* = Sic Apostolicae litterae.

rum Prioris, & Capituli Ecclesie S. Severini Terre S. Severini dicte Camerinensis diecesis petitio continebat ipsi providere considerantes, quod fructus redditus, & proventus dicte Ecclesie S. Severini adheo tenues, & exiles existunt, quod ejusdem Ecclesiæ Canonici pro tempore existentes ex eisdem prebendarum fructibus, redditibus, & proventibus se decenter sustentare non valent, & propterea ipsius Ecclesie S. Severini Canonici cogantur nonunquam pro eorum decenti sustentatione onus deserviendi in Divinis in aliis Ecclesiis assumere, & ad alia aliquando manualia exercitia eorum statui Ecclesiastico parum convenientia se convertere, & sic eidem Ecclesie S. Severini in Divinis deservire assidue, devote, ut optant, commode non possunt, quodque si in eadem Ecclesia S. Severini ordinaretur una massa quotidianarum distributionum, que darentur interessentibus divinis officiis oris Canonicis in dicta Ecclesia S. Severini, aberentque in ea quatuor Cappellanos ad eorum nutum ammovibiles, qui de eisdem distributionibus participarent, profecto Prior & Capitulum præfati commodius se sustentare valerent, eidemque Ecclesiæ S. Severini in Divinis diligentius solita, & majori assiduitate, devotione deservire curarent, succederetque in eadem Ecclesia S. Severini divini cultus augmentum, cum animarum salute, & incremento devotionis principalis dicte Terre ad eamdem, & Capitulum prefati, qui jamdiu hujusmodi massam ordinare, & Cappellanos hujusmodi habere dessideraverint; Eorum tamen laudabile dessiderium hujusmodi propter fructum predictorum, & communis masse eorum tenuitatem adimplere actenus non potuerint, nec possint ex illis, verum si Monasteria predicta dicte eorum mense capitulari ea lege, ut illorum fructus redditus, & proventus in unam massam annis singulis redigerentur, & ex dicta massa conveniens provisio Cappellanis prefatis constitueretur, residuum vero pro quotidianis distributionibus Priori, & Canonicis prefatis interessentibus Divinis in eadem Ecclesia oris Canonicis distribueretur, & portiones non interessentium, interessentibus accrescerent, nec possent ullo unquam tempore in aliam causam converti, profecto Prior, & Capitulum præfati hujusmodi, eorum desiderium apud Deum meritorium, & Ommines laudabile commode adimplere valerent. Fueritque-quoque pro parte Prioris, & Capituli predictorum nobis umiliter supplicatum, ut Monasteria predicta Mense Capitulari Ecclesie S. Severini hujusmodi pro ordinanda massa predicta, eorumdemque Cappellanorum sustentatione perpetuo unire, annectere, & incorporare facultatem concedere, aliaque in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur, qui decorem Domus Dei, & Divini cultus augmentum, ac animarum salutem intensis dessideriis affectamus, & dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem fru-

fructuum, redditnum, & proventuum beneficii, cui unio fieri peteretur, alioquin unio non valeret, femperque in unionibus commiffio fieret, ad partes vocatas quarum intereft. Priorem, & Canonicos Ecclefie S. Severini, ac illius fingulares perfonas a quibufvis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, aliifque ecclefiafticis fententiis, cenfuris, & penis a jure, vel ab Homine quavis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodati exiftunt, ad effectum præfentium duntaxat confequendum harum ferie abfolventes, & abfolutos fore cenfentes: Nec non monafteria verum, & ultimum vocationis modum, etiamfi ex illo generalis refignatio refultet, ac fructuum, redditnum, proventuum dicte menfe Ecclefie S. Severini annuum valorem prefentibus pro expreffis actenus hujufmodi fupplicationibus inclinati Monafteria predicta, quorum fructus, redditus, & proventus fexaginta florenorum auri de Cammera fecundum communem extimationem valorem annuum, ut Prior, & Capitulum prefati afferunt non excedunt quovis modo, & ex cujufcunque perfona vacent, & ex quavis caufa illorum provifio ad nos hac vice fpecialiter, vel generaliter pertineat, dummodo tempore date praefentium eis de Abbate Canonice provifum non exiftat; Cum omnibus Juribus, & pertinentiis fuis eidem Menfe Capitulari dicte Ecclefie S. Severini auctoritate Apoftolica tenore prefentium perpetuo unimus, anneximus, & incorporamus ea lege, ut illorum fructus, redditus, & proventus in unam maffam annis fingulis perpetuis futuris temporibus redigantur, ex illaque conveniens provifio quatuor Cappellanis prefatis conftituatur, refiduum vero illorum Priori, & Canonicis prefatis intereffentibus Divinis in eadem Ecclefia oris Canonicis diftribuatur, & non intereffentium Divinis hujufmodi portiones intereffentibus accrefcant, nec poffint fructus, redditus, & proventus prefati unquam in aliam caufam converti, liceatque ex nunc Priori, & Capitulo per fe, vel alium, feu alios corporalem regiminis & adminiftrationis, ac bonorum eorumdem Monafteriorum, Juriumque, & pertinentiarum predictorum poffeffionem, vel quafi per fe, vel alium, feu alios propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere, ac illorum fructus, redditus, & proventus in premiffam, & non aliam caufam, ac dictorum Monafteriorum ufus, & utilitatem convertere Diocefani loci, & cujufvis alterius licentia fuper hoc minime requifita, non obftantibus voluntate noftra predicta, ac aliis conftitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, nec non Monafteriorum, & Ordinis predictorum juramento confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudinibus, ac quibufcumque aliis privilegiis, indulgentiis, & licteris Apoftolicis generalibus, vel fpecialibus quorumcumque tenorum exiftant, per que prefentibus non expreffa, vel totaliter non infcripta effectus eorum impediri valeat quommodolibet, vel deferri, & de

Xxx qui-

quibus quorumcumque totis tenoribus abenda sit in nostris litteris mentio specialis, previso, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem predictas in dictis Monasteriis Divinus cultus, & solitus Ministrorum numerus non minuatur, sed illorum congrue supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super hiis a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno incarnationis Dominice Millesimo Quadrigentesimo Octuagesimo Nono Tertio Idibus Julii Pontificatus Nostri Anno Quincto.

## CXI.

### *Clementis VII. bulla favore Monialium S. Mariae Magdalenae de Mathelica.*

CLEMENS PAPA SEPTIMUS
Dilecto Filio Ministro Fratrum Ordinis Minorum Regularis Observantiæ Provinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ.

1524 Dilecte Fili salutem, & apostolicam benedictionem. Cum nuper procurantibus dilectis Filiis modernis in temporalibus Dominis Terræ Matelicæ Camerinen. Diæcesis, Monasterium Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenæ dictæ Terræ *tunc Ordinis S. Benedicti* vigore
1522 litterarum in forma Brevis fel. record. Adriani Papæ Sexti prædecess.
& nostri reformatum, & pro hujusmodi reformatione, & recompensa
1523 æquivalenti Ordinario loci, cui Monasterium ipsum subjectum erat, assignanda, magnæ expensæ factæ, ac *Monialibus dicti Ordinis S. Benedicti inde amotis* Moniales Ordinis *S. Claræ* regularis observantiæ, quæ omnem disciplinam regularem & obedientiam juxta beneplacitum, & voluntatem Fratrum Ordinis Minorum regularis Observantiæ subire promptissimæ existebant, introductæ fuerint, ac in eadem Terra sit Domus Fratrum Ordinis Minorum regularis Observantiæ hujusmodi, a qua Fratres Conventuales ejusdem Ordinis Minorum vigore
1513 litterarum . . . . . . piæ memoriæ Leonis Papæ X. etiam prædecess-
& soris nostri dictis Dominis etiam id procurantibus, ejecti fuerint;
1521 Nos cupientes Monasterii, & in eo introductarum Monialium prædictarum salubri directioni, & ut felix incrementum suscipere possint,

pro-

providere, præfatorum Dominorum in hac parte supplicationibus inclinati discretioni tuæ in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, nisi pareas, eo ipso facto incurrenda per præsentes committimus, & distincte precipiendo mandamus, quatenus Monasterium Monialium prædictum, ac illius Abbatissam, & Moniales nunc, & pro tempore existentes sub tui cura recipias, eisdemque Abbatissæ, & Monialibus de Confessario idoneo, probatæ vitæ, ac provectæ ætatis dicti Ordinis Minorum regularis Observantiæ, qui earum confessiones audiat, & eas absolvat, ac Ecclesiastica sacramenta eis ministret, provideas, ac de eisdem Monasterio, Abbatissa, & Monialibus, prout de aliis Monasteriis dicti Ordinis tuæ curæ commissis habes, & geris, curam habeas, & geras, & alia, quæ pro salubri directione dicti Monasterii necessaria videris, facias, & exequaris. Non obstantibus promissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ordinisque, & observantiæ predict. juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon privilegiis & indultis aliis sub quibuslibet tenoribus, & formis concessis, & expressis in primis litteris Brevis, in quibus sit præceptum obedire non tenearis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub anulo piscatoris die xv. Februarii 1524. Pontificatus nostri anno primo.

Evangelista.

## CXII.

### *Instrumentum inaugurationis Ecclesiae Cathedralis Camerini.*

IN Nomine Dñi nostri Jesu Christi. In veteri olim testamento divino 1588
precepto Templa, mensas, Altaria, nec non aurea vasa, & utensilia ad divinum cultum explend. non solum precibus consecrata, verum etiam Sancti olei unctione delibuta fuisse legimus. Ita enim precipiente Dño, Moysen, Salomon, Machabeos, & alios fecisse scimus; Et quod Nobis imitandum magis est a Christo Dño Encenia, seu Consecrationis festum honoratum fuisse constat. Quod si in veteri lege, quæ ut inquit Apostolus, umbra tantum erat futurorum bonorum, in Templis Deo consecrandis tanta Cura adhibebatur. Quis non vidit longe ornatiora esse debere Christianorum templa, quibus gratia, & veritas per Jesum Christum apertissimè manifestata est? Idcirco cum consecratione Diabolus, ejusque potestas ab Ecclesiis abigatur quemadmodum refert divus Gregorius in Dialogis, cum ad Ecclesias confugientes juxta Sacrorum Canonum dispositionem tuti sint; Ideo namque Joab ad Tabernaculum perrexisse, & Altaris cornua apprehendisse

 cen-

censendus est: cum Christianorum orationes in Ecclesiis Deo consecratis facilius exaudiantur, & fidelium Animarum dispensatio insinuetur: cum denique Sacramenta Ecclesiastica ibi convenientius ministrentur, & laudes Deo persolvantur; Silvester Felix, & alii Romani Pontifices ad Templa quammaxima fieri potest, interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, & pietatis specie consecranda sepius sunt adhortati. Hujusmodi adhortationem libenter amplexus *Admodum Illustris, & Reverendissimus D. Hieronymus de Bobus Bononiensis*, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Epūs Camerinen., ut Ecclesiæ suæ Cathedralis, cui octo ab hinc annis preest, licet satis antiquæ præstantiæ, & majestati consuleret, cum nullum prioris consecrationis monumentum inveniri potuerit, quamvis jam inde a pluribus annis satis indagatum fuisset; Cleri, & Populi Camerinen. consecrationem hujusmodi Ecclesiæ Cathedralis efflagitati, rationabilibus votis annuens; Clero ejusdem Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Venantii Camerinen., Magistratu quoque seculari, & mira populi Camerinen. multitudine comitatus hodierna die XVI. Octobris, Anno Dñi MDLXXXVIII. sedente Sixto quinto Pont. Max. Indumentis Pontificalibus indutus; In honorem Dei immortalis, ac Deiparæ Virginis, cui Ecclesia olim erat dicata, & cujus Annunciationis festum quotannis solemniter in ea celebrari consuevit, observatis ad unguem oībus solemnitatibus Romano Pontificali prēptis, & quibus melius, validius, & efficacius potuit, & debuit; præfatam Ecclesiam Cathedralem Camerinen. consecrandam, & dedicandam duxit, & revera consecravit, & dedicavit una cum Altare majori prope Chorum Canonicorum existen. De quibus oībus Ego Joannes Sanctes Zamponus publicus Nōtus Camers, & Curiæ Epātus Camerinen. Cancell. rog. publicum Instrumentum facere, illud confeci.

Actum in Civitate Camerini in predicta Ecclesia Cathedrali S. Mariæ Annunciatæ posita in dicta Civitate juxta Plateam Coīs, vias publicas, Palatium Episcopale, Ædes Canonicorum prædictæ Ecclesiæ, & alia ejus notissima latera, Anno Dñi Nostri Jesu Christi millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, Inditione prima, Pontificatus SSmi in Christo Patris, & Dñi nostri Dñi Sixti Divina Providentia PP. V. prædicti, anno quarto, die verò Dominico XVI. mensis Octobris Pñtibus R. D. Pyrrho Ritio Trebiate Canonico ejusdem Ecclesiæ Camerinen., & Dño Friderico Gallo Camerte Cappellano, & Vice Curato ejusdem Ecclesiæ testibus ad hæc vocatis, habitis, & rogatis.

Et Ego Joannes Sanctes Zamponus Camers publicus Imperiali auctoritate Nōtus Curiæ Epātus Camerini ptīs oībus, & singulis dum sic ut præmittitur agerentur, & fierent interfui, eaque rogatus scribere scripsi, & publicavi, meoque solito signo signavi &c.

*Lit-*

## *Litterae Apostolicae Clementis* PP.VIII. *quibus componitur lis inter Episcopum, & Capitulum Camerinense, cui conceditur facultas praesentandi ad Parochiales Ecclesias intra flumina* Clentis *&* Potentiae *positas*.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cunctarum Orbis Ecclesiarum Regimini divina dispositione praesidentes ad ea libenter intendimus, per quae paci, & concordiae inter Ecclesiasticas Personas, presertim Ecclesiarum Cathedralium servitiis mancipatas consulitur, & his, quae propterea provide facta fuisse dicuntur, ne in recidivae contentionis scrupulum relabantur, sed firma perpetuo, & illibata persistant Apostolici Muniminis libenter adjicimus firmitatem. Sane sicut accepimus dudum orta lite, seù controversia inter bo: me: Berardum Episcopum ex una, ac tunc eumdem Archidiaconum, & dilectos filios Capitulum, & Canonicos Camerinen. ex altera partibus super Collatione, Provisione & Institutione facienda de Canonicatibus, & Praebendis, ac Beneficiis simplicibus seù Cappellanis, & de Jurepatronatus Laicorum existentibus in Ecclesia Cathedrali Camerinen. nec non de Parochialibus Ecclesiis in flumina *Clentis*, & Potentiae, aliaque Parrocchiali S. Andreae de Massa extra eadem flumina consistentibus, quarum Collationem, provisionem, Institutionem Partes praedictae in Mensibus non reservatis ad se hinc inde diversimode spectare asserebant, aliis rebus tunc latiùs deductis, & occasione illarum tandem de anno MDXLVIII. Partes ipsae ad certam inter se devenerunt concordiam per bo: me: Jo: Dominicum Episcopum Ostien. S. R. E. Cardinalem Tranen. nuncupatum fructuum dictae Ecclesiae Camerinen. reservatarium, ac per fel. record. Julium Papam III. Praedecessorem nostrum sub datum Kal. Aprilis Pontificatus sui anno quarto approbatam, & confirmatam, prout in nostris super his sub datum quinto Idus Februarii Pontificatus nostri anno primo confectis litteris, ex eo quod litterae ipsius Julii Praedecessoris ejus superveniente obitu desuper confectae non fuerant, continetur. Cum vero postmodum similis mem. Hyeronimus Episcopus Camerinen. concordiam hujusmodi in controversiam revocasset, liteque ex ea inter eum ex una, nec non Archidiaconum, Capitulum, & Canonicos praedictos ex altera partibus super observatione dictae concordiae, & contentorum in illa, ac aliis rebus similiter tunc latiùs deductis coram dilecto filio nostro Laurentio tituli S. Laurentii in pane, & perna Presbitero Cardinali Blanchetto, tunc Causarum Palatii Apostolici Audito- 1597

tore introducta; Nos negotium hoc dilectis filiis Benedicto S. Marcelli Justiniano, ac Hieronymo Sancti Pancratii Titulorum Mattheo nuncupat., ac demum ipsi Laurentio Cardinalibus post suam ad honorem Cardinalatus promotionem componendam, ac terminandam commisimus, qui Benedictus, Hieronymus, & Laurentius Cardinales, postquam novissime eidem Ecclesiæ Camerinen. per obitum dicti Hieronymi Episcopi Pastoris solatio destituti de Persona Venerabilis fratris Gentilis ad præsens Episcopi Camerinen. providimus matura deliberatione præhabita, ac Partium Jurium diligenter perpensis pro communi earumdem Partium quiete, ac Divini Servitii tranquilla in dicta Ecclesia executione, Rem sic etiam de Consensu tam ipsius Gentilis Episcopi, quam Cesaris Manardi, & Nicolai Septimii ejusdem Ecclesiæ Canonicorum, & a Capitulo ad Id sufficiens Mandatum habentium componendam, ac terminandam censuerunt, videlicet quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnium, & quorumcumque tam Antiquorum, quam aliorum quatuor recentiorum per piæ me. Paulum Papam III. etiam Prædecessorem nostrum creatorum Canonicatuum, & Præbendarum dictæ Ecclesiæ (inter quos novos, & antiquos nulla deinceps differentia existat) ac etiam eorum, qui forsan obtinentibus, & pro tempore obtinebuntur a Lectore Sacræ Scripturæ, ac Penitentiarii Officium exercente, cujus Lectoris Sacræ Scripturæ, ac Penitentiarii *electio in quatuor Mensibus infra dicendis* semper Episcopi, collatio vero illius in cujus turno Canonicatus, & Præbenda vacaverit; erit; Nec non simplicium Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac Cappellaniarum in dicta Cathedrali consistentium, tam quæ liberæ dispositionis, quam quæ de Jurepatronatu Laicorum esse noscuntur, cum per decessum, & aliis quibusvis modis, præterquam ex causa resignationis pro tempore vacaverint, Collatio, Provisio, Institutio, & quævis alia dispositio *In Junii, & Septembris quidem ad Gentilem Episcopum, & Successores suos dictæ Ecclesiæ Præsides* pro tempore existentes: *In Martii, & Decembris vero cujuscumque Anni mensibus ad Archidiaconum, Capitulum, & Canonicos prædictos libere*, cessantibus tamen affectionibus Apostolicis speret, & pertineat; quo vero ad Parrochiales Ecclesias inter dicta Flumina, ut præfertur, consistere, & ad præsentationem Archidiaconi, Capituli, & Canonicorum juxta priorem Concordiam spectantes, quod servata forma Concursus, *prævio edicto super examine coram Episcopo, seu ejus Vicario* in X. Decreti Concilii Tridentini formam faciendo, electio Unius ex approbatis in dicto concursu ab examinatoribus Synodalibus ad Archidiaconum, Capitulum, & Canonicos in omnibus dictis quatuor Mensibus spectet, Institutio vero ad ipsum Episcopum, Alia Parrocchiali S. Andreæ de Massa extra flumina existente liberæ dispositioni ipsius Episcopi, in omnibus dictis quatuor Mensibus, servata in dicti Con-

Concilii forma remanente; *quodque quoties contigerit aliquam resignationem* simpliciter, ac libere in Partibus fieri in casibus tantum quibus ex Pii quinti Constitutione sub datum Kal. Aprilis Anni tertii Ipsæ resignationes admitti possunt de dictis Canonicatibus, & Præbendis tam antiquis, quam recentibus, nec non simplicibus Beneficiis, & Cappellaniis prædictis, Prima quidem resignatio in Episcopi, secunda verò in Archidiaconi, Capituli, & Canonicorum prædictorum manibus, ita successive in perpetuum, (nulla ad qualitatem Beneficii pro tempore sic resignati habita ratione fiat) & per eumdem Episcopum, & Archidiaconum, Capitulum, & Canonicos hoc ordine admittantur; Item quod Archidiaconus, Capitulum, & Canonici, dum prædictæ Cappellaniæ Jurepatronatui laicorum subjectæ in Mensibus ipsius Capituli *vacabunt*, *Edicta* ad convocandum Oppositores per se ipsos opponere, ac Personas præsentatas, & approbatas instituere possint, Probatio autem Jurepatronatus, & examen de Idoneitate Præsentati juxta Tridentini Concilii dispositionem *coram Ordinario fieri debeat*. Ac insuper quod Cancellariæ Apostolicæ Regulis expirantibus, & sic reservationibus Apostolicis cessantibus, Episcopus, & Archidiaconus, & Capitulum, ac Canonici prædicti Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia Simplicia in dicta Ecclesia, & de Jurepatronatu existentia *tunc vacantia*, & ad eorum Collationem, sive Institutionem Jure ordinario spectantia per Hebdomadas alternatim conferre, ac instituere respective possint, & in hunc eventum statim incipiat Hebdomada Episcopi, protinusque Hebdomada Archidiaconi, Capituli, & Canonicorum subsequatur, demumque, quod Provisiones, ac Institutiones per dictas Partes hinc inde hactenus factæ sine alicujus earum præjudicio firmæ remaneant, & observentur. Hinc igitur est, quod Nos de præmissis ex dictorum Cardinalium relatione plene informati, cupientesque dictarum Partium paci, & tranquillitati Litium, & Controversiarum hujusmodi submotis incomodis consultum iri, & hanc Cardinalium prædictorum determinationem inviolabiliter observari, Nec non Gentilem Episcopum, ac Archidiaconum, Capitulum, & Canonicos prædictos a quibusvis excommunicationis, suspensionis & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, quibus, quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac concordiæ, & illius Confirmationis, & litterarum pariter tenores, litiumque, & causarum hujusmodi statum, & merita, ac Jura, & Præsentationes Partium præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, & Motu proprio non ad Gentilis Episcopi, aut Archidiaconi, Capituli, & Canonicorum prædictorum, vel alicujus alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitiones Instantiam, sed de certa scientia nostra, de-

que

que Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas Cauſas prædictas in ſtatu, & terminis, in quibus ubilibet reperiuntur cum omnibus, & ſingulis ſuis Incidentiis, dependentiis, emergentiis annexis, & connexis, totoque negocio principali ad Nos harum ſerie perpetuo avocamus, illaſque ad Lites quaſcumque penitus, ac ſimiliter in perpetunm caſſamus, extinguimus, & annullamus, nec non tam Gentili Epiſcopo, quam Archidiacono, Capitulo, & Canonicis prædictis, eorumque reſpective Succeſſoribus, ac quibuſvis aliis Intereſſe habentibus, seù prætendentibus ſuper eiſdem præſentibus, & occaſione illorum perpetuum ſilentium imponimus, & nihilominus determinationem per dictos Cardinales in præmiſſis factam hujuſmodi authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetno confirmamus, & approbamus, ac illi perpetuæ, & Inviolabilis firmitatis Apoſtolicæ robur adjicimus, ſicque etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, decernentes tam Gentilem Epiſcopum, quam Archidiaconum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ, & eorum reſpective ſucceſſores ad illius obſervationem juxta ſic traditum modum teneri, & efficaciter obligatos exiſtere, ac ita in præmiſſis per quoſcumque Judices, & dicti Palatii Cauſarum Auditores, & S. Mariæ Cardinales etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter Judicandi, & interpretandi facultate, & aucthoritate in quavis cauſa, & Inſtantia judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quid quid ſecus ſuper his a quoquam quavis aucthoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; Mandanteſque propterea nunc, & pro tempore exiſtentibus quatenus Ipſi, vel duo, aut Unus eorum per ſe, vel alium, seù alios præſentes noſtras Licteras, & in eis contenta quecumque uti quando, ac toties, quoties opus fuerit, & pro Gentilis Epiſcopi, aut Archidiaconi, ac Capituli, & Canonicorum prædictorum, & eorum reſpective Succeſſorum, seù alicujus illorum parte requiſiti fuerint ſolemniter publican., eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtere faciant aucthoritate noſtra ab omnibus inviolabiliter obſervari. Gentilemque tunc, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum, nec non Archidiaconum, & Capitulum, ac Canonicos prædictos, & eorum quoslibet eis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem ipſorum per quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, vel perturbari, Contradictores quoslibet, & rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias penas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendos, non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non etiam Provincialibus, & Synodalibus dictæ Eccleſiæ Camerinen. etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, coeteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo piſcatoris die

XXVI.

XXVI. Aprilis MDXCVII. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.
M. Veſtius Barbianus.

# CXIV.

## *Decretum Conciſtoriale favore Communitatis & Cleri Camerini in cauſa vertente inter illos & Eccleſiam S. Nicolai Collegiatam Fabriani.*

PRopoſito dubio, Inſtantibus Communitate, & Clero Camerini, nec non Eccleſia Collegiata S. Nicolai Terrae Fabriani, an Decretum fel. rec. Benedicti XIII. editum in Conſiſtorio diei 15. Novembris 1728, ac Literae Apoſtolicae deſuper expeditae ſuper Erectione Eccleſiae Collegiatae S. Venantii in Cathedralem, & Terrae Fabriani in Civitatem ſuſtineantur? Sacra Congregatio rebus Conciſtorialibus praepoſita cenſuit praefatam Erectionem ſuſtineri, & praefigendum eſſe Communitati, & Populo Fabrianenſi terminum duorum annorum ad docendum coram Sacra Congregatione de adimplemento in conditionum dd. Decreto Conſiſtoriali, ac reſpectivè Literis Apoſtolicis appoſitarum: Nec non conſulendum Sanctiſſimo, ut dignetur demandare, quod denominatio Eccleſiae Camerinen. praeficiatur ſemper, & in omnibus actibus etiam reſpicientibus Eccleſiam Fabrianen, quodque Sede vacante, eligi debeat unicus Vicarius Capitularis a ſolo Capitulo Camerinen. pro utraque Eccleſia, ac Dioeceſi; Factaque per me infraſcriptum Secretarium relatione, Sanctiſſimus Dominus Noſter, Congregationis ſententiam benigne probavit, & in omnibus ſervari voluit: Ac inſuper Sanctitas Sua injunxit, ut Epiſcopus, temporibus a Conciiio Tridentino praeſcriptis, in Eccleſia Cathedrali Camerinen. reſidere teneatur. Datum Romae die 18. Martii 1732. 1732

*P. Epiſcopus Tuſculanus Card. Otthobonus.*

*Philippus de Montibus Sacrae Congregat. Conſiſtorialis Sec.*

# CXV.

## *Breve fel. recordationis Papae Benedicti XIV. quo confirmatur Decretum S. Congregationis Concilii, quae prohibet erectionem Fontis Baptismalis in Ecclesia Collegiata S. Venantii.*

BENEDICTUS PAPA XIV.
Ad perpetuam rei memoriam.

1748 EManavit nuper ad supplicationem dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ Camerinen. a Congregatione Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum in Causa inter dictos Exponentes ex una, ac dilectos etiam filios Capitulum & Canonicos Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Venantii ejusdem Civitatis Camerinen. super erectionis Fontis Baptismalis, & Juris Baptizandi a secundo dictis Capitulo, & Canonicis prætensa facultate ex altera partibus vertente Decretum tenoris, qui sequitur: Videlicet = Camerinen. erectionis Fontis Baptismalis, & Juris Baptizandi. Ex tribus Ecclesiis Parrochialibus, quæ Camerini sunt, una Cathedralis coeterarum Mater Fontem Baptismalem a tempore, cujus nulla est Hominum memoria, retinuit, & ad eum Fontem Infantes omnes deferuntur, ut Lustralibus Aquis purgentur, Fontem in Parochiali Ecclesia S. Venantii erigere cupientes ejusdem Ecclesiæ Canonici Sacro huic Tribunali preces obtulerunt, his propositis rationibus, quod Parochiali Ecclesiæ erectio Fontis conveniat, quod Hyemali presertim tempore plurimis incommodis Infantes afficiuntur, cum ad Cathedralis Ecclesiæ Fontem deferuntur; Episcopus auditus ab Eminentissimis Patribus censuit id esse innegabile Canonicis Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Venantii. Verum id iis omninò esse negandum contendunt Canonici Cathedralis Ecclesiæ, qui sibi asserunt Jus Privativum retinendi Fontem, & Infantes baptizandi: Disputant incommoda nova non esse, & Jus Baptizandi non esse necessaria Parochiali. A Canonicis Parochialis Ecclesiæ nondum Libellum Jurium habuimus. Dubium unum est, quod expedire debet. An sit locus erectioni Fontis Baptismalis, & Juri baptizandi respective in Ecclesia Collegiata, & Parochiali S. Venantii Camerini in Casu &c. die x. Februarii MDCCXLVIII. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit = Negative, & hujusmodi Causam ampliùs non proponi mandavit. A. Cardinalis Gentili Præfectus = I. A. Furiettus Secretarius. Loco ✠ Sigilli. Cum autem dicti Exponentes, quo præinsertum Decretum firmius subsistat, & ser-

& fervetur exactius Apostolicæ Confirmationis nostræ Patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel Causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati præinsertum Decretum cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, Die xi. Aprilis MDCCXLVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

*D. Cardinalis Passioneus.*

# *F I N I S.*

# INDEX
## RERUM NOTABILIUM.

### A

B. pro

# B

# C



(*) Promisimus antiquissimum edere Officium S. Blasii pag. 64. quia vero illud reperimus iisdem fabulis refertum, quibus alia Officia ejusdem Sancti redundant, illud edere omittimus.

Ca-

(A) Habes in Appendice Breve Benedicti XIV. hoc privilegium Cathedrali Ecclesiae confirmantis ad annum 1748. Humanissime accepi ab Antonio Bellisario Peticoli Patricio Camerte & Ecclesiae Cathedralis Canonico.

(B) Privilegium item habet hoc insigne Capitulum a Clemente VIII. illi collatum cum suis Apostolicis Literis dat. Romae die 26. Aprilis anni 1597. Conferendi xl. circiter Sacerdotia constituta citra flumina Clentis & Potentiae; & ad illa seligendi unum ex approbatis ab Ordinario, mensibus Martio Junio Septembri & Decembri; quorum col-

Zzz 229.

collatio de jure ad Episcopos spectret. Quoad Canonicatus Ecclesiae Cathedralis, & Beneficiorum ibi erectorum, illa Canonici, & Capitulum conferunt. Has Literas a laudato Can. Pericoli pariter accepi, & habes in Appendice ad annum 1597.

# D



# E



Eu-

(*) *Jo: Dominicus* est nuncupandus, ut aperte legitur in Bulla Clem. VIII, quam damus in Appendice ad annum 1597.

## H

# I

# L


li

# M

## N

# O



# P

 a Jo:

(*) Quod de Pitulo superius in dissertatione praeliminari pag. 52. fuit argumentatum, nuperrimis detectis praeclarissimis monumentis certus situs factus est. Igitur in agro Rocchae contradae prope Castrum *Peticchio* dictum sunt tot monumenta, & lapidariae inscriptiones detectae, ut nil ulterius de veritate, & certitudine situs, sit suspicandum. Amicissimus Lancellottus unam, & alteram inscriptionem mecum communicavit. Ex his unam profero, & est

D. M.
SECUNDIA . . . .
PATERNAE. C. . .
GI. CARISSIMA . . .
FEC. QVI. VIX. AN. . . .
MENS. V. VALE . . .
SECVLARIS. M. . . . .
PITVL. ₮. M. P.

(**) Ab Alexandro VII. Capitulum usu Cottae cum Rocchetto tempore aestivo; & Cappae Magnae cum armellinis fuit decoratum. Octo Beneficiati Almutia violacea cum sericis orminis, quod utique signum Canonicorum est, utuntur.

# R

# S

(*) Fuit in catalogo ommissum nomen B. Rizerii de Mutia.

# T

# V



(A) Apostolicis etiam Alexandri III. litteris datis anno 1178. in Appendice producti pag. xxx. habemus Ecclesiam S. Venantii. Id ipsum habemus in Bulla Caelestini III. data anno 1197. in eadem Appendice producta pag. xlii. & in altera Innoc. III. 1198. pag. xliv.

(B) Re vero melius perpensa; haec opinio non videtur tam facile admittenda. Si enim hic Venantius fuisset Episcopus Exuperantium Monachum, & nondum Cingulanum Episcopum flexis genibus non excepisset; sed tantum cum osculo pacis. Forsan igitur ad Tufficanam Sedem fuit postea assumptus; quemadmodum conjicere possumus de Florentio ad Mathilicanam Ecclesiam electo, & Severino ad Septempedanam.

Xy-

(*) Habuit etiam haec Vallis quemadmodum Comitetus Cam. suos Judices. In una Scheda Mathilicani prioralis archivii confecta anno 1259. die 8. Febr. intran. indict. II. continente bandum contra quosdam nobiles haec habentur = Exscripta a Dominico de Bononia Curiae not. de mandato D. Guidonis de Valvesveta Judice in Comitatu Camerini, & Valle S. Clementis anno 1268. Indic. XI. die XVI. intrant. Martio Tempore Clementis P. P. IV.

## X



## Z

## Corrigenda, & supplenda.

PAg. 5. v. 17. qui mox. *lege*. qui mos.
14. v. 8. Erchembergo. *lege*. Erchemperto.
16. v. 35. Prosequitur. *lege*. Prosequimur.
18. v. 12. per annos XIX. *lege*. per annos XIV.
21. v. 4. factum est Ghibellini. *lege*. factum est ut Ghibellini.
42. v. 5. post restituit. *adde*. Benedictus XIV.
44. v. 14. S. Labienus. *lege*. T. Labienus.
47. v. 15. anno ..... *adde*. anno 1739.
69. v. 3. S. Victorinus Episc. Amiterni. *lege*. S. Victorinus Eremita.
86. v. 36. & parum. *lege*. & puro.
92. v. 10. 449. *lege*. 649.
134. v. 17. jam sibi. *lege*. jam ibi.
135. v. 24. spatium habemus. *lege*. spatium non habemus.
138. v. 39. a Castrio. *lege*. a Catria.
140. v. 31. Navit. *lege*. Navigat.
143. v. 4. tamen 550. *dele* 560.
153. col. 1. v. 8. lib .... cap. .... num. .... *lege*. lib. I. cap. V. n. V.
159. v. 5. labente XII. *lege*. labente XI.
173. v. 16. Atto III. *lege* Atto II. *& sic semper quando habetur* Atto III.
175. col. 1. v. 5. sub Episcopatu ..... *lege*, *& supple*. sub Episcopatu Guidonis.
177. v. 17. videlicet Todini. *dele* Todini:
216. col. 1. v. 12. Guillelmo II. *dele* II.
255. v. 35. innumeras illius archivi chartas. *lege*. innumeras S. Catharinae Fabriani archivi chartas.
298. v. 1. anno 17 ... *lege* anno 1736.
355. col. 2. v. 33. 1213. *lege* 1313.

*Errores levioris momenti, & illos praesertim qui ad Orthographiam spectant, corrigat humanissimus Lector.*